Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
36 K
9

50
B
26

[illegible]

[illegible]

TYPVS OMNIVM SCIENTIARVM, ET PRAESERTIM THEOLOGIAE SCHOLASTICÆ, IN QVO OMNIA quæ ad Chriſtianam Philoſophiam ſunt neceſſaria, continentur.

AVTHORE REVERENDO PATRE, F. Aegidio Moncurtio, Siculo, ſacræ Theologiæ, ac humanarum artium profeſſore ſubtiliſſimo:

Ordinis Minimorum D. Franciſci de Paula, ad modum Dialogi concinnatus. Interlocutores, Concupiſcentia & Veritas.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



LVGDVNI,
APVD IOANNEM VEYRAT.

M. D. XCI.



F. BENEDICTVS QVIMERIVS DOCTOR
Nanneticus in commendationem operis.

Hîc ſacra Calliope, ſacer eſt hîc, Lector, Apollo,
Caſtalis hîc ſacra eſt, hîc ſacer eſt Helicon.
At dum tu nobis, Aegidi, profana ſacraſti,
Sacraſti ſeclis te quoque perpetuis.

HENRICO CAETANO,

CARDINALI AMPLISSIMO AC PRINCIPI ILLVSTRISSIMO

F. Aegidivs Moncvrtivs, Siculus, ordinis Minimorum ſancti Franciſci de Paula S.D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

P*OSVI vos vt eatis, & fructum adferatis. Liceat mihi, Reuerendiſſime ac illuſtriſſime Cardinalis, verba vſurpare quibus Ieſus Chriſtus Apoſtolos ſuos eorúmque ſucceſſores affari ſolebat. Tu enim à Ieſu Chriſto domino noſtro poſitus, collocatus, conſtitutus: à Sixto fœlicis memoriæ Pontifice maximo, necnon à S. S. Apoſtolica vnus idoneus viſus, deſignatus & miſſus legatus, qui Galliæ, nobiliſſimæ totius orbis prouinciæ praeſſes. Veniſti tot comitatus clariſſimis D. D. prælatis & doctiſſimis Theologis, vt nefariis ſeditionibus & inteſtinis diſsidiis, quibus vniuerſa Gallia miſere infeſtatur, ſalutaribus remediis opportunè proſpiceres. Veniſti vtroque gladio cinctus: ſpirituali, quem propria manu eras explicaturus: temporali, qui nutu & mandato tuo in præfractos & peruicaces erat ſtringendus. Veniſti inquam bonos vinculis exoluturus, in veram libertatem vindicaturus. Reliquum erat vt fructum à celſitudine tua*

præparatum & allatum colligeremus, vt impiorum dogmatum radices euelleres, coniuratorum factiones elideres, Eccleſiæ & regni ſtatum componeres: Verum enimuero mors inopina & præmatura Sixti ſummi Pontificis impedimento fuit, tibi quominus fructum legationis tuæ largireris ac ſpargeres: nobis, ne eodem fructu optatiſſimo frueremur. Inuidit fati maligna quædam vis, aut malus neſcio quis genius, ſacræ tuæ expeditionis fructum & ſummum & optimum: videlicet ne te authore conſtituta omnium ordinum legitima dignitate, vera & catholica religio latè propagaretur, regnum, in priſtinum decus & ornamentum, pulſa tyrannide reſtitueretur, quod tibi immortalem gloriam, nobis deſideratiſſimam & iucundiſſimam pacem atque æternã ſalutem erat pariturum. Nec propterea tamen legationis tuæ laborioſiſſimæ & honorificentiſſimæ fructibus, iiſdémque copioſiſſimis & ſuauiſſimis prorſus caruimus. Cui non tuarum laudum ac virtũtum (quas nec otioſas nec in qualibet fortuna inutiles vir bonus eſſe non patitur) præſtantia patuit, & quo ad eius fieri potuit, tributa & communicata fuit. Itaque, vt à ſingulari animi tui magnitudine incipiam, non te ab itinere ſuſcepto armorum fulgor, ſtrepitus, terror non Apẽnini anguſtiæ Alpiúmue abrupta iuga media hyeme ſuperanda, non viarum obſeptarum diſcrimina deterruerunt. Sed longè illuſtrior affulſit magnanimitas, inuicta patientia, tuáque eximia laborum tolerantia, in obſidione duriſſima & teterrima vrbis Pariſiorum: in qua rebus in ſummum periculum adductis & planè deploratis, clauum, ſecundum ſummum pontific. in puppi Eccleſiæ Gallicanæ tenens, parum abfuit quin eadem, ſæua tempeſtate & terrifica vi turbinum, in breuia ac ſyrtes abriperetur, naufragióque abſorberetur.

retur. Actum erat, niſi tu Aſteropæus alter, maturè occurriſſes de populoſiſſima, opulentiſſima, & omnium ſcientiarum virtutúmque vnica vrbe alumna: vnde tanquam ex vberrimo perennique fonte omnes liberales artes, laudabiles doctrinæ & linguæ, ad cæteras nationes dimanant & propagantur. Ibi tu, cum excluſa omnis ſpes rerum meliorum eſſe videretur, luctus vbique, fames, & plurima mortis imago, appareret, contentiones, motus, diſſidia compeſcere, præcepto & exemplo oppreſſos erigere, labantes confirmare: inibi tuarum virtutum cumulus apparere earumdémque concentus reſonare. Te altero Moſe manus ad ſydera tollente, Amalechitæ obſidione ſoluta diſſipati fuere. Quid cæteras animi tui dotes egregias referam? æquitatem, temperantiam, continentiam, vitæ innocentiam, morúmque ſanctitatem? Quid antiquiſſimæ ſtirpis tuæ ſtemmata, maiorúmque, ſplendorem, (qui doctrina, armis, honoribuſq; ſummis floruerunt) Cateráque huiuſmodi, quæ vix tua eſſe putas, acerrimos tamen ſtimulos ad omnem excellentem virtutem addere ſolent, tacitus prætercam? Quid ingenium, mores dulciſſimos, corporis totius venuſtatem, formam, gratiam, quæ tibi primo aſpectu elegantiorum hominum animos concilient, commemorem? Sed veritus ne dum laudes tuas, ſummatim licet, preſtringo, culpa deteram ingenij, colophonem addam: poſtquam de affabilitate morumq; tuorum comitate, quam ſine ſcelere tacere non poſſum, pauca delibauero. Hæc enim, præterquam quod omnibus perſpecta & notiſsima eſt, accedit peculiaris & priuata cauſa: tum ſodality & ordinis noſtri, in quem te pie animatum ſemper oſtendiſti: præſertim ex quo ſacrum altare Romæ in æde. Sanctæ Trinitatis, ſacrificiumq; ibidem perpetuo celebrandum fundaſti

ā 3 &

& dotaſti:tum mea, memini enim cum his aliquantiſper morareris, me manus tuas venerandas deoſculabundum à te blandè & comiter acceptum, vnáq; libellum meum, quem parturiebam, cuius etiam ſpecimen tibi obtuleram, Tu illum propter grauiſſimas quibus destinabaris curas & publicas occupationes eruditis quibuſdam viris tanquam obſtetricibus (quæ tua eſt humanitas) commiſeras, vt tibi de eiuſdẽ ſubiecto & (vt ita dicam) habitudine renunciarent. Ille itaq; ex illo tempore tibi destinatus & nuncupatus, tuo nunc patrocinio ac nominis vmbra tectus in lucem caput exerere audet: vt quantulacumq; animi mei ſignificatione, illud tuum in me ſtudium ſingulare aliquatenus compenſare conarer. Sed nec me vel ſubruſticus pudor vel ingenij non obſcura tenuitas & ruditas continuiſſet, quin maturius ad te libellũ hunc noſtrum miſiſſem: niſi te Romam cogitantẽ hac iter facturum mihi multis de cauſis perſuaſiſſem. Suſcipe purpuratorum Patrum clariſſimum ſydus, lucubratiũculas addictiſſimorum tibi clientum Minimi, ſtrenarum loco tibi oblatas & deuotas: primitias ex hortulo noſtro (horridulo ſpinoſóq; forſitan plus ſatis, non tamen opinor ſcholis noſtris penitus infrugifero) philoſophiæ & Theoſophiæ delibatas, obſeruantiæ erga te meæ teſtes ac pignora. Quorum ſi primum quaſi guſtum non aſpernaberis, reddes deinceps me, ad maiora melioráque progreſſu ætatis auſpicijs tuis ſuſcipienda, tuoq; mihi multum venerando nomini conſecranda, promptiorem & alacriorem. D.O.M. Celſitudinem tuam diutiſſimè & fœliciſſimè ſeruet incolumen.

PETRI

PETRI BVLLIOVD REGII PROCVRATORIS Lugduni ad Ægidium Moncurtium Claromontanum, familiæ Minimorum Fratrum Moderatorem & Correctorem.

MAIORES poſuere tui monumenta ſuarum
Virtutum, ac veluti Claro de Monte trophæa
Constituere procul ſpectata, & nobile nomen.
Cur igitur dictus Mons Clarus nomine auito,
Degener atque humilis Mons Curtus diceris? Anne
Spurcasti patrios cineres, titulóſve parentum
Curtasti? Non hoc. Sed nominis id retributum
Eſt, ex quo fratrum Minimorum adſcriptus es albo,
Et patris à Paula iurasti in vota beati.
Arcanum augurium, quo quùm decurtior audis
Vilis & obſcurus Christóque immortuus, inde
Clarior in ſummo virtutis Monte triumphas,
Et ſuperas atauos vel primæ in flore iuuentæ.
Latè ſigna, geris ſiquidem pietatis, & vnà
Doctrinæ, cui ſanctior vt comes addita vita eſt,
Tantò te extollis, quantò Mons arduus inter
Colliculos præſtat. Quin & pullata tuorum
Cedit tota cohors, Claróſque inter caput effers
Eloquij ſancti mystas, ſacrúmque ministros.
Quod magis eſt: alij chartis ingentibus olim
Quos ſcripſêre libros magni instar Montis aceruo
Dum curtas breuiter, præclaro & codice lustras,
Clarus es & Curtus pariter Mons, nomen vtrúmque
Sortitus merito: & vulgata parœmia quadrat
In te, Ritè ſuis aptari nomina rebus.

AD R. P. AEGIDIVM CLAROMONTANVM MONCVRTIVM Siculum Claudij Verderij Luriaci Mauriaci Carmen.

DVM ſtruit in Gallos ſuperata Sicania fraudes,
Vndique non potis eſt fraudibus eſſe locus.
Dum cupit Aemonis Claro de Monte nepotes
Diſperijſſe, ſuum vult perijſſe decus.
Quod voluit nollet, namque illi gloria ſi qua eſt,
Claromontanus contulit Aegidius.
Se nec ob Aegidium mage gloria, vertice tollat,
Gallia namque ſuum vendicat Aegidium.

EIVSDEM DE EODEM, endecaſyllabon.

GALLIS inuideat Pachynus vſque,
Gallis inuideat Pelorus atque,
Tabeſcat Lilybæus vſque & vſque,
Et quantum Siculum fretum locorum
Cingit, redditus eſt ſuus ſuiſque
Gallis Aegidius volente fato,
Gaudet Gallia redditum nepotem,
Dolet Trinacris exijſſe alumnum
Tellus: quæ neque cum capax alumni
Cum nec Gallia ſit capax nepotis
Fruſtra Trinacria vel inuidente,
Nequicquam quoque Gallia inuidente,
Se communicat vniuerſitati
Illius fuerit capax nec ipſa
Capax qui magis vniuerſitatis.

Noſtro ſtudio nihil continent quod impreſsionem impedire debeat. F. I. Maiſtret. E. de Damaſcenus.

Idem ſentio F. Franc. Goraceus.

Hij duo Tractatus editi à R.D.F.Egidio Moncurtio ſacri ordin. Minimorum. Tuto poſſunt excudi in gratiam eorum qui Enygmata ſcotiſtica ampleđuntur. DE BOLLO.

TYPVS OMNIVM SCIENTIARVM, ET PRAESERTIM THEOLOGIAE SCHOLASTICÆ, IN QVO OMNIA

quæ ad Chriſtianam Philoſophiam ſunt neceſſaria, continentur.

AVTHORE REVERENDO PATRE,
F. Aegidio Moncurſio, Siculo, ſacræ Theologiæ, ac humanarum artium profeſſore ſubtiliſſimo:

Ordinis Minimorum D. Franciſci de Paula, ad modum
Dialogi concinnatus. Interlocutores, Concupiſcentia & Veritas.

TRACTATVS PRIMVS.

QVONIAM quidem intelligere, & ſcire, quicquid eſt: omnes homines natura deſiderant. qui in hac vita minime, ob vltimarum differentiarum aliquorum entium latentiam, nonnullorúmue minimam entitatem, adepti eſſe poſſunt. Niſi poſtquam diuinum verbum, rerum omnium, ſufficiens ſpeculum, facie, ad faciem viderint. Vnde pſalmographus ſatiabor cum apparuerit gloria tua. At vt in

via, cuius gratia, finis, Deus hominem ipſum, creauerat nẽpe impollutè, & iuſtè viuendi penes illud pſal. 17. Deus meus, impolluta via eius homo iret. Veniens temporis plenitudo, miſit filiũ ſuũ: qui cũ ſit ſplendor gloriæ, & figura, ſubſtãtiæ eius, portãs omnia: verbo virtutis ſuæ in hac lachrimarum valle, ea ipſa vberrimè edocuit. Venite ad me omnes (clamitans) qui laboratis & onerati eſtis: & ego reficiam vos. Nam via ſum veritas, & vita. hinc quamplurimi eius irradiati lumine, infinitis voluminibus, viam hanc, nobis poſteris: ne in errorem laberemur, & à veritate deficere poſſimus, præbuerunt. Et quia ars longa, vita breuis, iudicium difficile eſt (in arduis maximè & additiſſimis rebus) vnde multi prolixæ ſcripturarum lectionis tedio, grauiter errare, & erraſſe, nonnullóſque earundem ſubtilitate deterreri, cum animaduerterem deſiderio hominum, breuem ſcientiarum ſummam componens: eo, (quod nullis meis meritis Dominus mihi partitus eſt) talento, ſuccurendum, & conſulendum fore exiſtimaui. Arram, normámque illius expectatiſſimi operis (quod arbor ſcientiæ Chriſtianalis dicitur) Chriſtiano lectori tribuens. At cum ſcientiæ, ſicut & res partiatur: res, alia Deus, *alia angelus, alia æuiternum, alia cælum, alia homo, alia ſenſitiuum, alia vegetatiuum, & alia elementatiuum exiſtens: in octo partiales partes primus iſte tractatus diuiditur.* Primo de Deo, Secũdò de *Angelis, Tertiò de æuiterno, Quartò de cælo 5. de homine, 6. de ſentiuo, 7. de vegetatiuo, Octauò & vltimo de elementatiuo diſſeremus, non ſophiſtico ſed ſcientifico diſcurſu (vt ſemper conati ſumus) procedentes, quod ſcire ſimpliciter eſt. & per cauſã cognoſcere, propter quam res eſt. Et quoniam illius eſt cauſa, &*

non

nō contingit aliter ſe habere. cupiens igitur in hoc perficere negotio, ab ipſis rerum principijs veris, medióque vacantibus quæ ſunt bonitas, magnitudo, duratio, poteſtas, ſapientia, voluntas, virtus, veritas, Gloria, differentia, concordantia, contrarietas, principium, medium, finis, maioritas, minoritas, & æqualitas: exordiar. quoniam ſi ignoratis ſemitis ingreditur non facilè progreſſus, egreſſúſque reperietur. Et quia progreſſus omnis necnon & egreſſus tanto magis facilis, quanto magis eſt methodicus & formalis: qui per regulas illas quæſtionales: ſcilicet vtrum, quid, de quo, quare, quantum, quale, quando, vbi, quomodo, & cum quo: eſt redditúrque: idcirco eas primitus diſcutiendas eſſe cogitaui. túque concupiſcentia vt ſua exigit neceſſitas expoſce, & ego Deo adiutore qua potero claritate, & doctrina tuis ſatisfaciam petitionibus.

DE REGVLIS QVAESTIONALIBVS.

***

CAPVT PRIMVM.

Concupiſcentia. QVARE regulæ iſtæ, è quibus primitus eſſe exordiendum dicis: quæſtionales ſint.

Veritas. EST primo notandum quod res magis ſcibilis eſt in quantum in dubium verti poteſt, vt quærendo de opinabili demonſtratiuis rationibus ſcientifica fiat quæ de ipſa eſſe poſſunt vnde cum intentio, & finis noſter (vt alias a me ipſa intellexit) ſit nouitios ad rerum omnium veritatem, deducere, quæ per regulas quæſtionales attingitur ideo.

Non eſt pretereundum, quin notes: quod aliud quæſtio, aliudue regula quæſtionalis ſit. Quæſtio enim dubitabilis eſt propoſitio: ita quod concretum ſigni continés dubitabile, & rem, de qua quæritur: Vt vtrum Deus ſit bonus. Regula verò quæſtionalis eſt ſignum, vel terminus ſyncategorematicus dubitatiuus, in dubium ponés intellectum auditoris, vt vtrum, quid, de quo, eſt hæc regula dicitur quia regulat reſpondentem: iuxta interro

interrogationem eſſe reſpondendum: quapropter regula quæſtionalis eſt ſignum interrogatiuum rei, de qua fit vel fieri poteſt inquiſitio. cuius decem ſunt ſpecies: ſcilicet vtrum, quid, de quo, quare, quantum, quale, quando, vbi, quomodo, & cum quo vt diximus.

ARIST. 2. poſt. dicit quod quæſtiones ſunt numero æquales, his quæcunque vere ſcimus, & ſubiungens dicit, quæſtiones ſunt quatuor: ſcilicet ſi eſt, quid eſt, quia eſt, & propter quid eſt. tu vero decem regulas quęſtionales eſſe dicis, vnde tot quæſtiones ponis? aut Ariſtoteles mancus, aut tu ſuperflua. *concupiſcentia.*

NOTANDVM eſt pro huius difficultatis ſolutione, quod aliud eſt rem ſcire, aliud vere ſcire, aliudue de re verum ſcire. Rem ſcire eſt ipſam, per cauſam cognoſcere quæ non contingit aliter ſe habere: vt ſcire hominem eſſe riſibilem, per animal rationale. Verè rem ſcire eſt cognoſcere rem totaliter ſcilicet inquantum eſt, vel non eſt, vel quo ad quidditatem, qua eſt: & ſic cognoſcitur per quæſtionem ſimplicem, quæ duplex eſt, ſcilicet ſi eſt, & quid eſt, vel res cognoſcitur vt habet proprietates, aut quoad propter quid habet proprietates, & ſic cognoſcitur per quæſtionem complexã: quæ eſt etiam duplex: ſcilicet quia eſt, & propter quid eſt. De re autem verum ſcire, eſt in quantu ſcitur totaliter & ſecundum ſe totã: quia cogniſcitur quo ad eſſe, & quo ad modũ eſſendi quod eſt per omnes cauſas & circunſtantias eſſendi ipſius. Ariſt. 2. poſt. tractat de ſcire rem verè vt eſt finis neceſſarius demon- *veritas.*

ſtrationis cuius medium eſt definitio. Ego autem intendo de ſcire rem veram non ſolum quo ad cauſas eſſendi, ſed etiam quo ad modos, & circunſtantias eſſendi: quod eſt per decem regulas nec non & ſpecies regularum quæſtionalium. Vnde nec ille mancus nec modus tractationis noſtræ ſuperfluus. Regula ergo vtrum, eſt ſignum dubitatiuum cum affirmatione & negatione quærens de re, quæ regula tres habet ſpecies ſcilicet dubitationem, affirmationem & negationem: & hoc quia cum cauſa ſit de poſſibilitate cauſat fidem, credulitatem ſiue ſuppoſitionem ſupponens quod vtraque pars, ſit poſſibilis, ſcilicet affirmatiua & negatiua, ne intellectus ſit obſtinatus & ligatus ad hoc præciſe, & ad hoc præciſe ſed ſit inueſtigatiuus vt tranſire poſſit ad attingendum affirmatiuam vel negatiuam, & hoc cum hac conditione vt ſemper concedat hoc quod magis recolibile, intelligibile & amabile, ſicut eſt ipſum eſſe, & verum, vt ſi quæritur vtrum Deus ſit. reſpondendum eſt quod ſit quia magis recolibile eſt, & intelligibile & amabile ipſum eſſe quàm non eſſe, & quia quod eſt tale, eſt eligendum non cum minori eligibilitate, & amabilitate, ſed cum maiori, quia quando affirmatiua vel negatiua eligitur cum minori eligibilitate ſubiecti, electio quidem talis, non cauſat ſcientiam: quæ concluſionis habitus eſt, per demonſtrationem acquiſitus, ſed bene fidem, & credulitatem, qua ſcitur hoc tale & non tale cum formidine.

Concupiſcentia. QVID intelligis per maiorem, & minorem

intelli

intelligibilis amabilis , & recolibilis electionem.

Maior electio cauſatur ex maioritate cognitionis rei quæ præſuponitur cognita vel ob impoſſibilitatem veritatis ipſius rei. quæ eſt impoſſibilis aliter ſe habere,& hic eſt electio eorum quæ ex fide cognoſcimus. Electio verò minor eſt reſpectu eorum,quæ ſunt magis nota quo ad nos & hæc ſunt in duplici differentia,aut quæ ſunt cognita vt vera & neceſſaria : & ſic eſt electio concluſionis cognitæ per deductionem neceſſariam,& non poſsibiliũ aliter ſe habere principiorum , aut ſunt cognita vt probabiliter vera, ſicut eſt electio iſtius concluſionis,omnis homo currit,quæ eſt deducta ex cõſilio intellectus concipientis iſta omne animal currit & omnis homo eſt animal. Vnde cum in his principiis prædicatum , non ſit de eſſentia ſubiecti ſequitur, quod concluſio ex iis deducta non ſit neceſſaria ob id fidem vel ſimplicem credulitatem cauſat quarum electionum , prima generat ſcientiam vel proprie ſapieniam ſecunda ſcientiam, quæ eſt habitus concluſionis per demonſtrationem acquiſitus , vnde prima eſt cum maioritate electionis intelligibilis , recolibilis & volibilis & huiuſmodi eſt ſecunda.Tertia autem cũm minori electione ex parte ipſius , & ex parte deductionis eiuſdem ex principiis. *Veritas.*

De regula quæſtionalis quid.

CAPVT II.

Concupiſcentia. Veritas.

QVID eſt regula quæſtionalis quid?

EST terminus ſyncathegorematicus quo cõſignificatur quæſitiuè de quidditate rei in ſe, ad in ſe, vel quo ad in ſe, dico de quiditate quia quid nominis rei vt dicit Ariſtot. 1. poſt. 2. textu in omni ſcientia, ſubiectum quo ad quid ſcilicet nominis, & quia habet, proprietates ſupponitur, quidditas ergo rei eſt ratio formalis rei in ſe, vel eſt ipſa eſſentia rei ſecundum ſe accepta ſine omni reſpectu: proinde quiditas dicitur quaſi rei entitas, quærit quid de re, quid in ſe formaliter, ſcilicet per propriam formam & quid in ſe eſſentialiter ſcilicet in propria ſubſtantia & eſſentia ideo dicitur in ſe & quo ad in ſe. Vnde notandum eſt quod quiditas ſ quideitas, & quidditas dici poteſt, quidditas in quantum eſt ipſa rei eſſentia ſecundum ſe accepta, & præciſa ab omni reſpectu materiæ, tum actuali, tum aptitudinali: ita quod actu non eſt in materia nec in potentia proxima adeſſe in materia vt humanitas, quæ quidditas etiam in ſe dicitur, quidditas autem prout eſt ipſa eſſentia præciſa ab eſſe actuali & concernentia hac ſubiecti, cum concernentia aptitudinali ad ipſum ſubiectum, vt humanitas. quideitatis dicitur in via ſcotica abſtractum vltima abſtratione, & quidditas abſtractum media abſtratione prima eſt in ſe, ſecunda ad in ſe, quo ad in ſe autem dicitur

citur prout eſt eſſentialiter, dicit reſpectum concretionis formæ in materia vel operationem ad ad materiam. Quare ly quid præter quod quærit de quiditate in ſe & ad in ſe, quod eſt per quid eſt in ſe, & quid habet in ſe, vt verò quærit quid eſt in alio, quod eſt quærere reſpectũ concretionis formę in materia, & quid habet in alio quod eſt quęrere cõcretionem operationis ad materiã vnde quid habet quatuor ſpecies quæſtionales ſub ſe, ſcilicet quid eſt, in ſe quid ad in ſe, quid eſt in alio, & quid habet in alio. Exemplum primi vt quid eſt homo: reſpondetur quod eſt animal rationale; exemplum ſecundi vt quid homo habet in ſe, reſpondetur humanitatem, humanabile, & humanare. Exemplum tertij vt quid homo eſt in alio. quod eſt bonum, ens, in bonitate eſt entitas magna, in magnitudine, grammaticus in grammatica & in logica logicus: exemplum quarti vt quid habet homo in alio reſpondetur, quod in ſcientia, habet intelligere per cauſas, in fide, credere, in opinione, cognoſcere cum formidine.

Regula quæſtionalis de quo.

CAPVT III.

REGVLA tertia quæſtionalis quæ eſt de quo quare talis dicitur. *Concupiſcentia. Veritas.*

RESPONDETVR quia eſt de ordinabilitate, vnde ly de dicit reſpectum dependentiæ, aut negatiuè, vt eſt de primo ente, quod non de-

 pendet

pendet de alio,nec eſt poſſibile dependere,quia eſt à ſe per ſe, & ad ſe vel priuatiuè quatenus actuali priuatur dependentia, cum concernentia aptitudinalis dependentiæ, vt quæ non ſunt,ſed erunt aut poſitiuè dicit reſpectum dependentiæ per modũ ſimplicis emanationis tranſubſtantiationis vel generationis, & ſic eſt id quod formalem dicit ordinem, dependentiæ de aliquo,aut vt de agente æquiuoco, & hoc modo omne ens quod eſt citra Deum eſt de aliquo,vel dicit ordinem cauſæ efficientis immediatæ, vt cum dicimus Chriſtus conceptus eſt de ſpiritu ſancto, quãdoque materiã vt Chriſtus de maria virgine, aliquando identitatẽ ſubſtantiæ, vt Chriſtus eſt de patre,quandoque tranſſubſtantiationẽ vt corpus chriſti ,fit de pane vnquam autem dicit ordinem huius poſt hoc, vt creatura eſt de nihilo id eſt poſt nihil, hæc regula tres habet ſpecies, prima eſt primitiua inquantum quæritur de re abſolutè, ſicut quando quæritur de quo eſt homo , reſpondendum eſt quod eſt de ſeipſo hoc eſt non eſt factus de aliquo ſed eſt creatura quæ eſt,&,non fuit.Secunda ſpecies eſt quando quæritur ſpecialiter de quo aliquid eſt factum , vt eſt quærere de homine de quo eſt factus reſpondetur de ſuis principiis ſcilicet humanitatiuo, humanabili & humanare,vel de ſuo corpore , & ſua anima: tertia ſpecies eſt quando quæritur poſſeſſiuè vt de quo eſt homo reſpondendum eſt Dei, intellectus hominis, & regnum regis.

Regula

Regula quæſtionalis quare.

CAPVT IIII.

QVID eſt regula quæſtionalis quare? *Concupiſcentia.*
ESt illa quæ quærit de cauſa quidditatiua rei vt quieſcat intellectus in re, apprehenſa, & vlterius non ſit progreſſiuus vt quare homo eſt riſibilis reſpondetur quia eſt animal rationale. *Veritas.*

QVOD ſpecies habet quare? *Concupiſcentia.*
DVAS quare vna eſt per exiſtentiam alia vero per agentiam. Per exiſtentiam dicitur quando quæritur de cauſa eſſendi rei, vt quare homo eſt, reſpondetur vt intelligat ſummum bonum, intelligendo amet, amando poſſideat, & poſsidendo fruatur. *Veritas.*

CAPVT V.

QVID eſt regula quæſtionalis quantum? *Concupiſcentia.*
ANTE ipſius quanti deſcriptionem, eſt ſciendum præterea, quæ notanda reliqui quod quantitas, ſiue quantum eſt, quatuor modis, quędam eſt quantitas diſcreta præciſe, ſicut numerus angelorum, alia eſt quantitas ſimul diſcreta, & continua vt numerus partium corporis, ſicut lapidis, alia eſt ſimul diſcreta, continua ſiue extenſa & etiam intenſa, ſicut numerus partium vnius qualitatis corporalis vt caliditas, alia autem: eſt quantitas ſimul diſcreta, & intenſa, ſed non continua, ſicut numerus partium qualitatis ſpiritualis, vt charitatis, hoc modo qualitas eſt *Veritas.*

quanta,

quanta, in ſubſtantia materiali, vt in angelo & in anima. Vnde quantitas continua eſt extenſio, vel extrapoſitio vel diſtantia partium facientium vnum totum: quod eſt partes copulare ad vnum terminũ communem. diſcreta vero eſt cum partes non copulantur ad vnum terminum communem vt numerus entium diſtinctorum, quæ ſunt ſpecies quantitatis molis, & materialis, & non quãtitatis perfectionalis, quæ vt diximus eſt ratio virtualis perfectiua quam habens melius eſt eſſe quam non eſſe: & hæc repetitur in ſpiritualibus, & corporalibus & eſt quid traſcendens indifferenter competens finito & infinito. Ideò hac poſita hypoteſi quantum nihil aliud eſt niſi ſignum quæſitiuum quanta res ſit, & habet duas ſpecies. prima eſt quando quæritur de quantitate continua vt quantus eſt intellectus reſpondetur quod tantus eſt, quod per ſpiritualem quantitatem ſuæ naturæ correſpondentem eſſe poteſt. per ſpiritualem quantitatem, dico quia nõ eſt quantus linealiter, & punctualiter propriè, ſed modaliter & impropriè Secunda ſpecies quærit de quantitate diſcreta: ſicut quando quæritur quantus eſt intellectus: eſt reſpondendum tantus, quòd ſunt ſua correlatiua in quibus ſua eſſentia eſt diffuſa & communicata ac ſubſtantiata, ſcilicet intellectiuum, intelligibile & intelligere cum quibus eſt ſpeculatiuus practicus generalis & particularis.

CAPVT VI.

Concupiſcentia. Veritas.

QVID eſt regula quæſtionalis quale?

EST ſyncategorema dubitatiuum de formalita

malitate rei, ſecundum quam res talis dicitur: dico de formalitate conſequenter, quia qualitas eſt prædicatum commune ad formam eſſentialem, accidentalem propriam, & accidentalem appropriatam, cum qualibet talium rem qualificando, atque talificando talem, qualemque denominare poteſt. Ob id per formalitatem qualificatiuam ipſius commune prædicatum neceſſum fuit deſcriptam relinquere, ac determinare. Vnde ipſa amplificatur per propria accidentia, quæ naturam rei conſequuntur, vt qualis eſt homo eſt riſibilis intellectus intellectualis, per differentias quibus ſpecies abundat à genere, vel res vna eſt eſſentialiter diſtincta à quauis alia vt qualis eſt homo, eſt rationalis, ſicut per ſuum eſſe quod quid eſt dicimus eſt animal rationale quod habet qualificare totaliter & eſſentialiter. Per appropriata etiam amplificatur vt ſi quæritur qualis eſt ignis reſpondetur quod eſt ſiccus per ſuam ſiccitatem quę eſt qualitas ſibi appropriata per terram quæ proprie eſt deſiccatiua.

QVOD ſunt ſpecies regulæ quæſtionalis quale? *Concupiſcentia.*

TRES vt ex habitis, colligi poteſt, ſcilicet quale quid, quale proprium & quale appropriatum. Et ratio eſt quoniam qualificare ſecundum eſſe formale quo res dicitur talis qualis eſt eſſe formale & conſequenter eſſe formale, aut dat eſſe formaliter rei: cuius eſt ratio formalis & ſic eſt per quale, quid aut eſt eſſe formale quod fluit à principiis formalibus rei ipſique eſt conuertibile & huiuſmodi eſt quale proprium, quod de *Veritas.*

omni

omni per ſe, & ſecúdum quod ipſum prædicatur de illo cuius eſt, quale proprium. Aut eſt eſſe formale per appropriationem ipſius, ad aliquod vel per ſimilitudinem eiuſdem generis innominati, cum aliquo cauſato. Vnde illud cōſequitur ſicuti igni ſiccitas, & intellectui habitus aut practicus, aut ſpeculatiuus & hoc dicitur quale appropriatum. Exemplum ergo primi ſi quæritur quale eſt intellectus. Reſpondetur quod eſt talis, qualis eſt ſua intellectiuitas, & voluntas, qualis eſt ſua voluntiuitas, & memoria qualis eſt ſua recolitiuitas. exemplum ſecundi qualis eſt intellectus reſpondetur intellictiuus ac qui eſt aptus natus intelligere. Exemplum tertij vt qualis eſt intellectus. Reſpondetur quod eſt talis qualis eſt ſuus habitus ſiue qualis eſt ſua intelligibilitas appropriata per actionem poſitam in ſua propria intelligibilitate per quam attingit alia entia intelligibilia.

CAPVT VII.

Concupiſcentia. HABITO hactenus de regula, quæſtionali quali, de regula quæſtionali quando tractare rogitatam eſſe velim, maximam enim puto difficultatem ob eius multiplicitatem concernere habet. Qua de re ne in vacuum meum ſit eſſe, quid ergo eſt regula quæſtionalis quando?

Veritas. ANTEAQVAM quid hæc ſit regula quæſtionalis determinem eſt, notandum quod quando capitur tripliciter, ſcilicet communiter propriè & magis propriè ſicuti & tempus. Quando communiter

muniter accipitur pro quacunque rei menſura, aut quod eadem ſit cum re menſurata, aut quòd ab ipſa ſit ex natura rei diſtincta, & ſic æternitas poteſt dici quando cum habeat deducere nos in cognitionem rei æternæ vel principio & fine caret. Proprie autem quando accipitur pro menſura præciſe ex natura rei a re menſurata vel menſurabili diſtincta, & ſic ſubſtantia infinita non eſt in quando cum tali quandeitate non menſuretur. Et hoc modo quando de æuiternitate & tempore ſiue. menſura temporanea dicitur, quæ menſuræ ſunt ex natura rei diſtinctæ à rebus menſurabilibus per ipſas: alia & alia formalitate. æuiternitas enim ſpirituales res menſurat continuè quo ád eſſentiam, ſed diſcretiuè quo ad operationes, eò quod inquantum immateriales ſunt æuiternitas in ipſis continuitatem dicit,quare nõ poſſunt aliter eſſe.Sed quia operationes tum quo ad, ad ſcilicet ad terminum ad quem ſunt operationes poteſt eſſe diſcretus, & per conſequens operationes diſcretæ tum etiam quo ad in ſcilicet quo ad terminum a quo & ſubiectum in quo ſunt operationes, quia ab operationibus diſtinguitur ex natura rei, vt per ipſa accidentia ſubſtantia quare æuiternitas, ipſas ſubſtantias menſurat, quo ad operationes diſcretæ, & quo ad eſſentiam rei menſuratæ continuè,quando verò magis propriè accipitur pro menſura rei principiatæ, & finibilis, ſiue poſſibilis aliter eſſe & ſic quando tantum dicitur menſura temporanea quę æuiternitatem non continet in ſuo conceptu quandeitatis

tatis ſcilicet vnde illa licet rem prinçipiatam menſuret,non tamen finibilem,hocvero quando principiatam , & finibilem rẹm menſurat,& ſic hoc quando nihil aliud eſt, niſi menſura motus, & quietis ſecundum prius , & poſterius de quo videat quiſquis hæc noſtra legere dignatus eſt 4. phiſico Ariſtotelem.Vnde ex his dico quod aliud eſt eſſe cum quando , aliud in quando, & aliud ex quando, ſicut dicere aſſueuimus quod differũt eſſe cum tempore,eſſe in tempore,& eſſe ex tempore: eſſe cum quando eſt, eſſe quando exiſtente. non quod quando ſit cauſa exiſtentiæ illius , qui eſt cum quando, ſicut dicimus: quod Deus præter , quando æternitatis. quia nunquam incæpit eſſe , eſt cum quando vel æniternitatis ſit , aut temporalitatis : quia illis verè exiſtentibus,quando exiſtebant, & exiſtunt, Deus exiſtebat. qua propter ante mundi conſtitutionem, licet æternitas, ac menſura temporanea non extiterint dicimus tamen quod Deus non erat,cum quando. Eſſe verò in quando , eſt menſurari quandeitate & ſic tantum res corruptibiles ſunt in quando. At eſſe ex quando eſt dependere ex quando & ſic dicit cauſam. Dico igitur quod regula quæſtionalis quando eſt qua quæritur de re, quando ſit,vel non ſit.ideo ergo ſi ſermo fit de re, quæ principio , & fine caret quando ſit reſponderi debet: iuxta menſuram, quæ eſt eadem ipſi realiter : & ex natura rei ſcilicet æternitas ſi vt dicitur quando eſt Deus, reſpondetur quod eſt in æternitate , & cum æternitate , & ex æternitate, capientes tamen ly ex negatiuè , & non poſitiuè

ſcili

ſcilicet ex æternitate, hoc eſt non ex æuiternitate,& temporalitate ſed ex ſeipſo æterno hoc eſt non ab alio.

Qvot ſpecies, hæc quæſtionalis regula habet. *Concupiſcentia.*

Tot habet ſpecies: quot ſecunda tertia & nona,ac decima regulæ habent:& ſic ſunt quindecim.vt ſi quæritur quando eſt homo reſpondetur per primam ſpeciem ſecundę regulæ quod eſt tunc quando ſuum eſſe,eſt. Et per ſecundam ſpeciem eſt tunc, quando ſuas habet partes eſſentiales,& per tertiam ſpeciē,eſt tunc quādo eſt in ſua bonitate, magnitudine, vel in ente obiectiuè, in praxi operatiuus extrinſecè, in contemplatiua eſt ſciens per cauſas & operatiuus intrinſece. Per quartam verò ſpeciem eſt tunc quando habet generare ſibi ſimile, operari propter finem vt finis eſt: & ob finem ſub fine. Per primam vero ſpeciem tertiæ regulæ,ſi quæritur quando eſt quando? vel tempus, quia quando eſt res primitiua, dicitur quod quando.non eſt de alia eſſentia productum. vt eadem eſſentialiter ſibi,licet benè ſit ab ea eſſentia à qua omne eſſe eſt in eſſe. Quo vero ad ſuam rationem abſolutam eſt eſſentia primitiua, ſicuti prima materia & prima forma ſi verò quęritur per ſecundam ſpeciem ſic reſpondetur quod eſt de motu primi mobilis. Per tertiam ſpeciem ſi fiat inquiſitio, dicitur quod quādo eſt rei menſura mobilis, ſecundum prius, & poſterius vnde eſt ſubditum agenti in agibili per agere. Quare per agere & motum octauæ ſpheræ alij mouentur orbes & generationes fiunt & cor-

Veritas.

b ruptio

ruptiones: qui motus per quando menſurantur & cognoſcuntur. At ſi fiet quæſtio per modalem regulam, intelligendum eſt quod quando conſiſtit in mouente, mouere, & mobili: & per ſpeciem ſecundam eiuſdem regulæ dicitur quod tempus eſt inſtrumentum ſubſtantiæ, cum motu vt ſubſtantia poſſit agere. Per tertiam ſpeciem quando, eſt figura agibilis & ſuæ agibilitatis per motum. Et per quartam ſpeciem quando dicitur quod habet tranſmittere, ac notificare rem numeratam & menſuratam per ipſum. Per primam ſpeciem decimæ regulæ, quando eſt cum motu quem habet munerare vel ſecundum inſtans præteritum nūcheitatis, & futuri. Et ſi quæritur cum quo alia eſt munera & menſura reſpondetur quod cum motu formaliter commouente effectiue, & cum mobili quiddeitatiue & ſubſtantialiter, per tertiam verò ſpeciem quando communiter: eſt vniuerſaliter omnem continens menſuram. Propriè & particulariter, menſuram præciſe ex natura rei à re menſurata diſtinctam habens. Sed magis proprie eſt diſcretiuè continens quando, quod motum ſecundum prius & poſterius menſurat Et per quartam ſpeciem habet tranſmittere ſuam figuram, & ſimilitudinem in re menſurata: ſecundum prius, & poſterius.

CAPVT VIII.

Concupiſcentia.

CONSEQVENS eſt, (ſi finis correſpondet placitis) de regula quæſtionali vbi ſermocinari.

ALIVD

Alivd non efflagito, rem aliam peto, minime, circa hoc eſt omnis meus finis: vt tibi cõcupiſcentia ſatisfaciam. Sed vt quæſtionalem, vbi regulã verè cognoſcas, quid locus ſit, neceſſe eſt vt definiatur: quoniam eo cognito, vbi eſt cognitum nam idem realiter ſunt: formaliter differentia locus ergo eſt ſuperficies corporis aliud continentis immediate, & diuiſa ab eo ex quo elicitur quod non totum corpus locans eſt locus, ſiçut tota ſphera ignis non eſt aeris contenti locus, ſed pars vltima ignis elicitur etiam per ly immediate quod vltima ſphera non ſit locus terræ nam locus reſpectu locati, tres debet habere conditiones vt locus, ſit locati locus, & locatum ſit loci, locatũ ſcilicet mẽſurare, continere, & conſeruare. Non quod loco reſpectu omnis locati cõpetant. Sed ratione locati in ſe. Ideóque aliquid eſt in loco tripliciter circũpſcriptiue definitiue & repletiue: eſſe in loco dimẽſionaliter, ſeu circumpſcriptiue. vel dimenſiue eſt cuius partes commenſurantur partibus loci: ita quod totum eſt in toto loco, & vna pars eſt in vna parte loci & alia in alia parte, & nullæ duæ partes extenſiuè in vna parte loci, & ſic corpus extenſum eſt in loco vt dicemus in tractatu de Deo. Cauſa eſt quia eſſe totum in toto loco & pars in parte: eſt per rationem formalem, qua totum eſt totum quantitatiuum, & partes ſunt partes. Sed per quantitatem totum eſt totum, & partes rationem habent partis, quod non eſt niſi corpus, & corporis partes: ergo ipſum præciſe ſecundũ differentias quantitatis eſt in eſſe vbi. Eſſe verò *Veritas.*

in loco definitiuè eſt quod realiter eſt: vbi locus eſt,nõ natum eſſe alicubi indifferenter ſiue quod ſic certo loco terminatur, quod exiſtens in illo, non eſt aptum natum eſſe in alio diſtanti ab illo,vel quod deffinit certum locum in quo eſt totum in toto,totum ſcilicet mixtum, quia nihil ipſius quin ipſum, & totũ in qualibet parte loci, & nihil eius extra talem locũ:& hoc modo anima rationalis eſt in corpore, & corpus Chriſti in loco ſpeciei ſcilicet. At eſſe in loco immẽſiuè illud dicitur quod replet omnẽ locũ ita quod,non eſt locus poſſibilis: quin impleatur ab eo, quod taliter eſt in loco. Vnde Hermes in tractatu de diffinitionibus Dei dicit: quod Deus eſt ſphæra intellectualis, cuius centrum, eſt vbique, & circumferentia nuſquam.Et ſic Deus eſt in loco,locus igitur, & vbi realiter idem ſunt: cum talium quodlibet ſuperficies corporis contentiui, reſpectu corporis contenti ſit:Sed locus aliquando dicit vacuitatem, aut propriè, aut per priuationem omnis corporis, ſcilicet corporis ſolidi & ſenſibilis, iuxta vulgarem modum: ſicut dicimus quod arca eſt vacua ob abſentiam panis, & dolium vino non impletum: vbi verò nunquam vacuitatem dicit reſpectu corporis, quod eſt ad vbi ideo formaliter differunt.

Concupiſcentia. QVOT ſpecies habet hæc regula quæſtionalis vbi

Veritas. QVINDECIM ſcilicet quatuor à ſecunda, tres à tertia, quatuor à nona, & quatuor à decima: exempli gratia vt in breui me expediam. vbi eſt res in ſe,vbi res habet in ſe, vbi res eſt in alio,

alio, & vbi res habet in alio, vbi quomodo eſt, in ſe, vbi quomodo habet in ſe, vbi quomodo eſt in alio, vbi quomodo habet in alio, quod idẽ eſt dicere vbi locus, eſt in ſua eſſentia, vbi locus habet locatum in ſe, vbi locus eſt in locato, & vbi locus habet proprium locatum, vbi cum quo eſt locus, vbi cum quo habet alia locare: vbi cum quo eſt locus vniuerſalis, vbi cum quo extra ſe tranſmittit ſuam ſimilitudinem. Vbi de quo eſt in ſe, quod idem eſt quærere, de principiis eſſentialibus originalibus, aut intrinſece, aut extrinſece, quod primitiua ſint, habita, aut poſitiua: & terminum à quo dicant. Vbi de quo eſt compoſitiue, & ſic eſt quærere de ipſo vbi quo ad principia: per quæ eſt in eſſe, tali, formaliter ſecundum quid, & vbi de quo poſſeſſiuè, quod idem eſt quod cuius, vt vbi de quo eſt locus ſcilicet cuius eſt locus, & ſic dicimus quod cor eſt de ſanguine hoc eſt ſanguinis ſedes.

CAPVT IX.

IN CONGRVVM, ni fallor de regula, quæſtionali quomodo: (concinnatum poſtquam eſt, de regula quæſtionali vbi) differei e, non eſt, nam habito de loco rei, quæratur de modo eſſendi rei, cum modus formalitas ſit rei, cuius eſt modus & quia res conſeruatur menſuraturque per locum cuius eſt locatum, neceſſum ideo fuit tractare de vbi primò, & conſequenter de modo rei ad vbi, qua de re, quid eſt regula quæſtionalis quomodo? *Concupiſcentia.*

. NON eſt prætereundum, quin notes modum *Veritas.*

multiplicem eſſe. & æquiuocum ad modum eſſeitatis, ad modum inuitatis, ad modum additatis & ad modum obiectiuitatis ſeu conceptibilitatis. Ex eo quod, ſecundum idem nomen modalitatis & alias, atq; alias rationes formales dicitur de ipſis vt rectè intuenti manifeſtum eſt. Modus ergo eſſeitatis eſt quo, res eſt in eſſe formali, aut generico aut ſpecifico vel numerico: qui modus dicitur eſſentiæ prout ratio eſt, quam res eſt vel in ſe, vel in eſſe obiectiuo, agentis exiſtentiæ, quo res eſt extra ſuam cauſam, & ſubſiſtentiæ quo res eſt hoc aliquid. Modus autem inuitatis ille eſt qui propriè, vel appropriatè, ineſt ſubiecto vel naturæ, cuius eſt modus, & ſic dicimus frigiditatem & ſiccitatē terræ eſſe modum. Modus additatis ille dicitur quo res habet ad aliud ſe habere: vt paternitas modus eſt, quo generans, refertur ad genitum, ſub ratione filij: & filiatio qua genitum, refertur ad patrem, ratione, generantis. Sed modus obiectiuitatis eſt, quo res concipitur iuxta alias & alias formalitates repræſentatas, vel repreſentabiles intellectui, ex natura rei, in re exiſtentes vt humanitas, rationalitas, riſibilitas. bipeditas & alij reſpectus, in homine. His poſitis dico quod regula quæſtionalis quomodo nihil aliud eſt, niſi quædam methodus quæſitiua de modo eſſendi rei, inhæſiuo in re, adheſiuo ad rem, & de conceptibilitate rei. Vnde alio modo debet reſpondere ſi quæritur de modo eſſendi, quàm de modo inhærendi, & de modo adhærandi, vel concipiendi rem, ideò quilibet iſtorum quatuor modorum quatuor ſecum

cum collaterales habet ſpecies: ſcilicet quomodo res eſt in ſe, ſicut intellectus eſt ens per ſe, quando intellectus habet modum eſſendi per ſe, & eſt remotus ob omni alia eſſentia, & eſt prima ſpecies. Secunda ſpecies eſt quādo quæritur quomodo eſt intellectus, in alio, & aliud in ipſo. Et eſt reſpondendum: quod intellectus habet modum eſſendi in voluntate & voluntas in ipſo, inquantum cum ipſo, & memoria, eſt ipſa anima rationalis. Tertia ſpecies eſt quando quæritur de eſſe totius in partes, & de eſſe totum in toto, quod in ipſis eſt eſſentialiter, & illæ in ipſo potentialiter. Nam homo eſſentialiter eſt animal, qaod potentialiter eſt homo. Quarta ſpecies eſt de modo tranſmiſſiuo ſecundum ſpeciem, & ſimilitudinem, vt quomodo intellectus tranſmittit ſuam ſimilitudinem extra ſe: & reſpondendum eſt quod per habitum ſcientiæ, eo quod intellectus eſt realitas perpetua, & habitus ſcientię de pluribus factus experientiis eſt, de difficili mobili, & per conſequens, quaſi perpetuus. quare per habitum ſcientiæ cognoſcimus, intellectum eſſe perpetuum.

CAPVT X.

RESTAT de regula quęſtionali cum quo per-ſcrutari ac diſſerere & quia finis, ac periodus omniū aliarū eſt. Ideo aliquātum circa ipſam immorandū incongruū & inutile nō erit quoniā ly cū quo eſſentiā quantitatē, qualitatem quando cæteraſque regulas quæſtionales, continet. ipſa itaque cognita, de facili & cōtenta conoſcentur: *Concupiſcentia.*

ob id quid eſt regula quæſtionalis cum quo?

Veritas. Anteaqvam quid ipſa ſit diffinitiuè exprimam notandum eſt quod ly cum quo inſtrumentalitatem dicit, & reſpectum agentis ad rem actam, vel agibilē quo agens mediatè immediateque rem actā agibilemue reſpicit, mediatè dico quādo quovel inſtrumentū ipſum eſt quid extrinſecum ipſi agenti, & ab eo eſſentialiter diſtinctum: immediatè verò prout inſtrumentum & quo intrinſecum quid agēti eſt eidemque eſſentiale, qua de re inſtrumentum duplex eſt organicum, & materiale, vnum inorganicum & immateriale aliud, immateriale illud eſt, quod à materia dependet eductiuè, nam de potentia materiæ, non deducitur, ſubiectiuam, obiectiuamque tamen à materia dependentiam non excludat, cum materiæ forma ſit, & materialem quiditatem vt materiæ forma vnita concipiat. Et hoc duplex eſt ſcilicet eſſentiale, & accidētale, eſſentiale inquantum eſt vna eſſentia cum re, cuius eſt inſtrumentum vt eſt intellectus, & aliæ animæ potentiæ accidentale prout eſt alia eſſentia, à re cuius eſt inſtrumentum: ſicut ſunt habitus intellectus. ſapientia videlicet intellectus, ſcientia, prudentia, & ars. inſtrumentum organicum illud dicitur quod de potentia materiæ, deducitur ad eſſe hoc, & actuale ſicuti corpus & hoc duplex, eſt ſcilicet per ſe, & per accidens per ſe dico, eo quod eſt vera res, quæ educitur, ac generatur & à natura intenditur. huiuſmodi eſt ſubſtātia corporis & tertia entitas, quæ reſultat ex vnione materiæ, & formæ. Nàm licet illa

ſit

: ipſum agens, quod agit, tamen inſtrumentum
r ſe dicitur, reſpectu agẽtis extrinſeci, vt eſt ho-
o aſſumptus à verbo eoq; caro ſola, aſsũpta non
t, nec ſola anima, ſed homo, conſtans ex ani-
a, & corpore, Non autem homo in eſſe perſo-
ali, & ſuppoſitali. Sed natura ipſa, quæ antea-
uam perſonaretur, perſonalitate qua homo pu-
s, fuit præuenta à verbo qua eſt homo, Deus,
r accidens verò inſtrumentũ dicitur quod præ-
ſe habet induere ſubſtantiam vt id quod ope-
tur, per ſubſtantiam operaretur per ſubſtãtiam
antam, ſecundum longitudinem, latitudinẽ, &
ofunditatem, vel per ſubſtantiam qualem ſcili-
t dulcedinem, albedinem, frigiditatem, aliaſ-
qualitates. Vnde omnis alia cathegoria à ſub-
ntia dici poteſt inſtrumentum per accidens.
uibus his ſuppoſitis dico, quod regula quæſtio-
lis cum quo, eſt qua quæritur de ipſo princi-
o quo, & inſtrumẽtalitate qua, agens mediatè,
mediateue, per ſe, & per accidens, habet age-
in paſſo proportionato: vel improportiona-
naturali, vel violento, ideo quatuor habet ſpe-
es: regula hæc. Prima qua quæritur de re, cum
o ſit, pars, & ſic reſpondendum eſt, quod eſt,
m differentia, concordantia, & poteſtate, ac
m cæteris principiis, (contrarietate excepta)
cunda ſpecies, quando quæritur cum quo, res
ia à ſe, habet reſpicere, & ſic reſpondendum
quod eſt, per inſtrumentum eſſentiale, vel ac-
dẽtale, mediato, vel immediato, per ſe, vel per
cidens organico, vel inorganico. Nam quomo-
fit inquiſitio de re, fiet, & reſponſio inquiſitio-

 ni.

ni. Tertia ſpecies, quando quæritur, cum quo res eſt vniuerſalis, vel particularis & quia res, vel eſt talis, ex ſe, vel eſt talis ex obiecto, circa quod, res habet operari. Si quæſtio quærit, de vniuerſalitate, vel particularitate rei ex ſe, reſpondendum eſt quod, cum ſua eſſentia eſt particularis vel vniuerſalis. Si autem quæritur de vniuerſalitate ipſius, ratione obiecti tunc reſpondendum eſt: quod ſi reſpicit res in ſua eſſentia, eſt vniuerſalis, ſi autē reſpicit res in propria ſpecie, eſt particularis. Non particularitate diſcretiua. Documentum ergo vniuerſale habeto quod eo modo, quo, & cum quo, fiet inquiſitio rei, ſit & reſponſio & ſolutio inquiſitionis ipſius rei.

De principijs ſcientiæ ſecunda pars primi tractatus.

De bonitate.

Capvt primvm.

Concupiſcentia. De regulis quæſtionalibus, poſt quam diſſeruimus de principiis illis cōmunibus, quæ mihi declaranda propoſuiſti: agitate, ſi ſuo reſponderit optatui neceſſum eſt. Nam in omni, quam profeſſi ſumus, hanc antiqui profeſſi ſunt, ſciētia, ex principiis communibus proceditur ſcire vnumquodque opinamur (ait Philoſophus) ſimpliciter & non ſophiſtico modo quod eſt ſecundum accidens, cum cauſam arbitramur cognoſcere. At quia bonitas, alia omnia præcedit principia, principium eſſendi cuiuſque rei eſt. Ideò quid eſt bonitas?

Veritas. Qvia quid quatuor habet ſpecies videlicet

quid

quid eſt res in ſe, quod eſt quærere de quiditate rei, vt intellectus eſt eſſe, ſuæ eſſentiæ, vel eſt illa eſſeitas, cui proprie, competit intelligere. Quid habet res in ſe: eſſentialiter, & naturaliter, & ſic eſt quærere de eo, ſine quo, res eſſe, non poteſt, vt intellectus habet innatè intellectiuum, intelligibile, & intelligere, per intellectiuum eſt agens & intelligens: cū ſuo proprio, & innato intelligibile, eſt intellectus poſſibilis, quare recipit intelligibilia peregrina, quæ de ſua non ſunt eſſentia, & natura. At ſuum intelligere eſt actus, ex intellectiuo, vt ex potentia, & intelligibile, vt ex obiecto. Quid eſt in alio: quòd eſt quærere de forma, & modo eſſendi intrinſeco rei in alio: vnde intellectus, in bonitate eſt bonus, in magnitudine magnus. Eſt enim omnia facere vt agens, & omnia fieri vt poſſibilia: in duratione æuiternus & quid habet in alio, quod eſt quærere de actu ſecundo rei, & operatione, vt quid habet intellectus in ſcientia: reſpondetur quod habet ſcire, & cognoſcere per cauſas: in fide credulitatem, quæ eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium. In opinone habet cognoſcere cum formidine de oppoſito Qua ſic poſita hypotheſi dico, quod cum bonitas, aut vt eſt in ſe, aut id quod habet in ſe, aut vt eſt in alio, aut vt habet in alio, principium ſit, ideo ſecundum primã ſpeciem quid bonitas eſt eſſeitas, ac ratio, qua bonum innatè habet agere bonum: à quod ipſa formalis eſt ratio, & quidditas, per quam ens, eſt bonum, id eſt communicabile ad modum ſuæ naturæ, quod eſt agere bonum. Hoc

eſt

eſt id, quod dicit Ariſtoteles ſecundo de anima tex. 34. & 35. naturaliſſimum eſt opus viuentium, quæcunque perfecta ſunt, & nõ orbata, generare ſibi ſimile in ſpecie: vt eſſe diuinum participent, ſecundum quod poſſunt. quoniam non contingit vnum, & idem numero corruptibilium ſemper permanere: ſpecie autem ſic, & hoc ex bonitate, cauſatur originatione ipſius entis: quæ dat ſuo concreto eſſentiæ, participare naturaliter, & eſſentialiter ſuæ naturæ, & eſſentiæ. Quapropter bonum eſt eſſe, & malum non eſſe, bonitas & malitia priuatiuè opponuntur. bonitas, ſuo concreto, quod eſt bonum, enteque prius, dat: quod ſit ergo vt omne contentum, ſub ipſo ſit. Et ſic quod ens ſit. Vnde malum, eſſe poſitiuum habere: eſt impoſſibile magnũ tamẽ, nõ eſt quid priuatiuũ, vel negatiuũ eſſe, (ſi eſſe dici debet) cum igitur concretu de eſſentia & natura ſui principalis ſit ad ſui principalis modũ operationẽ, & agere, habet. quare agit bonum. Si autẽ quæritur de bonitate quo ad ſecundam ſpeciem quid: ſcilicet quid habet in ſe, bonitas, quod eſt quærere de plenitudine, ſui ipſius. In ſemetipſa, vt partes eſſentiales, & concretas habet. quæ de ſua natura, & eſſentia ſunt, & ſic dicitur quod habet bonificatum, bonificabile & bonificare. Et eſt intelligendum, de bonitate entitatiua, qua aliquid eſt agens, bonificans in bonificabile, quod non eſſet niſi de eadem natura eſſet, participaretque de eadem eſſentia. Ideoque actus hi bonificatiui ſcilicet bonificare in bonificabile, in communi, eſſentialiter, conueniunt natura

duertendum tamen quod in dubium verti oteſt,quomodo bonificatiuum, bonificabile, & onificare eiuſdem ſunt ſpeciei & naturæ, cum onificatiuum id ſit, quod dat ac bonitatem cō-iunicat. Bonificabile verò quod bonitatis eſt ealitas paſſiua, ſed actio & paſſio in duobus di-erſis, ſunt prædicamentis,bonificare autem eſt ccidens, bonificatiuum, & bonificabile ſunt bſtantiæ. Quapropter ſequeretur. quod prædi-amenta eſſent permixta vnumque aliud eſſet. ui obiectioni tacitæ,ſic reſpondendū fore, pu-, quod bonitas quo ad quid, & quo ad modum ncipi poteſt. Quo ad quid,prout in ſua eſſentia nplici conſideratur & ſic bonitas, eſt ratio eſ-ntialis, quæ vnūquodque eſſe poteſt.Ideò eſſē bonū,vna ſunt realis res. Nam habere eſſe, ab iquo reſpectum communicabilitatis, illius ali-iius,quod per bonitatem ipſius, eſſe eſt. Et ſic onificatiuū, bonificabile, & bonificare haben-a à bonitate eſſe, eiuſdem ſpeciei ſunt. hoc eſt aturæ eſſentialis, ac eadem ſunt bonitas radi-liter. At quo ad modum, eſt bonitatem conci-ere gradualiter,itaquod aliter, aliterque moda-ter ipſa reſpicit concreta eorum : iuxta eſſe ormale formaliter, modaliterue, quod non eſt iutare naturam, quia modus rei non variat ra-onem formalem,naturam ſcilicet rei, cuius eſt iodus,ideo dicit philoſophus actio, & paſſio int idem motus, tamen formaliter, quod eſt iodaliter. actio, non eſt paſſio hoc modo boni-catiuum non eſt bonificabile, & quodlibet ta-um non eſt bonificare: ad prædicamentalium

ratio

rationem:cum præciſe alietas modalis,ſufficiat, vt aliæ ſint. Sed ſi quæritur de bonitate quo ad tertiam ſpeciem quid,dico,quod eſt cæteris partibus plena itaquod eſt magis , in magnitudine, in duratione, aliter non poſſibilis,actu communicabilis in poteſtate qua de re aliud eſt dicere rem eſſe talem per bile aliudue eandem eſſe per vum, Nam eſſe per Bile , eſt à propria natura, & ab aptitudine naturæ,ſed per vum eſt, à permixtione ipſius rei,cum alia re.bonitas ergo eſt communicabilis à propria natura , ſed communicatur per mixtionem ipſius . cum aliis principiis: quibus eſt plena. Idcirco bonitas eſt radix & principium eſſentiale, per ſe plena , vt bilis & ex alia vt vum , quorum rationibus, vt per formas accidentales,denominata.Vltimo autem dico de bonitate quo ad quartam ſpeciem quid, quod ipſa eſt in magnitudine , in duratione , & ambiens omnium principiorum eſſendi formalitates.

Concupiſcentia. QVOTVPLEX eſt bonitas?

Veritas. IVXTA Theologiam philoſophiamque profitentes quadruplicem inuenies bonitatem ſcilicet naturalem, ex genere ex circunſtantia & gratuitam. Naturalis bonitas illa dicitur, quæ rei conuenit, prout ens eſt poſitiuum, ſecundum ſuæ entitatis gradum:quæ res eſt melior,quæ eſt perfectior, & talis in omnibus rebus quoad magis & quo ad minus eſt, quoniam ipſa ratio formalis eſt, qua vnumquodque ens eſt , & eſſeitatem habet poſitiuam.Bonitas ex genere eſt volitioni cōueniens ex hoc, quod tranſit ſuper obiectum : ad

lem actum proportionatum, rectæ rationis
ıxta dictamen & ſic omnis ſibi ſumptio natura-
ıter potentis nutrire bona ex genere dicitur.
leoque omneque quod ex ſe a voluptate appeti
oteſt, moribuſque conueniens. hanc penes bo-
itatem bonum eſt, ſed bonitas ex circunſtantia
eſt, quæ actui voluntatis conuenit, ac ſecun-
ım omnes circunſtantias ipſi res debitas in ele-
ione. quas recta ratio dictat, habet concernit-
e, cuius cõcretum eſt, ex cauſa integra tale, vn-
à voluntate eſt eligibile ex rectæ rationis di-
mine ob id omnem includit conuenientiam
us voluntatis ad ipſum, ita quod ita eſt bonum
od nõ poteſt effici malũ: bonitas verò gratuita,
e meritoria eſt, quæ actui cõuenit. vti virtuosè,
nformiterue principio merendi, gratiæ, ſcili-
vel charitati eligitur: vnde actus bonus me-
ɔriè; eſt actus virtuoſus a voluntate iuxta cha-
atis inclinationem elicitus, vt opus facere bo-
m, non ſolum ex naturæ vi, vt in ſtatu inno-
ıtiæ fieri poterat vel forte à peccatore non ad-
penitente, vt naturaliter, aut ex pietate natu-
i ad proximum fieri poteſt. Sed ex charitate
ı faciens, Dei eſſet amicus opera eius ad præ-
andum reſpicientis.

De Magnitudine.

CAPVT II.

ERAGITATVM de bonitate, ſuperius
eſſe, ſufficienter noui, quam magnitudo, præ
eris immediatiorem tenens locum, conſe- *Con upiſcentia.*
quitur,

quitur, nam bonitas ſuis eſſentialibus concretis, per magnitudinem fit plena, communicaturue, ideo quid eſt magnitudo.

Veritas. At quia multiplex, & æquiuocum, quid eſt ideo in magnitudinem eſſeitatiuam, ſeu virtualem, & in quantitatem molis, (recte ſcrutantium naturas ſcola) diuiſum nobis reliquit. Quantitas eſſeitatiua illa dicitur, qua, aliquid ineſſe, & vi magnum eſt: ac in eo, idem eſt maius, quod melius: vnde vis rebus inſita eſt, & ſimilibus, ſimilia procreans, ac cauſa qua cauſans, currit in cauſatum, hæcuè quoddam tranſcendens eſt, finito, & infinito indifferenter. competens. finitum, & infinitum, itaque quantitati congruunt, dicit philoſophus in infinito, immenſitas dicitur infinitatẽ, incomprehenſibilitatem, in cirſcunſcritibilitatẽ & æternitatẽ concernens. Non quia infinitas, incomprehenſibiliras, incircumſcriptibilitas, & æternitas, ſunt diuerſæ res ſed formalitates, aliæ, diſinitæue rei, in quantũ infiniti entis immenſitas, ſecundũ ſe cõcipitur. Infinita dicitur cuius immẽſitatis, & magnitudinis, non eſt finis. ſi in comparatione, ad intellectum creatum, eam concipies, ſic eſt incomprehenſibilis: vnde dicit Apoſtolus, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ. ſedenſque eſt ſuper cherubin, ſcilicet, ſuper plenitudinem ſcientiæ, & ſuper omnem intellectum. in comparatione ad locum, nuſquam eſt circunferentia: ob id dicit Ambroſius, nihil conſcriptum, & perſcriptum, nihil diuiſum, habet æternitas, non loco clauditur, non æſtimatione

conclu

concluditur, non ætate variatur, in conceptu ad durationem eſt æterna. Rex ſeculorũ immortalis & inuiſibilis, dicitur ſphera intellectualis, cuius centrum, vbique eſt: circunferentia nuſquam (dicebat Hermes) Deus eſt. Sphera ratione infinitatis, intellectualis quia à nobis, noſtrum iuxta modum intelligendi, non concipitur circunferentia nuſquam prout incircuſcriptibilis eſt, cuius centrum eſt vbique ratione ſuæ durationis. Sed in ente finito eſt extenſio, vel intenſio, cuique rei tali, ob quã magna dicitur per ipſam, bonitas, cateræque eſſendi extremitates magnæ ſunt. itaque dici poteſt quod aliqua per eſſentiam, eſſendi extremitas, magna eſt, aliqua per participationem increata vna, creata alia. Increata (vt noſti) quæ infinita, immẽſa, ſupereſſentialis, ac indeficiens eſt: creata verò duplex eſt ſcilicet in potẽtia & in actu, in potentia dicitur quæ in fieri eſt, ſicut ſeminale corpus, quod corpus in fieri, & potentiale eſt. vnde omne tale, dum vltimã nõ receperit formam, magnitudinem habet, in potentia. At in actu ratione eius quod eſt, ac vltimam formam, vel quid modum formæ habuerit quæ ſubdiuiditur in ſpiritualem, & corpoream. Spiritualis eſt, quæ intenſionem, ſecluſa proprie extenſione, concernit. Vt angelus & anima, quæ ſubſtantiæ in intenſionem, reſpectu alicuius actus eſſentialis quem recipere poſſint ſed accidentalis. vt vbietatem, vel cognitionem, de nouo. Ideo coniungitur ſecluſa proprie extenſione, quæ eam eſſentialẽ reſpicit. Corporalis autem, quæ [...]le, dimenſionibuſque veſtitur. At quia ipſa ad

e ſubſtan.

ſubſtantiæ induitatem determinationemque eiuſdem operationis genita cum ſit, eam materialiter operari facit. Iuxta quod ſubſtantia operationem requirit, eam magnitudo corpulenta dimenſionibus determinat, quare ipſa perfecta, imperfectaque eſſe non poteſt. niſi reſpectu ſubſtantiæ quæ alias operationes requirit. & ob magnitudinẽ ipſi in adæquatam, non operatur, ſicut linea, quæ habet veſtire ac ſecundum longitudinem, extendere ſubſtantiam, prout ſubſtantia corporeitati, habet ſubiici, quæ, actione iuxta tres dimenſiones, eſt operatiua, illa præciſe vnam habens, imperfecta eſt. Idcirco corporũ, magnitudo, quæ tribus conſtat dimenſionibus, ſcilicet longitudine, latitudine, & profunditate. perfecta dicitur. quia quod talis eſt ratione factæ determinationis, vel diſtributæ naturæ, ex quibus concluſionaliter dicitur, quod magnitudo dupliciter conſideratur, vel in ſe, quatenus ad ſuæ naturæ modum, ſubſtantiam determinare habet & facere magnam, & ſic omnis magnitudo perfecta eſt alio modo reſpectiuè prout ſubſtantia, Aliter eſt operatiua, quam ipſa magnitudo determinat, ſicut eſt ſubſtantia, corporea quam magnitudo linealis, ſeu ſuperficialis non poteſt determinare, quamobrem magnitudo talis, imperfecta eſt. in homine triplex reperitur magnitudo ſcilicet Animæ, corporis & externa, eſtque in Anima. magnitudo, qua anima magnam vim exercet, aptaque nata eſt, exercere magnũque redditur totum vt magnanimitas, audatia, in corpore autem craſſitudo proceritas, & alia quibus magnum corpus

& corpuléta magnitudo dicitur. At opes, do-
natio, imperium externa eſt magnitudo, tamē
gnitudo prout ſubſtantiale eſt principium il-
ſt, qua eſſe magnum, eſt ſubſtantialiter ac a-
m natum eſt agere magnum, quare aliter non
eſt dici quod magnitudo, ſcilicet non ſit
niam tūc paruitas ſuum diſſimile eſſet in bo-
te, duratione & poteſtate, & tunc non eſſet,
quod eſt magnum, quoniam non poſſibiliter
tente principio formali, non eſt in eſſeitate
n principatum.

De duratione.

CAPVT III.

) s T magnitudinis tractationem de duratio- *Concep-*
e tractandum eſſe exiſtimaui, ratione cuius *ſcentia.*
nanens non habet agere niſi permanentem
ipſa ſit, ſi tædio non afficeris exprimere-
gatam velim.

T quia ex totius entis ambitu triplex ens *Veritas*
e eſſe antiquorum ſchola dixerit: vnum cu-
eſſeitas non incipit nec deſinit eſſe, quod
ium ens, primam cauſam & primum princi-
a apellat. Alterum, quod cum principij cō-
entia fine terminationeque caret, Ita quod
oit & non deſinit eſſe, quod ſubſtantiā abſtra-
ixerit, quia ex ſe, & ad ſe, eſt & non à ſe: pri-
a vero à ſe ex ſe & ad ſe: Aliud vero finē, prin-
imque concernit: vnde incipit, deſinereque
ſt, ob id quia omne ens & res propriam

ſortitur menſuram & durationem. triplex eſt duratio, æternitatis vna, æuiternitatis alia temporaneaque tertia: vt ex his, quæ in regula quæſtionali quando expreſſa reliqui recte regulor, duratio æternitatis eſt, qua aliquid non incipit, nec deſinit eſſe. ſed ly non incipere vel dicit negationem, vel priuationem, vel infinitationem, iuxta logicorum theoremata triplex negatio eſt. ſcilicet negans, priuans & infinitans: negans illa dicitur negatio, quæ prædicati inhærentiam in ſubiecto actualiter aptitudinaliterque negat, vt homo non eſt Aſinus. Sed priuans illa dicitur quæ actualem prædicati inhærentiam negat, ad ſubiectum aptitudinalem derelinquens, vt catulus ante nonum diem non videt. infinitans ea eſt quæ ſubiecti naturam deſtruit, ſuumque oppoſitum ponit vt non homo currit. Si ergo ly non incipere dicit negationem negantem, hoc poteſt intelligi duobus modis, ſcilicet cauſæ, & principij, ſi dicit negationẽ cauſæ, ſic primũ ens, Deus ipſe non ſolum in eſſe abſoluto, & eſſentiali, ſed etiam in eſſe eſſentiali concretiuè ſuppoſitaliter non incipit eſſe. Vnde æternus pater dicitur æternus filius, & æternus ſpiritus ſanctus. Si autem dicit negationem principij aut vt quo, aut vt quod, eſſe poteſt. Si vt quod, ſic tantum prima perſona non incipit, hoc eſt non originatur. quia cum prima ſit aliud ſuppoſitum prius non ſupponit: à quo originetur, & ſic poteſt dici quod filius & ſpiritus ſanctus incipiunt eſſe quia originãtur à patre, filius ſcilicet à patre, & ſpiritus ſanctus à patre, & filio, quod incipere, hoc ab hoc origi

ginari non temporis ibi eſt prioritas,non natu-
ſed originis,vel ordinis. At ſi ly non, dicit ne-
ionem principii,ſic tantum eſſentia diuina nō
ipit,hoc eſt nō principiatur,perſonæ verò ab
a ſunt,vt à principio,quo,ideo eſſentia diuina
itur principiū , quo vnumquodque in diuinis,
bet eſſe,non tamē ſequitur quod ipſa generet,
l producat, quia ſuppoſitorū hoc eſt : ſuppoſi-
um enim ſunt actiones.cōmunis ipſa eſt tribus
a tamen ſunt,ipſæ perſonæ,ſingulariſſima na-
a , & eſſentia Æterna , quæ non incipit , nec
init eſſe. æternitas verò eſt qua aliquid, inci-
per ſimplicem emanationem , & non de-
it eſſe , in quantum per ſimplicem emanatio-
m incipit effectus rationem habet , cauſæ,ſe-
ndum propoſitum, productiuè & contingenter
eo res æterna non eſt ſicuti filius & ſpiritus-
ctus ; qui licet per emanationem originentur
modum intellectus filius,& per modū volun-
is ſpiritus ſanctus nihilominus vna eſſentia
it ; cum patre. Vnde cauſæ rationem vna per-
na reſpectu alterius,nec eſſentia reſpectu per-
næ ; habere poteſt , quia tunc perſonæ , in-
r ſe eſſentialiter diſtinguerentur , vel eſſentia
perſona quod falſum , & hæreticum eſt. Et
ia tales ſubſtantiæ , per compoſitionem con-
riorum nō ſunt. Ideò corruptiuè deſinere eſſe,
n poſſunt : annihilatiuè vtique , res verò quæ
cipit , & deſinit eſſe , temporanea duratione
enſuratur , quæ ob contrariorum compoſitio-
em,in indiuiduo durare non poteſt,ſed bene in
ecie ; & vt vniuerſum perfectum ſit in perma-

 nēntia

nĕtia naturarũ quæ in indiuiduo erit quo ad humanã quãdo corruptibile hoc, induerit in corruptionem, terrenum claritatem, infirmum ſanitatem & animale ſpiritualitatem. Ideoque his ſic poſitis, dico. quod duratio, eſt actus, ſiue perfectio permanentis, ratione cuius, permanens non agit niſi permanentem: & hoc, quia ipſa permanentia, eſt ſubiectiualiter in ſubſtiacto cõcernente bonitatem, à qua aptitudinalem habet influentiam, & communicabilitatem in bonitate naturæ: quæ eſſentia, eſt, nec non & magnitudinem à qua recipit plenitudinem: ſcilicet à bono magno, quapropter ipſa duratio, eſt perfectio ſubſtantialis, permanentis per quam permanens concernens bonitatem: habet eſſe communicabile, & magnitudinem, qua eſt in ſeipſo plenum habet agere permanentem.

De poteſtate.

CAPVT IIII.

Concupiſcentia. QVID eſt poteſtas ſiue potentialitas.

Veritas. QVIA poteſtas propriè nominat potentiam actiuam, cum aliqua permanentia, vel facultatem proprinquam ad exeundum in actum, eſt actus perfectionalis, ratione cuius potens non agit, niſi potentem & per ipſam agunt omnia, reaguntque ad ſe inuicem: vnum alterius actioni reſiſtendo. Potentia à poſſe dicitur. & quia triplex eſt poſſe, ſcilicet eſſeitatis actiuitatis, & paſſiuitatis: ideo triplex potentia, quæ à primo poſſe eſt

: quod non eſt,ſed eſſe poteſt & talis obiectiua
tentia dicitur, qua aliquid non habet eſſe rea-
, ſed præciſe eſſe obiectiuum : nam à ſua cauſa
tiua intelligitur, illius actum intelligereque
minat & ſic Antichriſtus,eſt,in potentia.Quæ
erò à ſecundo poſſe eſt, quod non agit,ſed eſt
tum natum agere actiua dicitur,& hoc modo
anima in periodo creationis, ac in corporis
ganici infuſione.Ipſa enim quæ creãdo infun-
ur,& infundendo creatur vitam habet in po-
tia. at potentia quæ à tertio poſſe deriuatur,
od non patitur ſed pati poteſt, ſubiectiua dici-
,eo quod ipſa eſt in ſubiecto tali,quod ob ſuã
lifferentiam, non magis poteſt pati ab hoc a-
te, quam ab alio, & ſic materia prima eſt in
tentia, & aqua in potentia calida, ex quibus
eſt potentia ſic deſcribi quod eſt principium
ncipale.agendi,vel patiẽdi. Principium prin-
ale dico, ad excluſionem principii minus
ncipalis,aut quod determinatiuum,aut inſtru-
ntale ſit, vnde habitus principaliter non pro-
cit:ſed potentiam ipſam determinat ad certum
dum agendi, bene,vel male:quod eſt modali-
vel ſecundum quid, & non ſimpliciter prin-
iare. ſic etiam, quantitatiuæ diſpoſitiones
materia, quæ ad hanc vel illam formam, ip-
n materiam determinant ſuſceptiuam, non
it principium principialè, & ſimpliciter ſed
undum quid & minus princpale, quia prin-
ale, illud dicitur, cui primò vel ex ſe, &
n per aliud conuenit poſſe agere, & poſ-
pati. Vlterius prætereundum non eſt, quin

notes quod potentia, alia infinita, & alia finita ſit. potentia infinita illa eſt, quæ ſe extendit circa omne verbum ſeparabile, vel inſeparabile a rebus. vnde potens infinitum magis poteſt eſſe & operari, quàm intellectus creatus poteſt intelligere, & quia idem eſt rei operatio, vel executio in ente infinito & intellectio. ſed tale ens poteſt intelligi imo de fato ab intellectu creato intelligitur, ergo poteſt poni in eſſeitate ab agente infinito, ſed quia ſuum rerum intelligere aliquod ordinatum ſecundum legem & ordinationem, creaturæ ab eo met latam aliud verò eſt ſupra, vel contra talē legē, ideo iuxta hoc duplex intelligere, eſt duplex potentia infinita ſcilicet abſoluta & ordinaria: potentia abſoluta eſt principium exequendi aliquid ſupra legem, vel contra legem. vt iuſtificatio impij ſine ſacramentis, ex parte iuſtificantis, vel ſine contritione ex parte iuſtificati, & per hanc potentiam Deus poteſt omne verbum, præter ea, quæ facta ſunt, quod non ſint facta & etiam peccare non poteſt, quia poſſe peccare, eſt deficere, & quia Deus non poteſt deficere a ſuo eſſe, conſequens eſt, quod non poteſt peccare. Potentia vero ordinaria, eſt principium exequendi aliquid ſecundum legem, vel iuxta legem, vt iuſtificatio per omnia requiſita a lege iuſtificatiua: vnde dicit Auguſt. qui fecit te, ſine te, non ſaluabit te, ſine te. quæ poteſtas dicitur ſacramenti, vt dicit Alexander, & triplex eſt ſcilicet authoritatiua, excellentiæ, & miniſterialis. Poteſtas authoritatiua, eſt qua quis ex ſe principaliter, & non alio ſuperiore, poteſt remittere peccatum:

Queſt. 15 parte. 4.

ccatum : & hæc ſoli Deo competit indifferen-
r, vt eſt in tribus, patre ſcilicet filio, & ſpiritu
ncto, licet filius, & ſpiritus ſanctus à patre, hanc
teſtatem habeant originaliter. quia ab eo ha-
nt eſſentiam: non tamen vt à ſuperiori, nam in
uinis, nihil maius, aut minus eſt. poteſtas ex-
llentiæ eſt quodammodo inferiori delegata,
m aliqua prærogatiua: & talis conſiſtit in qua-
or prærogatiuis, quæ ſunt mereri efficatiam ſa-
amenti, conferre effectum ſacramenti ſine ſa-
amentis, inſtituere ſacramenta, & eius nomine
nferre ſacramenta. Poteſtas verò miniſterialis
poteſtas diſpenſandi, vel etiam miniſterialiter
ſtituendi ſacramenta, hæc triplex poteſtas, fuit
chriſto. Nam in quantum Deus authoritatiuam
buit poteſtatem. At quia humanitas Chriſti hi-
ſtaticè fuit diuinitati cõiuncta, quaſi vt homo
eus, & de facto homo Deus, quod excellẽtię po-
ſtatẽ habuerit nã potuit ſecũdũ humanitatẽ, vt
ganũ diuinitatis ac vt eidẽ inſtrumentũ cõiun-
ũ cauſare effectum ſacramẽti, ſine ſacramentis,
peccata Mariæ Magdalenæ, quibuſdamue alijs
miſit. & hoc modo conceditur quod per huma-
itatem operatus eſt miracula, ſcilicet verbo vo-
li, præcipiendo, tangendo, vel aliquid aliud
lligendo, ſicut eſt loqui de luto & ſputo facto.
ſe quinimo inſtituit ſacramenta principaliter
telligendum eſt. vt eſt loqui de operatione mi-
culorum per virtutem diuinam, miniſteriali-
r, promulgando. virtute humana, in nomine
iam Chriſti, in primitiua eccleſia collata fue-
nt ſacramenta. Diſpenſandi miniſterialiter po-

teſtatem ſecundum humanam naturam, non vt Deus habuit. Apoſtoli etiam cum habuerint. creditur enim Apoſtolos, & Ioannem Baptiſtam ab ipſo fuiſſe baptizatos. Poteſtas finita eſt per quam poſſificans poteſt poſſificare circa hoc, & non circa hoc. vt homo poteſt humanare, quia ipſius eſt, ſibi in ſpecie ſimile, generare, & non equinare, poteſtas hæc finita dicitur, vel finitudine terminationis, & non cauſalitatis, vel finitudine cauſalitatis, & non terminationis, vel finitudine terminationis, & cauſalitatis ſimul. Poteſtas finita primo modo eſt ea eſſeitas quæ quo ad terminum ad quẽ clauditur termino, vel terminis, ſicut eſt ſubſtantia rerum creatarum, & prouidentia earundem, quoniam quo ad terminum à quo: qui eſt Deus non eſt finita. eo quia per Ideas talium exiſtentes in mente diuina, ponũtur in eſſe, quæ idea eſt ratio æterna in mẽte diuina, ſecundum quam aliquid eſt formabile, antequam formetur. Poteſtas finita ſecundo modo eſt cuius cauſa ſubiectiua occaſionaliter eſt finita, termino ad quem exiſtente infinito, vt retributiones actionum noſtrarum, quæ licet ex nobis non ſint ex condigno, tamen bené ex congruo & occaſionaliter. Poteſtas verò finita tum terminatiuè, tum cauſatiuè, ea eſt cuius cauſalitas, ac cauſalitatis terminus habet terminatam eſſeitatem: ita quod eſt ratio formalis, qua ſuum concretum poſſificat in poſſificabile. vnde concreta ſuæ naturæ ſunt poſſificatiuum, poſſificabile. & poſſificare. & hoc contingit multipliciter vel ex neceſſitate, quod eſt reſpectu illorum, quæ fere

ſemper

mper,ſecundum eandem contingunt adiacen-
am,& eſſe eodem modo, aut ex facto vt quæ ex
ſtinatione Dei,& quæ neceſſitati ſubiacent ad
ıtum Dei,aut ex natura vt generatio, & corrup-
o, incrementum: ob id plantæ, & quodlibet
iud animal, metalla ex poteſtate determinata,
ıod ſane intelligendum eſt,quo ad cauſam pro-
nquam, non autem remotam, & cauſam pri-
am,aut ex fortuna,vt quæ rara,& inſperata, vel
on expectata ad cauſam agentem ſecundum
opoſitũ operatiuam, cum aliquid præter inqui-
ntis intentum eſt eueniens, quod euenire na-
m,non eſt,vt ſi quis fodiens ſepulcrum,theſau-
m inuenit: vel à caſu & ſic eſt repentinus rei
entus qui nec præuideri nec ei reſiſti poteſt:vt
curſus hoſtium, piratarum naufragium,euerſio
mus,& incendium. Quare dicit Bœti. caſus eſt *De conſo.*
opinatus rei euentus, in quibus verbis, ſimul
ngit poſitionem & priuationem, poſitionem
quantum dicit, euentus: priuationem prout
cit inopinatus: quod intelligendum eſt quo ad
os non autem quo ad Deum.quia Deus nihil po-
ſt facere inopinatè, & improuiſe: imo caſus à
eo non eſt, quia cum ſit deffectus dicit potius,
npotentiam, quam potentiam quare dicimus
ıod Deus,non poteſt peccare, quia poſſe pecca-
,eſt poſſe à ſuo eſſe deficere, quod non contin-
it in Deo. Vnde caſus eſt à defectibilitate crea-
ıræ, vel ex volũtate naturæ,vt in his quæ poſſint
eri ab homine, ex voluntate naturæ,dico quod
d actiones homificatiuas,vt eſt producere ſibi ſi-
ile in ſpecie,aſſociare cum ſibi ęquali in natura.

De ſapien

De ſapientia.

CAPVT V.

Concupiſcentia. VISO de poteſtate,per quod bonitas,magnitudo, duratio, cæteraque eſſendi principia poſſunt exiſtere, ac operari,quæro quid ſit ſapientia vel ſapiditas.

Veritas. EST id,ratione cuius ſapiens intelligit,vel eſt actus & perfectio, per quam ſapiens, non agit niſi ſapientem omniaue ſunt ab ipſo ſcibilia & in proprium finem medijs ordinatis tendibilia:in elementis, eſt quidam naturalis inſtinctus, quo proprium locum petere habent ideoque extra ſuam ſpheram violenter,quod non eſt naturaliter eſſe,exiſtētia,corruptionem potius quam generationem faciunt, ignis ad calefaciendum aërem, naturalem inſtinctum habet.vt cum illo ſit in concordantia,& aquam ad calefaciendum, vt cum ea ſit in contrarietate, & ſic de concordantia generatio ſequitur,& de cōtrarietate corruptio Vnde hæ ignis operationes vel cuiuſuis alterius entitatis operatiuæ per inſtinctum naturalem, ſine deſcriptionē ſunt de ſapientia,'& naturali inſtinctu, vt à ratione formali cauſatiua in ſubiecto tales, ſecūdu quod eſt ſubiectū naturale aptum,natum taliter,& non aliter operari.

De voluntate.

CAPVT VI.

Concupiſcentia. QVID eſt voluntas?

EST cui, bonitas ineſt magnitudo, duratio, *Veritas.* poteſtas,cætereque eſſendi extremitates, vel eſt incitatio, & impetus quidam, pullulans à bonitate,eadē illi eſſentialiter, vt boni ſub ratione obie

oiectantur, à naturali facultate, ratione cuius, s per ſe, vel aliūde ad aliquid excitatur. Et quia rum ſecundum alium & alium entatiuum gra-im, vna alia perfectior eſt, non ſolum quo ad ſe, ſed etiam quo ad operandum: ideo quincu-ex, in vniuerſo rerum gradus, inter ſe eſſentia-ter diſtinctus exiſtens: totque modis, & opera-ones gradualitas eſt. vnde alia res, eſt in vlti-o, & imperfectiſſimo gradu entitatis, quæ præ-cè per inſtinctum naturalem habet poſſificare ſuum poſſificabile, vt elementa. alia eſt in ma-ri entitatis gradu, itaquod, præter naturalem tinctum ad ſuam operationem, cum deſcri-ione operātis eſt vt animata ipſa, ſenſitiua ani-alia verò ſunt in perfecto entitatis gradu cum rfectiſſima animalitatis concernētia, & in vl-na intellectiuitatis periodo, vt ſpecies huma-, quæ cū inſtinctu naturali, diſcretionē, & diſ-rſum eſt concretiua. Quarto modo eſt eſſeitas agis in entitatis graduitate perfecta, præciſa ab nni vi animatiua, & in medio intellectiuarum bſtantiarum gradu, ſita, vt natura angelica. uinto & vltimo modo, eſt entitas cuius eſſe, eſt mmum bonum magnum æternum, omnipotēs, piens, volens, virtuoſum, verum, & glorioſum. nde ſecundum entitatis gradualitatem, eſt vo-ntatis, ſeu appetitus alietas. Ideo voluntas eſt uinque modis, ſcilicet imperfectiſſima, vel mmuniſſimè intellecta, & hoc modo inſtin-tus naturalis rei quo res eſt operatiua, ſecundum am proprietatem vt elementa quæ per inſtin-tum à natura inſitum, habent in ſe inuicem agere

agere, voluntas dicitur. alio modo capitur voluntas communiter, & ſic eſt appetitus præſuppones apprehenſionem appetentis ſenſitiuã, natus tendere in obiectum apprehẽſiuè aut in eo quieſcere neceſſariò & non libere. Vnde in hoc differt à voluntate primo modo, quia illa non requirit apprehenſionem eius, quod appetitur in ipſo appetitiuo: ſed alterius, ſcilicet inſtituentis naturã. voluntas ergo communiter in omnibus generaliter animãtibus reperitur. Neque poteſt eſſe vbicũque fuerit ſenſuum alligatio vel ſenſus vnitas. Nã imperfectiſſima animalia, quæ præciſe ſunt concretiua tactu iſtã habent voluntatẽ, ineſtque ipſis appetitus quidam conuenientis inſtrumenti quo ad ſenſum, gratia cuius ſe dilatant, & conſtringunt. motus namque quicunque fuerit in animali, inditium exiſtentis ſenſitiui appetitus eſt & ad hoc ſe mouent, vt quod appetunt conſequi poſſint, & hæc iraſcibilis & cõcupiſcibilis dicitur nam in quantum eſt per apprehenſionem obiecti conuenientis, ad naturam appetitiui, eſt concupiſcibilis, & vbi eſt per apprehenſionem obiecti diſconuenientis iraſcibilis & triſtitiæ dicitur. At voluntas propriè accipitur pro appetitu libero, qui ſequitur cognitionẽ intellectiuam ſiue rationalẽ, itaque quod intellectus intelligit ſub formalitate veri, quod verũ eſſentialiter eſt bonũ volũ-
1. rethe. tas appetit ſub ratione volũtatis. quare dicit Ariſto. quod voluntas eſt appetitus boni cum ratione Vnde aliquãdo accipitur pro potentia appetitiua, rationaliter, ſcilicet, pro ipſa anima ratiocinatina nata obiectum ſibi per rationem oſtenſum appetere

e.vel fugere : & hoc modo poteſt illud Lucæ
ʳellıgi pax hominibus bonæ voluntatis,hoc eſt
luntatis bene habituatæ.vel accipitur pro actu
petitiuo: ſcilicet pro ipſo velle vel nolle ſicut
cit Apoſtol.hæc eſt volutas Dei ſanctificatio ve
a,& in Euangelio,ſeruus qui cognouerit volu- *1.ad The. cap.4.*
tem Domini ſui & non fecerit ſecundum vo- *Lucæ 12.*
ıtatẽ eius vapulabit multis. aliquando accipi-
pro obiecto volito vt dicitur ibi nõ mea, ſed
voluntas fiat. Volũtas autẽ accipitur nõnun-
ĩ pro ipſa potẽtia volitiua obiectu ſibi propo-
um per ſimplicẽ intuitum intellectus: & quia
od intellectus,qui obiectum ipſi proponit ob
m ſimplicitatem nõ ſolum iuxta quidditatem,
etiam ſecundum quidditatem quiditatiuè
ıetrat. Ideo quod potentia volitiua eligit im-
tabiliter manet affixa termino ſuæ electionis,
quod de libera fit neceſſaria: vnde mutabilis
e electionem eſt & immutabilis poſt ele-
onem, & hæc reperitur in angelis. Vltimo
do accipitur voluntas propriiſſime, ſcilicet
voluntate increata, cuius velle rei, eſt exi-
e rei, quæ ad intra & ad extra eſt, ad in-
neceſſaria, & de hac intelligitur quod vel-
Dei rem, eſt exiſtere rei. ad extra verò con-
gens & conditionata itaquod non ponit
ceſſitatem rei volitæ, & hæc præcedens, &
ıſequens dici poteſt. non quod voluntas an-
edens ſit aliquod diſtinctum à voluntate Dei
ıſequente,ſed ille terminus voluntas antece-
ns, eſt terminus connotatiuus multa ſcilicet
um, & creaturam, vnde voluntas antecedens
eſt

eſt voluntas diuina dans alicui antecedentia ad conſequendum aliquid cũ præcepto, & conſilio: exequẽdi ſine reuelatione contrarij parata ei cogere ſi velit, & ſic ſecundam hanc voluntatem Deus vult omnes ſaluos fieri id eſt dat omnia neceſſaria ſcilicet potentiam, intellectum voluntatẽ, & affectum cũ præcepto: non præceptiuè quia præcepiat bona quod bona ſint & mala quia mala ſunt ſed bona sũt bona. Ideo ex natura intrinſeca præcipiũtur appeti & mala, quia mala ſunt non appeti. voluntas vero conſequens eſt voluntas diuina ſibi efficaciter in eſſe alicuius complacens ipſum diligendo eſſe, aut producendo, ſeu conſeruando, hac voluntate immediatè fertur in volitum cuius velle eſt exiſtere & ſine hac voluntate nihil poteſt eſſe in vniuerſo.

De virtute.

CAPVT VII.

Concupiſcẽtia. QVID voluntas ſit, quotue modis accipiatur, ſupra diſſeruimus, de virtute nunc dicere tedio ne plexam te concipiam nam hæc illam, vt habitus potentiam concomitatur & quia in omni diſputatione à rei de qua diſſeritur eſt deffinitione exordiendum quid ergo eſt virtus.

Veritas EST bona qualitas mentis qua bene viuitur, qua nullus malè vtitur, quam ſolus Deus in homine operatur, & quia virtus ipſa diametraliter opponitur vitio, maliſque qualitatibus, ad quarum differentiam, dicitur bona qualitas, ſecundum quam eam habentes boni ſunt, additur mentis, ad diſtinctionem qualitatum materialium,

, quales ſunt albedo,nigredo,cæteræque qua-
tes corpora qualificátes:ſubdit qua recte viui-
,addifferétiã ſcientiæ quæ licet habitus ſit bo-
icãs animã,non tamen,bonificatiuitate in vi-
e, ſed benè in ſcire.& vltimo ponitur nullus
lè vtitur.vt ſit in alietate potentiarũ materia-
n,quibus malè & benè contingit operari,ſicut
rationabilitas, concupiſcibilitas, & iraſcibi-
s. quæ propric potentiæ ſunt. vltimò dicitur
m ſolus Deus in homine operatur, & hoc ad
erentiam virtutum politicarum, quæ ex fre-
nti bene agere, generantur. Thologicæ verò
des.ſpes charitas a Deo infunduntur.quæ de-
tio eſt virtute in ordine ad agentem. At vir-
in comparatione ad ſubiectum, in quo eſt
ectiualiter,eſt habitus mentis bene inſtitutæ:
itus dicitur quia de difficili mobilis eſt à ſub-
o, in quo ipſa eſt: quod eſt ipſa mens infor-
a,& non in ſimplicitate ſuæ eſſentiæ.vel vir-
eſt amor habendi ſe ad omnia:vt debetur vir-
s deſcriptio indifferenter eſt explicatiua qua-
cardinales virtutes, & tres Theologicales.
Auguſti.virtutes ſingulas deffiniens amorem *l.b.de mo-*
it;vt genus earum,ſubdit alios,& alios actus, *recc.*
i differentias diuerſas. vnde virtutes morales
neritorijs actibus cauſatæ non eiuſdem ſunt
niscum virtutibus philoſophicis, quia virtu-
s morales diſtinguntur ad obiectorum par-
um diſtinctionem, quod ex parte finis eſt,
diuerſus in illis finis: quàm ſit in iſtis inqui-
Deus eſt qui non eſt in illis. Philoſophus ab-
et per temperentiam, ad ſalutem corporis, &

d eius

eius bonam diſpoſitionem ad operationes rationales vnde fortiter agit propter bonum reipublicæ, aut alios fines honeſtos ſicut & alij habitus acquiſiti, primitus inclinabant ad ſimilia opera ob eoſdem fines, vt ad finem quo, & ad finem gratia cuius. ſed chriſtianus operatur fortiter, abſtinet temperanter, corpus caſtigat ſeruitutique tribuit, propter Deum ſic enim Deus præcipit vel quia huiuſmodi opera Deo placent Ideo virtutes, ex illis actibus genitę, habent alium finem, & per conſequēs aliud partiale obiectum, abiecto & fine philoſophicarum virtutum. virtus ergo vt ad noſtrum ſpectat negotium, eſt actus, & perfectio virtuoſi. ratione cuius, virtuoſum non agit niſi virtuoſum: & hoc quia eſt origo vnionis, bonitatis, magnitudinis, durationis, poteſtatis, ſapientiæ, & voluntatis. Nam bonitas per virtutem redditur prudens, magna paſſificat cum fortitudine, ſapit cum iuſtitia, vultque cum temperentia, naſcitur enim virtus de virtute bonitatis, in bonificare: in quantum bonificare exit virtuoſe de bonificatiuo, & bonificabili: quod non poſſit eſſe, niſi bonificatiuum & bonificabile haberent virtuoſitatem.

De veritate.

CAPVT VIII.

Concupiſcentia. VIRTVS cum perfectio ſit animi electione ad beatitudinem conferens. in qua res ſicuti eſt, conſpicitur: quid ergo eſt res ſicuti eſt cōſpici, niſi

veritatem eiuſdem intueri, ideo de virtute
erminato, tanquam de diſpoſitione veritatis,
n ſicut in ſilicis venis, ignis ſcintillæ ſunt,
latitantes, illius cum ferro colliſione, pate-
t.quare vt pateat veritas,quæ in nobis dubia,
tanquam per ſpeculum in ænigmate appre-
ſa eſt, quid ipſa ſit quæro: tuque te ipſam,
doceas vtà concretis ad abſtracta procedere
eam.

VERITAS eſt actus veri,& perfectio,ratione *Veritas.*
ıs verum non agit niſi verum,& per ipſam bo-
s,magnitudo duratio, poteſtas ſapientia vo-
tas, & virtus facta ſunt intellectus obiecta ſi-
cum gloria,ita quod eſt adæquatio rei,ad in-
ectum: non poſſibilis aliter eſſe nec aliter ſe
ere,dico rei non poſſibilis aliter eſſe, ratione
incomplexi,& ſimplicis eſſentiæ, quod non
compoſitum, vel componibile quamuis com-
tio compoſitione ſcilicet methaphiſica, aut
ſica, aut logica. Vnde eſt ſumme ſimplex vt
plex opponitur compoſitioni, & componibi-
ti,non autem vt ſimplex opponitur multipli-
vel multiplicitati plurimarum rationum for-
ium, & ſic tantum vna veritas eſt ſimpliciſ-
continens omnes perfectiones ſicut eſt Deus
edictus,dico,non poſſibilis aliter ſe habere,
d eſt verum complexum,cauſatum, ex habi-
ne eſſentiali prædicati ad ſubiectũ,qua præ-
tum eſt de eſſentia ſubiecti: quare non po-
aliter ſe habere ſcilicet quod prædicatum
habeat eſſentialem, & neceſſariam ha-
dinem ad tale ſubiectum, licet cum hoc

poſſit aliter eſſe. quia eſſe, eſt prius animalitate, aut alia realitate, quare poteſt eſſe, ſine animalitate. ideo homo eſſe poteſt, dato quod non ſit animal. Nam poteſt eſſe quid bonum, quid ſubſtantiale, quid corporeum. Non poſſe ergo aliter ſe habere pro per ſe denominato, eſt ex parte rei, quia res ex ſua natura, intrinſeca, apta nata eſt. imo actualiter eſt ſecundum talem habitudinem, pro per ſe ſignificato autem, vt res ſignificans eſt, hoc habet ab intellectu, cauſante formam aduentitiam, ad ipſam veritatem: qua veritas eſt in ſigno, primò exiſtente in realitate, vt animal genus prędicatur de homine ſpecie, ſcilicet homo eſt animal. quæ veritas ſermonis dicitur: inquantum poteſt referri ſermo ipſius, ad rem ſignificatam, & veritas intentionis, vt comparatur ad intentionem proferentis. Nam referendo, ſeu comparando ad rem ſignificatam: ſi fuerit adæquatio rei, ad ſignum, quod res ita ſe habeat, quomodo res, habere ſignificatur tunc ſermo verus, dicitur, & è contra ſignificatur non ſic ſe habere, quam ſe habeat: eſt ſermo falſus. At referendo ad intentionem proferentis verax, vel fallax dicitur ſermo, ſi quod verba foris ſonant, mente credendo etiam intendit verax eſt, ſi verò aliud credit, etiam quod verax fuerit fallax eſt, vt ſi quis falſum putat quod verum eſt, credens falſum, aſſerit pro vero fallax eſt illa aſſertio licet vera ſit.

De gloria.

CAPVT IX.

ET quia veritas non poſſibilis res aliter eſſe, vel aliter ſe habere eſt. Vnde indifferens ad infinitam, quæ ipſa gloria eſt, & ad finitam quæ glorificabilis res eſt, ideo quid eſt gloria. *Concupiſcentia.*

EST perfectio, & actus glorioſi, ratione cuius, glorioſum non agit niſi glorioſum, & per ipſam omnia ſunt delectabilia & in termino eſſentiali ſuæ motiuitatis, vel in quo ſperatur, vel in quo quieſcitur viſione, fruitione, & tentione, vt in ſummo bono. *Veritas.*

De differentia.

CAPVT X.

QVID eſt differentia? *Concupiſcentia.*

EST id ratione cuius, differens non agit niſi differentem, & per ipſam, omnia ſunt diſtincta & clara. Omnis differentia communiter proprie, vel magis proprie dicitur, communiter differentia eſt, qua quid differt à ſeipſo, vel ab alio: vt Petrus ſenex differt à ſeipſo non ſene, vel ab alio. quæ communiter dicitur differentia, tum quia eſt, in communi loquendi hominum vſu, tum quia cõmuniter accidi ſolet, tum quia eſt ab accidente communi: quod eſt à ſubiecto. præter ipſius corruptionem ſeparabile, & intelligo per accidens ſeparabile, non illud quod præciſiua ſeparatione à ſubiecto eſt ſeparabile, quia ſic omne *Veritas.*

accidens eſt ſeparabile. Sed illud, quod poteſt adeſſe,& abeſſe,affirmari, & negari de ſubiecto: præter corruptionem ſubiecti: ita quod eſt forma aduenicns ſubiecto, poſt eſſe completum ipſius, ſequens quantitates interminatas, vel materiam quantam quæ cõmunis eſt. Vnde ipſum,vteandẽ, quid concomitans commune eſt. quare ita adeſt vni,ſub vna ſpecie, quod poteſt adeſſe alteri. In alia ſpecie. Idcirco quæcunque differunt per accidens cõmune,ita quod nõ habent niſi illã alietatem per differentiam cõmuniter,differunt. differentia propriè illa eſt qua vnum differt ab alio propriè, hoc eſt per aliquod, quod proprium eſt vni,quod alteri non competit. & hæc differentia eſt per accidens proprium, quod omni, ſoli, & ſemper non quiditatiuè ſicut definitio definito: Sed ſecundum quod ipſum prædicatur de eo cuius eſt proprium:differt enim ly ſecundũ quod ipſum eſſeitatiuè cauſaliter, & eſſeitatiuè adiacenter definitio licet ſecundum quod ipſum dicatur de definito ſcilicet eſſeitatiuè cauſaliter propriũ verò eſſeitatiuè adiacenter.differẽtia autem magis propriè illa eſt,qua vnũ diſtinguitur ab altero eſſentialiter,& ſecundum hanc ſpecies abundat à genere, hoc eſt contrahit ipſum genus non ſolum generaliſſimum, Sed etiã ſubalternum eſſentialiterque ipſum concernit:quare non ſolũ formaliter continet genus,ſed & id quod contrahit ipſum,quare abundat à genere abundantia actuali, & formali non autẽ potentiali: hæcue habet tres ſpecies: prima eſt,qua differt ſenſuale & ſenſuale:vt capra & leo ſecunda eſt qua differt ſenſuale

& in

& intellectuale, vt anima & corpus: tertia verò ſpecies eſt qua differt intellectuale, & intellectuale vt Deus & angelus: anima & angelus.

De concordantia.

CAPVT XI.

QVID eſt concordantia?

EST id, per quod bonitas, magnitudo, duratio, poteſtas, aliæque entitatiuæ extremitates, in vno vel in pluribus habent concordantiam: plura concordant in vno, vel in pluribus per concordantiam quatenus plura vt bonitas, magnitudo, & cæteræ eſſeitates formaleſque partes, ſunt vnius ſubſtantiæ, vel finitæ, vel infinitæ. in ſubſtantia finita partes eſſentialiter diſtinctæ: quæ in infinita ſunt eſſentialiter eadem. In illa per participationem tales, in hac eſſentialiter tales. Vnde ſubſtantia hominis eſt bona, ideo communicabilis in ſimile ſibi ſpecie: eſt magna, quare agit magnum, temporaliter durat, ob id menſaratur ſecundum prius, & poſterius. At quia potens propterea non agit niſi potentem, & per ſapientiam naturaliter diſcriptiuè, cum diſcurſu habet agere: & ita agit, quod ſuum agere, vt agentis à propoſito eſt, ſcilicet per voluntatem, & virtutem omnia ad ſuum proprium finem, ab ipſo ſunt bona, cum diſpoſitione ordinata. quod per veritatem res ſunt non poſſibiles, aliter eſſe, vel ſe habere cognitæ, vel cognoſcibiles, vt in gloria, tanquā in perfecto omnis ſui motus termino, delectabiliter immutabiliter vè quieſcat, cognoſcens omnia diſtinctè, & clarè ratione diſferen

Concupiſcentia.
Veritas.

ferentiæ, quæ in vno rerum omnium obiecto, per ipſam concordantiam, quod eſt vnum ens ſimpliciſſimum, ſummum bonum, magnum, durans, potens, ſapiens, volens, virtuoſum, verum, & eſſentialiter glorioſum. Iſta ergo principia, adhuc concordant, vt quælibet remaneat, hoc eſt, in ſubſtantia, vt in illa ſubſtântia differentia non perdatur: homo enim & aſinus, licet in animalitate concordantiam habeant, non tamen differentiam admittunt eſſentialem: qua vnum, ab altero eſſentialiter diſtinguitur. Naturam proprietatemue, ab ipſa talibus inſitam concernentes quia ſi in concordantia ſubſtantiæ, rerum pluralitas perderetur, & concordantia ipſa eſſet perdita. Nam deſtructis ſingulis ſpeciebus generis deſtruitur & genus in quo ſunt in concordantia & eſſentialiter ſubſtentata: ob id concordantia eſt ratio vni & pluribus, vel actus, & perfectio, per quam concordans, non habet agere niſi plura, in vno, & vnum in pluribus concordare aut proportionabiliter, vt in intelligere quodlibet obiectum: cōcordant anima noſtra & Deus, cum qua ſtat differentia, æqualitatis, aut in eſſe, & ſic bonitas, magnitudo, duratio, poteſtas, ſapientia &c. ſunt in concordantia, quæ entitatiue ſunt indifferentia: aut in conceptu reali obiectiuo, & ſic Deus. creaturæ, & decem prædicamenta ſunt in concordantia. & generice ſunt differentia. aut generice, & ſic corpus animatum, & non animatum in corpulentia habent, concordantiam, quæ in viuere ſunt in differentia aut ſpecifice & hoc modo indiuidua habent in ſpecie concordan-
tiam,

tiam,& in proprietatibus indiuidualibus,habent differentiam, aut numericc & ſic membra eiuſdem corporis ſunt in concordantia quæ in exiſtencia ſunt in differentia.

De contrarietate.

CAPVT XII.

QVID, quotuplexque ſit concordantia, dictum eſt ſupra,de contrarietate,vt ipſius oppoſito contradictorio, nunc dicere, congruus poſitionis ordo expoſtulat. Nam oppoſita, iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, cõcordantia generationis eſt cauſa, contrarietas verò corruptionis. Ob id cum omne ſublunare per concordantiam ſit genitum, & generabile, ſic per contrarietatem corruptum, & corruptibile. quid eſt ipſa contrarietas. *Concupiſcentia.*

EST realitas contrariantis ratione cuius contrarians non agit niſi contrarians. vt contrariè agens,corrumpat, & ſibi ſimilem ſpeciem introducat. vt ignis qualitatiue contrarius aquæ agit in ipſam per caliditatem vt corrumpat frigiditatem ipſius & caliditatem generet. Contrarietas quid æquiuocum eſt ad contrarietatem intentionis complexæ termini & rei. Nam ſecundum nomen commune contrarietatis, ratio ſubſtantiæ earum eſt diuerſa, contrarietas intentionis complexæ, vel propoſitionis, ſubſtantialiter eſt ſignificare rem eſſe, ſicuti eſt,vt homo eſt animal, vel non eſſe, ſicuti non eſt:vt homo non eſt lapis, aut ſignificare rem eſſe, ſicuti non eſt: vt homo eſt *Veritas.*

lapis, vel non eſſe ſicuti eſt vt homo non eſt animal. qualitatiue vero eſt aſſertio alicuius de aliquo, & remotio alicuius ab aliquo vt homo eſt animal.homo non eſt animal, At quantitatiuè eſt oppoſitio duarum propoſitionum in qualitate,& quantitate: vt omnis homo eſt animal: quidam homo non eſt animal, aut nullus homo eſt animal, quidam homo eſt animal, quæ contradictoria appellatur aut in quantitate præciſe,vt omnis homo eſt ánimal, quidam homo eſt animal, vel nullus homo eſt animal quidam homo non eſt animal, & hæc ſubalterna eſt: aut qualitatiuè tantum,vt omnis homo eſt animal: nullus homo eſt animal, quidam homo eſt animal, quidam homo non eſt animal & hæc contraria & ſubcontraria dicitur contrarietas verò termini, eſt qua ſignificatum vnius opponitur ad ſignificatum alterius,quæ potius oppoſitio, quam contrarietas dicitur. & hæc aut eſt relatiua, vt pater & filius, duplum & ſimplum,quæ ſimultatem naturæ terminorum requirit: Vnde dicimus poſito vno relatiuorum,ponitur & reliquum. formaliter & pro per ſe ſignificato. Sed non fundamentaliter, & pro per ſe denominato, aut contraria vt album & nigrum,aut priuatiua, vt forma actualiter in materia, & forma aptitudinaliter in materia, aut contradictoria, ſicut eſſe tale, & non eſſe tale. At contrarietas rei fit ratione localis ſitus. Vnde oppoſita dicuntur ſurſum deorſum, dextrorſum ſiniſtrorſum, antè, poſt, infra, ſupra. hæc contrarietas non dicitur rei ex natura rei.Sed rei ex denominatione accidentaria ſitus rei. Contrarietas

trarietas autem rei triplex eſt ſcilicet naturæ, proprietatis naturæ,& habitualitatis naturæ. Illa ergo eſt contrarietas naturæ,qua aliqua ſunt contraria,quo ad quid eſſendi, & quo ad modum eſſendi: & ſic materiale, & immateriale habent contrarietatem: Nam vnum educitur de potentia materiæ, aliud autem non. Et ideo quid eſſendi naturæ eorum eſt cõtrarium quo ad modum, verò contraria etiam ſunt, quia vnum habet concretiue eſſentialiter principium, quo poteſt eſſe & non eſſe,ſcilicet materiam,quapropter eſt generabile, & corruptibile aliud non, ſed per ſe exiſtens, non eſt poſſibile aliter eſſe, vel aliter ſe habere, contrarietas autem proprietatis naturalis, eſt duarum formarum actiuarum vel paſſiuarum ſe inuicem repugnantium, & non compoſſibilium formaliter in vno ſubiecto,vt frigiditas, & caliditas,ſiccitas & humiditas, vel eſt quorundam mutua reſiſtentia, propter diuerſos fines.ſed contrarietas rerum habitualitate naturæ, eſt qua aliqua contrariantur per habitus oppoſitos impoſſibiliter mobiles ab ipſis, & hoc modo angelus bonus & malus in contrarietate ſunt. Ex his apprehendere potes tres contrarietatis rei, eſſe ſpecies,prima eſt inter materiale, & immateriale, ſecunda inter materiale & materiale, tertia immateriale & immateriale reſpicit.

De principio.

CAPVT XIII.

GEnerationis, corruptioniſue omnis, cauſam & principium ſuperius edocuiſti,ſed quid in ſe principium, & cauſa ſit penitus ignoro.ne ergo *Concupiſcentia.*

per

per incognita meum teneam iter: quid quotuplexque principium ſit,dicere te,nè tedeat.

Veritas. Eſt eſſe,præcedens omnia per intrinſecam eius rationem alicuius proprietatis. quod multifariam contingere poteſt,aut reſpectu eius, à quo incipit motus & ſic priuatio principiat. Nam ſi ea non eſſet in materia, vel nō principiaret, materia minime reciperet formam,ad quam eſt in potentia, quare principium neceſſarium eſt, At quia forma introducta amplius materia ipſa, non eſt priuata,ob id per accidens principiat,vel ratione illius vt quo in exiſtente, aliquid fit & hoc modo materia,& forma ſunt principium vel ex eo quo, aliquid tanquam ex parte quantitatiua, & aliorum fundamēto fit & huiuſmodi cor principium eſt animalis.Id autem quod primum eſt,à quo fit motus, anteaquam aliquid ſit in eſſe, principium etiam dicitur, aut effectiuitatem vt pater, & per rationem conſeruatiuam: vt locus. Nam pater, & patria principium ſunt generationis, aut vt à quo aliquid facilius incipit fieri, & cognoſci, & ſic quod eſt primo cognitum aliaue ob id cognoſcuntur, doctrinæ principium dicitur ſiue prius in eſſe ſit, ſiue non, vt premiſſę in demonſtratione. Idcirco principium eſt quod primum, vel quia ęſt primum,vnde res eſt,vel eſt primum vnde res cognoſcitur. quod generaliter loquendo creatum quoddam eſt, increatum aliud.creatum accipitur omnibus his præſupoſitis acceptionibus & rationem cauſæ habet: ita quod eſt eſſentialiter diſtinctum à principiato, & cauſato, ſed increatum dupliciter conſiderari poteſt reſpectu principiato

cipiato

cipiatorum, adintra hoc eſt eorum quæ eiuſdem ſunt eſſentiæ, & naturæ, & ſic trifariam ſumitur, ſcilicet formaliter, perſonaliter, & notionaliter, formaliter dico prout eſt terminus formalis generationis, vel productionis diuinæ & ſic eſſentia diuina eſt principium, quo vnumquodque in diuinis habet eſſe: perſonaliter verò accipitur pro illa perſona, à qua alia principiantur, & ipſa à nulla, & hoc modo præciſe perſona patris eſt principium, vnde dicitur quod pater eſt principium totius deitatis, quod ly totius exponitur per diſtributionem accommodatam ſcilicet eſt principium totius deitatis (ipſo excepto) ſicuti dicimus, cœlum continet omnia, ipſo excepto: notionaliter verò ipſa ſpiratio actiua patri, & filio communis, principium eſt ſpiritus ſancti adextra verò capitur tripliciter ſcilicet eſſentialiter, attributaliter, & appropriate. eſſentialiter accipitur, prout habet rationem cauſæ, & eſt eſſentialiter quid diſtinctum, à principiato, & cauſato. & hoc modo eſt commune hoc nomen principium, tribus perſonis nam cum opus ad extra, poſterius ſit, opere trinitatis adintra: in quo ſunt tres perſonæ æquales in eſſentia, in intelligere, in velle, & in poſſe operari, quod operari eſt actualiter ponere in eſſe ideo eſſentiale diciturprincipium, attributaliter verò accipitur pro illo principio, quod eſt commune tribus perſonis ſed per rationem attributiuam vni eſt competitiuum, vt creatio rerum, prout eſt de non eſſe ſimpliciter ad eſſe ſimpliciter productio ipſa arguit potentiam & ſic patri attribuitur, non ex hoc alias duas perſonas

diuinas,

diuinas, excludimus. At verò inquantum dicit ordinem quod arguit ſapientiam, principium creationis attribuitur filio. Sed inquantum dicit finem, & intellectionem ſummi boni, vt creaturam hanc, homo conſpiciens intelligeret ſummum bonum, intelligendo amaret, & amando poſſideret, & poſſidendo frueretut. Arguit hoc modo principium, bonitatem & ſpiritui ſancto attribuitur appròpiatiue verò accipirur, inquantū dicit realitatē in opere operato propriæ perſonæ, & ſic dicimus quod filius eſt principium redemptionis, quia verbum caro factum eſt, & ſuppoſitaliter vnitum eſt carni humanæ, vnde vniuerſalis facta eſt redemptio. Sicuti ſpiritus ſanctus gratiæ, & charitatis apparitioniſque ignitarum linguarum in apoſtolos principium dici poteſt ob id dicit Chriſtus ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis vt maneat vobiſcum in æternum ſpiritum veritatis.

De medio.

CAPVT XIIII.

Concupiſcentia. QVIA principium vnitur fini per medium, quod vtriuſque ſapit naturā, viſo de principio quid medium ſit, quotue acceptiones habeat ediſſere.

Veritas. EST ſubiectum medium ipſum, per quod finis influit principio, & principium refluit fini, ſapiens naturam vtriuſque quod non eſt intelligendum eſſeitatiue, ſcilicet quod per medium

dium, finis influat, dans eſſeitatem principio, cum principium, fine ſit prius, ſed bene pondera hoc & ſpeculare intentionaliter, quia per medium, finis mouet agentem ad operandum, quod mouere eſt influere ideo principium, refluit executiue per communicationem eſſeitatis realis ad intelligere motiuum. At ne per multiplicitatem, & huius termini æquiuocationem, confuſio apud intellectum ſit, tuus ab omni alia re, in hoc vertendus eſt animus, quod quandoque medium dicitur per abnegationem vtriuſque extremi, vt mediocritas in moralibus, quæ eſt inter exceſſum & deffectum, nam medium dicitur eo quod participet de vtroque extremo, vt & liberalitas, quæ mediat inter prodigalitatem, & auaritiam, hoc modo verbum diuinum eſt perſona media in diuinis ſcilicet per abnegationē nō eſt pater, nec ſpiritus ſanctus, & cū patre cōuenit productiuè actiuè, quia ſicut pater ſpiritum ſanctum producit, ſic filius producit, eundem ſpiritum ſanctum, conuenit etiam cum ſpiritu ſancto, inquantum filius & ſpiritus ſanctus ſunt termini quod: emanationum diuinarum alia tamē formalitate, nā filij eſt terminus quod memoriæ fecundæ, ſpiritus ſanctus verò volūtatis fecūdæ, quandoque per poſitiuitatem & affirmationē extremorum quod tripliciter eſt, ſcilicet coniunctionis, mēſurationis, & extremitatis. Mediū cōiunctionis id eſt quod habet vnire extrema in vnum per aggregationem, vt clauus qui duas poſtes coniungit, menſurationis verò medium eſt quod æqualiter exiſtit in extremis: vt centrum in medio

medio circuli. At medium extremitatum, eſt ſicut linea in medio duorum punctorum. Quod poteſt eſſe dupliciter, vel formaliter, vel virtualiter, formaliter dico prout, eſt per participationem formalem vtrique extremo, ſicut tepidum inter calidum & frigidum, & huiuſmodi eſt quaſi proportio medij ad ſpiritum ſanctum vt à patre & filio communiter ſpiratur. virtualiter verò eſt inquantum extrema continet quo ad virtutem, & non quo ad formam virtutis: & hoc modo pater medij naturam ſapit, quia eſt principium quod productiuum filij, & ſpiritus ſancti. Mediũ extremitatũ formaliũ adhuc eſt duplex, ſcilicet colligãtiæ, & cõgruentiæ, mediũ colligãtiæ eſt per quod adinuicem extrema ligãtur, ſicut duo corpora interueniẽte glutino iungũtur. Mediũ cõgruentiæ dicitur, ratione cuius, congruitas eſt aliqua duo extrema produci ad aliquam vnionem: ſicut mulier nobilis mediante nobilitate, congruentiam habet, vt regis ſit ſponſa, cum tamen ſibi vnitur rex magis vt ſponſæ, quam vt nobili: ſi loquimur de medio colligantiæ: vel vnionis pro eo quod verbum immediatè & inſeparabiliter tam carni, quam animæ vnitur, non cadit anima ibi medium quaſi glutinum, vel vinculum inter corpus & Deum. Si autem intelligitur de medio congruentiæ ſic ſine dubio concedendum eſt quod caro vnitur verbo mediãte ſpiritu creato, non enim congruebat verbo Dei vt vita quod acciperet corpus niſi viuificatum: nec eo vt ſpiritus immortalis vniri niſi corpori viuificato ſpiritu immortali. Vnde illud corpus
eſſet

eſſet idoneum ad incorruptionem. Et ſic intelligitur propoſitio illa magiſtri quod incommutabilis & inuiſibilis veritas per ſpiritum animam & per animam corpus:totum hominem ſine contagione ſuſceperat,& accipitur ſpiritus pro ſuperiori portione animæ, quæ habet magis conueniētiam cum Deo,anima verò pro inferiori portione, vel parte animæ ſecundum quam viuificat corpus, & per hæc duo nihil datur intelligi, quàm illud corpus congruum eſſe ad vnionem, quod quidem habet per animam viuificari,& per ſpiritum ad perpetuitatem & incorruptionē ordinari in incarnatione,medium aliud intrinſecū aliud extrinſecum eſt. intrinſecum dicitur aliquid quod eſt pars naturæ aſſumptæ. vnde ponere medium in incarnatione, nihil aliud eſt niſi ponere quod vna pars naturæ aſſumptæ aſſumeretur mediate alia. puta caro mediante anima, & anima mediante ſpiritu licet ſint anima, & ſpiritus vna res ſimpliciſſima, habent tamē alietatē formalē. medium verò extrinſecū, eſt diſpoſitio aliqua requiſita ad vnionem,diſtincta à natura aſſumſibili & à natura aſſumente:& ſic in propoſito eſt donū aliquod, & habitus preparans animam, vt poſſit aſſumi,medium quoddam eſt quod,& aliud quo, medium quod,illud eſt cui primo fit vnio ,& per illud alteri: ſicut anima eſt mediū acceptationis corporis ad vitam,nō enim acceptaretur corpus niſi anima eſſet accepta.medium verò quo,eſt diſpoſitio aliqua præparans ad aliquid, etiam quod illud ſibi non conueniat: ſicut lumen gloriæ eſt medium videndi Deum, & eo fruendi li-

tionem, vnde neceſſe eſt ſpecies eſſe medias, quę deducunt per medium conueniens in contemperatam rem ſenſibilem, ad proprium ſuum ſenſum: & ſic eſt medium deducens ſenſibile enim poſitum ſupra ſenſum non-facit ſenſationem. ob id requiritur quod ad ſenſationem ſint ſpecies, vt medium deducens vt diſcurrens, ſicut per omnes ſenſus videre poteris. Aliud autem eſt medium coniungens & ſic eſt actus potentiæ ad obiectum: quo potentia cum proprio & ſibi adæquato obiecto, coniungitur: medium ergo tres habet ſpecies, ſcilicet coniunctionis, & huiuſmodi eſt reſpectu eorum, quæ non per ſe, ſed per accidens, vel per agregationem vniuntur ſicut clauus eſt medium inter duas poſtes, menſurationis alia, vt centrum, quod eſt in medio loco circuli, & calefacere quod eſt in medio loco calefactiui & calefactibilis, & intelligere medium menſurale intelligibilis & intellectiui. Et alia eſt ſpecies extremitatum ſicut linea eſt inter duo pũcta, & amplum inter longum & profundum.

De fine.

CAPVT XV.

VIso de medio, per quod finis influit principio, & principium refluit fini: aggrediendum puto de fine ſermocinari tum quia fine ad medium nihil eſt propinquius & immediatius, tum quia finis mouere, quod intẽtionabiliter eſt mouere, in eſſe reali ponitur ab agente per medium, tum etiam quia cognito medio, finis cognoſci *Concupiſcentia.*

gnoſcitur & finis vt à te alias declaratum inueni ob id quid eſt finis.

Veritas. Est in quo principium, quieſcit, vel terminus in quo omnia principia quietantur: & per ipſum bonitas, magnitudo, duratio, & alia principia in eſſe vno quieſcunt.

Concupiſcentia. Movere & quieſcere, ſunt oppoſitæ proprietates mobilis: vna enim vt terminus, altera verò vt realitas terminabilis mobilis eſt, quæ eſt actus entis mobilis vt mobilis, ſed finis habet mouere agentem ad operandum ergo in ipſo principium non quieſcit.

Veritas. Notandum à te eſt concupiſcentia (ni fallor) difficultates, maiori ex parte terminorum ob æquiuocationem euenire, finis enim triplex eſt, ſcilicet terminationis, priuationis & cauſa finalis. finis terminationis ille eſt quo res terminatur, aut vt vltimam cuiuſlibet quantitatis, ſicut punctum reſpectu lineæ, vel prout extra quod nihil eſt accipere rei terminatæ, quemadmodum vltima ſphæra in mundo, aut quia infra tale ſunt omnia primi ſcilicet rei terminatæ, aut inquantum ſubſtantialiter terminat, & ad certam ſpeciem materiam deducit, vt forma ſubſtantialis, aut vt quod quid erat eſſe rei cuiuſmodi eſt definitio. finis alius priuationis dicitur. & quia priuatio multipliciter capitur, primo modo prout eſt carentia diſpoſitionis in aliquo qua nata eſt haberi, licet non ab illo quod dicitur priuari vt planta priuatur oculis. ſecundo priuatio eſt carentia diſpoſitionis in aliquo in quo nata eſt inueniri, vel ſaltem in eius genere vt homo non

videt, nec talpa quia licet illa non ſit nata habere viſum, bene tamen aliquid ſui generis: tertio modo priuatio dicitur carentia formæ in ſubiecto quod natum eſt habere illam tempore determinato. vt dicimus animal eſſe cæcum. cæcitas enim priuatio quædam eſt, ſed cæcus non eſt ſecundum omnem ætatem ſed inquantum natum eſt habere, ſi non habet. quarto modo priuatio eſt violenta rei ablatio. quinto modo priuatio dicitur turpiter ſubiecti, aliqua diſpoſitio habita, vnde dicimus aliquem colorem non habere quia turpiter habet colorem, vel non habere pedes quia turpiter habet pedum diſpoſitionem. ſexto modo priuatio eſt illa reſpectu cuius, aliquid parum habet de re; & ſic illud ens dicitur priuari caliditate quod minus vel parum concernit caliditatis. ſeptimo modo capitur priuatio inquantum eſt difficultas ipſa in ſubiecto, qua ſubiectum difficile reditur recipere aliquam formam. Vnde dicimus lignum inſecabile, non ſolum quia non ſecatur ſed quia non facile, vel non bene. Vltimo verò modo aliquid dicitur priuari aliquo quia nullo modo illud habet, & natum eſt habere, & iuxta hanc formalitatem intelligitur finis priuationis vt mors quæ finit, & priuat hominem vita, quam natus eſt habere. finis verò qui eſt cauſa finalis, eſt illa entitas qua agens mouetur ad operandum, & talis duplex eſt ſcilicet quo, & gratia cuius, cauſa finalis gratia cuius illa eſt, quæ vltimatè mouet agentem ad operandum, ratione amati & deſiderati amicabiliter quo verò cauſa finalis mouet

agentem ratione amati & deſiderati concupiſcibiliter & propter aliud. His ergo poſitis dico, quod finis eſt primo in intentione agẽtis.& vltimo in executione prout finis conſideratur ſecundum formalitẽ intentionis, habet eſſe periodus quietis agentis nam ſi agens non quieſceret in re intellecta, non moueretur ad executiuam operationem ipſius, ideo ſecundum formalitatem executionis ponit agentem in mouere, hoc eſt operari realiter, & executiuè id quod intendit. mouere enim & quieſcere in ſe ſunt proprietates oppoſitæ,quæ formaliter non ſunt eadem,ſed in fine non proprietates oppoſitæ, idem finis eſt in intentione agentis, & vt in proprio obiecto in ipſo quieſcit,& quieſcendo incipit realiter operari ad extra,vel ad intra ſecundum quod neceſſaria ſunt media,vel ſic mouere & quieſcere ſunt proprietates oppoſitæ formaliter: quæ oppoſitio & alietas ſunt cum vnitate reali finis, quia idem finis mouet,& eſt formalitas in qua principium, & agens quieſcit.

De maioritate.

CAPVT XVI.

Concupiſcentia. Veritas.

QVID eſt maioritas?

EST ſimilitudo,& Imago immenſitatis bonitatis magnitudinis, durationis, poteſtatis, ſapiẽtiæ,voluntatis, virtutis, veritatis & gloriæ, & per ipſam, bonum, magnum, & huiuſmodi, ſunt altiora cæteris entibus: in perfectione.Maioritas

ioritas alia eſt ordinis, vt præſidentes maiores in ſtemmate ipſis conſiliarijs ſunt: alia dignitatis ſicut imperium maius eſt magiſtratu, præſtantiæ alia maioritas eſt, vt in extimatione negotiorum & eorum conſequentia, alia numeri vt res numerata cum concernentia alterius rei numeratæ maior eſt, illa alia eſt qualitatis ſicut ſciens ipſo diſpoſito eſt maior, modalitatis & gradus maioritas eſt aliqua, vt albus quo ad octo maiorem albedinis habet quam albus ad quinque quæ maioritas non variat rationem formalem rei: cuius eſt modus & conſtituti pèr ipſum. maioritas alia in duratione eſt ſicut æternum maius eſt æuiterno, & æuiternum, tempore menſurabili, vel menſurato, & in tali menſura ſenior maior eſt iuuene, vltimo eſt alia maioritas corporis, quę eſt per quantitatem molis ad geniti diſpoſitionem ab agente introductam: his ſuppoſitis, concluſionaliter dico. quod tres, ſunt ſpecies maioritatis. Prima eſt de ſubſtantijs vt maior ſubſtantia hominis in bonitate, magnitudine, duratione &c. quam ſuſtantia aſini quod non eſt intelligendum penes ſubſtantiam rei & ſubſtantiam, cum ſubſtantia non ſuſcipiat magis & minus. Sed benè vt attenditur maioritas ſecundum participationem ſubſtantiæ in ſubiecto. Secunda ſpecies maioritatis eſt inter ſubſtantiam & accidens, vnde maior eſt bonitas per eſſentiam, quam bonitas per participationem. Ideo bonitas ſubſtantialis eſt maior quam ſit bonitas accidentalis. Tertia vero ſpecies maioritatis eſt inter accidens & accidens, ſicut videre maius eſt in bonitate

quàm calefacere,& intelligere quam videre.

De æqualitate.

CAPVT XVII.

Concupiſcentia. *Veritas.* QVID eſt æqualitas?

EST entitas in qua finis concordantiæ bonitatis, magnitudinis poteſtatis & aliorum principiorum quieſcit.

Concupiſcentia. *Veritas.* QVOTVPLEX eſt æqualitas?

DVPLEX vt præſentis eſt negotij ſcilicet realitatis & proportionis,realitatis æqualitatem dico,prout res ipſæ realiter ſunt æque perfectæ & idem contentiuæ cum intentione, & extenſione quæ habet tres ſpecies.Prima eſt æqualitas quæ reſpicit ſubſtantiam & ſubſtantiam. ſicut Aegidius & Grægorius in ſpecie hominis in qua ſunt æquales eſſentialiter & quiditatiuè. Secūda ſpecies æqualitatis eſt inter ſubſtantiam & accidens. vt quantitas molis eſt æqualis ſubſtantiæ quæ ad illius extenſionem ſe extenditur, quare dicimus animam eſſe totam in toto & totam in qualibet parte corporis.Tertia verò ſpecies ęqualitatis eſt inter accidens & accidens, ſicut decoctio de duabus plantis facta, vna exiſtente in quarto gradu caloris & alia in quarto gradu frigiditatis æquales ſunt in calefacere & frigefacere. Sed æqualitas proportionis realitatis ſtat in vnitate conſtitutiua ęqualium.vnum,ſicut membra in ſubſtantiali corpulentia hominis ſecundum proportionem conſtitutiuam conueniunt, tamen ob maioritatem vnius reſpectu alterius

rius æqualia in realitate non ſunt.

De minoritate.

CAPVT XVIII.

QVID eſt minoritas *Concepi*
EST ens citra nihil, quæ poteſt intelli- *ſcentia.*
gi penes quod de maioritate intelligitur cum *Veritas.*
maioritas & minoritas oppoſitæ relatiuè ſint. Quod enim modis vnum relatiuorum dicitur, tot modis dicitur & reliquum: ideo alia eſt minoritas ordinis, vt conſiliarij minores præſidentibus ſunt. Alia eſt minoritas in dignitate vt magiſtratus minor eſt imperio: alia eſt minoritas præſtantiæ ſicut in minori extimatione negotiorum, & talium conſequentia: alia numeri vt res numerata, in alia contenta, & alterius non contentiua huiuſmodi quinarus minor eſt denario: alia eſt minoritas qualitatis vt diſpoſitus minor eſt ſcientifico, aliqua verò eſt minoritas modalitatis & gradus vt albedo quo ad quinque minor eſt albedine quo ad octo, alia eſt in duratione, ſecundum quam tempore menſuratum minus eſt æuiterno & æuiternum æterno. Alia autem eſt minoritas in corpulentia quare dicimus vnum corpus alio minus eſſe. vnde prope non eſſe, minoritas eſt in comparatione ad maioritatem, quæ plus habet de eſſe quã ipſa minoritas, quãdo enim res de non eſſe ad eſſe deueniũt ſunt in minoritate primo quomodo in maioritate, & quando de eſſe ad non eſſe corruũt è contra ſunt prius ſcilicet in maioritate quàm in mi-

e 5 noritate

noritate & cum ita ſit ſemper prope nihil habet ſuum eſſe. Per bonitatem verò nō eſt circa nihil-eoque bonitas eſt circa aliquid, Sed bonitas ratione minoritatis eſt circa nihil ob id quādo bonum non attingit bonum, quia non agit bonum eſt otioſum, & per conſiquens reſpicit iuxta nihilitatem, quod contingint er eſt, ipſa etiam minoritas non eſt magna ob maioritatem eius oppoſitam quia quanto magis medium participat de natura vnius extremi, tanto magis diſtat ab alio extremo, magnitudo plus participat de maioritate oppoſita minoritati quā de minoritate. Ergo ipſa minoritas non eſt magna vt minoritas, eſt, ſed benè vt ſubſtantia, quia ſi ſubſtantia non eſſet entia ſubſtantialia non differrent per maioritatem & minoritatem, durat in ſuo genere quoniam ſi non duraret non eſſet entitas maior, & entitas minor. Vnde poteſt eſſe hoc quod eſt, Sed non vltra id quod eſt. Et hæc de principiis rerum ſcibilium.

De Deo primus tractatus.

CAPVT I.

Concupiſcentia.

HABITO de principiis tertiæ partis hactenus, poſt hac de nouem ſubiectis tecum diſſerere cogitaui, quoniam omne quod eſt, in ijs implicatur, & extra ea nihil eſt. quia res ſicut ſe habet ad veritatem: Deus omnibus his eſt prior ergo & ſuum eſſe verum per regulas cum principiis combinatas primò cogno-

ſci

ſci nos expoſtulat. Prima regula quæſtionalis eſt vtrum, quæ quærit de poſſibilitate: ita quod id quod quæritur poſſibile eſt tale, vel non tale eſſe vtrum ergo Deus eſt?

NOTANDVM eſt (concupiſcentia) quod hic terminus Deus poteſt capi dupliciter, aut quantum ad id, cui imponitur & ſic eſt nomen naturæ, quia ei imponitur quod eſt ſumma natura, aut quantum ad id: à quo imponitur, & ſic eſt nomen operationis, quoniam imponitur ab opere. & quia eſt à nobis cognitus, vel cognoſcibilis potiꝰ vt relucet in opere quā vt in ſe, vt imponitur ab operatione dicitur, ab ethin, quaſi ardens charitate, vel thetin, quod eſt fouere pietate: aut theaſthe quia videt claritate. & ſex modis eſt in vſu: primo nuncupatiuè, & abuſiuè, vt in pſalmo 95. omnes dij gentium demonia, & Apoſt. primo ad Cor. 8. ſi quidem dij multi & domini multi. Quomodo ergo (queret aliquis) dij crediti ſunt? nimirum quia reges maximi, ac potentiſſimi fuerunt: ob merita ſuarum virtutum, aut munerum, aut artium repertarum cum chari fuiſſent, his quibus imperauerunt: in memoriam ſunt conſecrati: ſecundo modo adoptiuè, vt pſal. 81. ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes, & ſic quilibet electus filius Dei eſt per adoptionem. Nam ille adoptatur, cui iure hæreditario, non debentur bona patris, ſed per ipſum adoptantem aſſumitur ad hæreditatem: tertio modo dignificatiue, pro hominibus in dignitate conſtitutis, vnde dicitur diis non detrahas, ſcilicet prælatis & offerat eum dominus diis: quarto modo

Veritas.

vt exo. 22

exo. 21.

exod. 7. modo poteſtatiuè, eo modo quo dixit dominus ad Moyſen cõſtitui te Deum Pharaonis, quaſi diceret poteſtatem dedi contra ariolos & Deos Pharaonis: quinto modo capitur ſolicitudinaliter vt Apoſt. quorum Deus venter eſt. tales enim tantam de ventre ſolicitudinem habent vt obliuiſcantur Dei: ſexto modo eſſentialiter vel naturaliter & ſic intelligitur illud pſalmus audi Iſrael Dominus Deus tuus vnus eſt. qui à ſenſu, cum ſit remotiſſimus: non poteſt per intellectus aciem à viatoribus, neque à beatis notitia comprehenſiua cognoſci, Sed naturaliter eſt cognoſcibilis, non ſolum in conceptu quaſi per accidens, ſcilicet in attributo, ſed in aliquo conceptu per ſe & quiditatiuo. Hoc enim mundi productio teſtatur, rerum ordo loquitur, creaturarum deſiderium id indicat, mouentium & mobilium eſſe dictat, Primo igitur Deum eſſe mudi productio teſtatur quia quandocunque eſt ens ab eſſe, & non eſt poſſibile eſſe in eſſe, ſemoto eo tali, à quo habet eſſe, omne quod concernit in ſuo eſſe, verius eſt in eo, à quo habet ſuum eſſe, quam in ſeipſo, & ſuo eſſe. Sed mundus eſt in eſſe, & pulchrum, & bonum, & eſt ens ab eſſe. Ergo quicquid in ipſo boni, & pulchri perfectiori, & meliori modo eſt in eo à quo habet ſuũ eſſe quod Deus eſt. Sed diceret quis mundus non eſt ens ab eſſe, quia æternus, tunc peto vel eſt ita æternus, inquantum ipſe aliarum entitatum eſt cauſa, & non entitas cauſata: vel quia eſt æque æternus ſicut & ſua cauſa quæ ipſum produxit, & poſuit in eſſe: Si primo tunc hoc ſupoſito ergo ſic mundus, non eſt aliud

ad phil. 3

niſi

niſi rerum ipſarum in ipſo exiſtentium congeries quæ ſunt in continua generatione, & corruptione. ergo idem eſt cauſa, & effectus productionis: Quod eſt falſum. Sed quando aliquid eſt tale per aliud à tale, illud per quod eſt magis eſt tale & ſic eſſet magis corruptibilis mundus quàm ea quæ ſunt in mundo ſi æque eterna vt ſua cauſa. Ergo arguit & ſuam cauſam eſſe. quæ Deus eſt: ſecundo Deum eſſe rerum ordo loquitur. Nam nihil naturalium, aut in celeſtibus, aut in ſubcœleſtibus, eſt ſine ordine, videmus contrarias naturas: ignis, & aquæ, aeris, & terræ, in vnius mundi concernatione adinuicem conuenire, & indiſſolubiliter permanere. Videmus corporum omnium ordinatiſſimos motus, rerumque inſenſibilium regulatiſſimos ad ſuos effectus innumerabiles modos. quis eſt? quod non videat corpora etiam ſuperiora, in hæc influere inferiora: vnde tanta, ac talis in omnibus rebus menſura, niſi ab ipſo Deo. Vnde dicitur quæ a Deo ſunt, ordinata ſunt & Ariſto. ordinatio eorum quæ in mundo ſunt, ex diſpoſitione eſt primi principij, qui eſt Deus glorioſus. Quamobrem rabi Moyſes in ſua geneſi ab ordine rerum incepit typum, ſuæque ſcriptionis metodum. in principio dicēs creauit Deus cœlum & terram, &c. diſcribens res, ex ordinatione modi eſſendi rerum quare cum ordo diſpoſitio ſit rerum ſecundum prius & poſterius, oportet ad primum, quod ita ſit primum quod aliud non præſupponat. prius à quo omne quod eſt ordinem & menſuram habeat: & tale Deus eſt. Tertio Deum eſſe creaturarum deſiderium id ipſum

ad Rom. 13.
1. Meh. cap. 5.

ipſum indicat. impoſſibile eſt aliquid in apetitu, ſiue naturæ, hoc eſt reſpectu illius, cuius eſſe eſt tendere ad aliquid aliud ab eo tali ſine diſcriptione. ſiue rationis ſcilicet cuius eſt tendere ad hoc, quod & ad oppoſitum & tale non eſſe, nam quæ tenderēt ratione grauia deorſum, ſi centrum non eſſet, & flumina mouerentur ad mare, niſi eſſet mare, & animalia ad indiuidui conſeruationem cibum appeterent: ſi non eſſet cibus. Vnde dicitur ſecundo de cœlo quod natura nihil facit vanum: Sed homines deſiderant veritatem cognoſcere: Ergo & quod verum ſit. quo cognito mens humana quieſcit quod nulla poteſt in creatura eſſe & ente ab alio, creatura eſt verum per participationem, ergo neceſſariò eſt dare verum ens per eſſentiam & tale Deus eſt. Quarto Deum eſſe mobiliū, & mouentium modus dictat. Vnde ſenſu conſtat aliqua in hoc mundo moueri, at omne quod mouetur ab alio mouetur; nihil autem mouetur niſi ſit in potentia ad id, ad quod mouetur aliquid enim mouet ſecundum quod eſt in actu, mouere autem nihil aliud eſt niſi educere aliquid de potentia in actum, educi aliquid non poteſt de potētia in actum: niſi per aliquod ens in actu. ſicut calidum in actu vt ignis facit lignum calidum in potentia, actu calidum, & hoc mouet, & alterat ipſum, nam eſt impoſſibile vt idem ſit ſimul in actu, & in potentia ſecundum idem: ſed ſolum ſecundum diuerſa quod eſt calidum in actu, non poteſt ſimul eſſe frigidum in potentia, ergo eſt impoſſibile quod ſecundum idem & eodem modo aliquid ſit mouens, & motum,

tum, vel quod moueat ſeipſum, omne ergo quod mouetur oportet ab aliquo moueri, ſi ergo à quo mouetur ſit nobile: neceſſe eſt quod, & illud tale ab alio moueatur & illud ab alio, & quia non eſt procedere in infinitum, quod ſic non eſſet primum mouens, & per conſequens nec aliquod aliud mouens, quia mouentia ſecunda non mouent niſi prout ſunt mota, à primo mouente, ſic cultellus non mouet, niſi vt motus à manu. igitur neceſſarium eſt venire ad aliquod primum mouens, quod à nullo moueatur qui ſtabilis manens, det cuncta moueri: & talè Deus eſt.

CAPVT II.

QVID eſt Deus. *Concupiſcentia.*

NON eſt prætereundum quin notes, quod aliud eſt quid rei quiditatiuè, aliud quid rei ſecundum quiditatem, & aliud quid rei iuxta quiditatem, & aliud quid rei non præter quiditatem. Quid rei quiditatiuè, eſt eſſe eſſentiale rei, cum totali concernentia omnium, quæ ſunt in re, vt homo eſt animal rationale, genitum à ſibi ſimile, & beatitudinis capax, quid rei ſecundum quiditatem, eſt eſſe rei per ea quæ propriè inſunt rei, vt homo eſt animal riſibile. At quid rei iuxta quiditatem rei, eſt eſſeitas rei, iuxta ea quæ propriè, vel communiter inſunt rei, vt homo eſt intelligens, volẽs, quid verò rei non præter quiditatem rei, eſt realitas & eſſeitas rei per ea, quæ non repugnant rei: vt homo eſt albus, fortis, *Veritas.*

debilis,

debilis,his poſitis dico, quod Deus eſt ens in quo ſuæ rationes conuertuntur,& hoc quia ens in quo ſuæ rationes conuertuntur eſt Deus. Nam nulla entitas creata, eſt in qua ſuæ rationes ſunt ipſa res, ſcilicet bonitas, magnitudo, æternitas vel duratio, & aliæ, vel Deus eſt ens in quo diuinæ rationes habēt actus infinitos, ſicut bonitas Dei, habet bonificare, in infinitum, & magnitudo Dei habet magnificare in infinitum, quia ens in quo bonitas habens actum infinitum &c. eſt Deus. Aut Deus eſt, cui coeſſentialis bonitas, eſt ratio quod agat bonum infinitum, & æternum: quoniã, ens cui ſua coeſſentialis bonitas eſt ratio quod agat bonum infinitum & æternum eſt Deus, vel Deus eſt ens quod ſine infinitis rationibus eſſe nō poteſt: quia habere infinitas rationes alteri non competit præter Deū, imo equidē Deus eſt ſubſtantia, ab omni accidente denudata, quia ens ab omni accidente denudatum, eſt Deus. Nã non ex materia & forma eſt compoſitus ſicut naturalia corpora, nec ex genere & differentia, vt quiditates deffinibiles, nec ex actu & potentia, vt ſubſtantiæ abſtratæ citra Deum. Sed actus purus per ſe ſubſiſtens, abſoluta entitas, non dependens ab aliquo, quia ipſe ſolum eſt independens, vel Deus eſt ens quod extra ſe non indiget aliquo. Nam ens quod aliquo non indiget eſt ipſemet Deus, ob id concludens dicitur, Deus eſt ens, bonum eſſentialiter, magnum, æternum, non poſſibile aliter eſſe diſponens omnia ſuauiter, virtuoſum, verum, & glorioſum ſupra quod non eſt aliquid, aut quo ad eſſe, aut quo ad imaginari.

CAPVT

CAPVT III.

QVID Deus habet in ſeipſo coeſſentialiter,& naturaliter. *Concupiſcentia.*

HABET coeſſentialia naturalia,& ſubſtãtialia relatiua, ſicut per bonitatem, habet bonificatiuum vel bonificantem bonificare, & bonificatum, per ſuam magnitudinem magnificatiuum vel magnificantem, magnificare, & magnificatum,& per ſuam æternitatem, æternantem, æternatum, & æternare, quæ rationes licet infinitæ ſint: ſimplicitatem non remouent, vt ſimplicitas opponitur compoſitioni, & componibilitati, non autem vt ſimplicitas opponitur multiplicitati rationum formalium. Vnde dicit Berna. ſi bonum, ſi magnum, ſi beatum, ſi ſapientem vel quicquid de Deo tale,dixeris in hoc verbo inſtauratur quod eſt,eſt,nempe hoc eſt ei eſſe,quod hæc omnia eſſe, ſi & centum talia addas non receſſiſti ab eſſe ſi ea dixeris nihil addidiſti ſi non dixeris nihil minuiſti. *Veritas.* *lib. 5. de conſi.*

CAPVT IIII.

QVID eſt Deus in alio. *Concupiſcentia.*

DICO quod eſt in effectu ſuo, cauſa prima, motor primus, dominator, & gubernator, agens ad placitum, & abſolutum ſine aliqua reſiſtentia ſui effectus,extrinſece quidem Deus habet dominium. & poteſtatem ad placitum: ſicut cauſa abſolutè in effectu ſuo, quæ quando vult operatur, habet etiam in creaturis ius vltimum *Veritas.*

eo quod creator, & gubernator eſt, qnare auertendú eſt quod ly in alio & ly cum alio quandoque denotat, alietatem eſſentialem, & ſic eſt cõſiderare quid Dei, in ordine ad creaturas, & hoc modo dicitur quod Deus in creaturis eſt cauſa prima, motor primus, dominator, gubernator, agens ad placitum, creator, redemptor, viuificator & glorificator, quandoque alietatem formalem, & hoc non reſpectu rei ad quam eſt actio, quia ſi ad extra eſt cum alietate eſſentiali, agens & res acta, ſi ad intra, ſic eſt cum alietate reali, ratione originantis & originati ſed bene reſpectu rationis formalis, in qua vel cum qua habet agens operari, vt in bonitate eſt bonus, & habet agere bonum infinitum, in magnitudine magnum, in duratione æternum. & cæ.

CAPVT V.

Concupiſcentia. *Veritas.*

QVID eſt Deus cum alio?

EST cum bonitate bonus, cum magnitudine magnus, cum duratione, æternus, cum poteſtate potens, & ita potens quod eſt omne potens, cum ſapientia omnia bene ſuauiterque diſponens, cum voluntate vult omnia propter hominem, vt ipſius finis reſpectiuus non hominem propter ſeipſum: vt omnium finis abſolutus, cum virtute virtuoſus, quia eius actus eſſentiales, & ideo naturales ſunt virtuoſi, cũ veritate verus, quia ipſe, eſt ſua veritas, glorioſus cum gloria alium & alium operans infinitum cum differentia, agere enim ſine diſtinctione agentis, & agibilis eſſe non poteſt, quia nihil poteſt agere ſe

re ſeipſum,quia antequam non eſſet, eſſet, cum ſuæ eſſentię concordantia,habet bonitatem,magnitudinem, durationem, poteſtatem, ſapientiam, voluntatem, veritatem, virtutem & gloriam cum contrarietate eſt contrarians, & non contrarietas,cōtrarians quidem eſt, quia peccatori dat penitentiam: effectiuè nam non eſt malum in ciuitate quod non faciat Dominus. Non eſt contrarietas,ipſe enim concordantia eſt infinita,habēs altum infinitum,& æternum. Tamen non ex hoc ſequitur quod non deberet premittere contrarietatem eſſe,quia contrarietas moris eſt inter Deum & hominem peccatorem, vt iuſtitia Dei poſſit exercere ſuum actum in peccatore: contrarietas autem naturæ eſt vt mundus ſit talis,qualis eſt.habet De⁹ velle & nolle,velle vt ex volēte ad volitum, ad volentem fiat circulus, habet nolle reſpectu reſiſtentis ad circularem motum beatitudinis, cum principio verò eſt principians principiatum, cuius eſſe eſt principiare. Eſt enim principians non præiacens aliquid ſibi,cum medio ſuæ naturæ,ſcilicet bonificare,durare,& magnificare, &c. habet vnire per circum inceſſionem bonificatiuum, cum bonificato, cum fine habet omnia menſurare propter ſeipſum: dum Deus ſic ſe cognoſcit,ratione finis, trāſit ad creationē entitatum ad finem, cum maioritate eſt maior omni ente creato,quoniam ſuę rationes ſunt infinitæ, habenteque ſuos actus infinitos ad intra & neceſſarios, ad extra vero finitos ideo talibus (quia ipſum ens creatum, vel creabile eſt) ipſe eſt maior cum æqualitate re-

ſpicit opera trinitatis adintra. Nam qualis pater talis filius, talis ſpiritus ſanctus, in quibus nihil eſt prius, aut poſterius, maius, aut minus, ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & cœquales, cum minoritate Deus non eſt Deus, quia ipſe eſt maioritas infinita & æterna, nam aliàs vnum oppoſitum eſſet aliud, quod eſt impoſſibile, ob id Deo competit maiorificare, tamen cum minoritate factus eſt homo, quia exinaniuit vſque ad mortem, formam ſerui accipiens. Ideo filius qui cum æqualitate diuinatis ſimilis eſt patri, cum minoritate humanitatis minor eſt patre. His ſic poſitis dico quod Deus ſecundum quod quid eſt quiditatiuè à ſeipſo præciſe definitur, quod eſt comprehenſiue cognoſci, à nobis definiri poteſt ſecundum quiditatem quod eſt cognoſcere non ſolum in cóceptu quaſi per accidens, quod eſt in attributo, ſed in conceptu per ſe quod eſt cognoſcere ipſum vt ens a ſe, per ſe, & ad ſe. vt bonum magnum &c. Ab aliquibus philoſophis cognitas eſt, vt quid iuxta quiditaté quià vt prima cauſa, primus motor, ab omni homine non præter quiditatem, vt ly quiditas idem eſt, quod eſſeitas in ſe, non vt quiditas eſt eſſeitas talis hoc quoque modo aut eſt quo ad omnia quæ ſunt in Deo comprehenſiuè & finitiue & ſic a ſeipſo, vel quo ad quid ſecundum quiditatem, & hoc dupliciter vel facialiter, & ſic à beatis, vel ænigmatice cum certitudine & ſic à catholicis aut quiditas hæc eſt iuxta quiditatem & ſic vt diximus ab aliquibus philoſophis.

CAPVT VI.

DE quo eſt Deus? *Concupiſcentia. Veritas.*

QVIA hæc regula quæſtionalis de quo, dicit ordinem vnius ad aliud & originationem: ob id eſt notandum quod hæ propoſitiones ſcilicet ex, a de, in, cum, ad, & per ſicut diſtinctæ ſunt nominaliter, ſic & ſecundum conceptum alietatem habent. Nam ex habitudinem cauſalitatis dicit in cauſato, aut intrinſecè, aut extrinſecè. Vnde dicimus quod corpus naturale, eſt ex materia & forma, & ſemper eſt in his poſitiuè in quibus terminus dependentiæ, à quo eſſentialiter diſtinguitur à termino dependentiæ ad quem à, verò dicit originationem & conſubſtantialitatem, & ſic proprie reperitur in diuinis in quibus eſt originatio cum conſubſtantialitate vt filius eſt à patre & ſpiritus ſanctus à patre à filio. Vnde ly à cum dicat originationem, importat realem diſtinctionem perſonarum, & quia originans, non de alia ſubſtãtia originat, quã de ſua, ipſam inefabiliter cõmunicans, ideo ſtat cum conſubſtantialitate. quare omnes tres perſonæ ſunt vnus Deus, vna ſubſtantia prout ſubſtantia dicitur à per ſe eſſendo, & non à ſubſtando, Deus enim alicui accidenti non ſubſtat, ſed eſt à ſe, per ſe. & ad ſe, nõ poſitiuè quia nõ datur ens quod producat, & gignat ſe ipsũ ſed benè negatiuè, effectiuè quia nulla perſona efficitur, ſiue cauſatur, quod negatiuè productiue à ſe eſſe, competit primæ perſonæ ſanctiſſimæ trinitatis præciſe Nam non poſſumus dicere filius eſt à ſe productiuè nega-

tiuè, quia à patre eſt ita & de ſpiritu ſancto ob id eſt ſupra carnem hoc eſt ſupra virtutem carnis. quare Gabriel Mariæ dixit ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Non ex hoc tamẽ ſequitur quod ſpiritus ſanctus pater ſit filij quo ad humanitatem nam ly de non tenetur, materialiter nec ſubſtantialiter ſed poteſtatiue, quia illa caro aſſumpta vno eodemque momento ſegregata fuit à reliqua carne virginis operatione ſpiritus ſancti & animata anima rationali & deitas ei vnita. vnde nõ eſt putandum quod ſit conceptus de ſpiritu ſancto vt proles de ſemine paterno cõcipitur, quia ſic tranſiſſet ſpiritus omnino mutatuſque fuiſſet in carnem ſicut paternum ſemen tranſit in carnem prolis amittens propriam ſpeciem quod etiam ſolo cogitatu eſt abhorrendiſſimum. quandoque cauſam materialem & ſic dicimus quod Chriſtus conceptus eſt de Maria virgine quod eſt ſecundum carnem & quia illa caro per reſurrectionem fuit glorificata. Vnde mors vltra non dominabitur dicitur quod Chriſtus eſt præter carnem hoc eſt præter eſſe naturale carnis quod eſt eſſe corruptibile, licet ab inſtanti conceptionis ob vnionem hipoſtaticam verbi cum carne & anima Chriſtus hoc habuerit, tamen quia voluntarie verbũ diuinũ carnẽ aſſumpſit quod eſt neceſſitate immutabilitatis & nõ coationis vt per carnis mortẽ liberaret hominẽ nõ habuit corpus præter carnẽ, niſi poſt reſurrectionem vt daret intelligere quod non huius vitæ mortalis eſt viuere vita gloriæ, ſed patriæ ob id dicitur qui propter nos homines

& pro

& propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis propter nos homines, quia via mortali vt per mortem à peccatorum nodis ab inferi morſu hominem ſolutum redderet & propter noſtram ſalutem reſurrexit, vt ſicut redemit per mortem ſic daret ſpem ſalutis per reſurrectionem, & loci ſecuritatem, ac vltimum noſtri motus terminum per aſcentionē. Vnde Chriſtus eſt ſecundū carnē, ſupra carnem pręter carnem & propter carnem ſecundum carnē quo ad rem aſſumptam ſupra carnem quo ad modum aſſumendi præter carnem ratione reaſſumptæ ab anima carnis, propter carnem qno ad finem aſſumptæ carnis à verbo, aliquando etiam ly de ſignificat conſubſtantialitatem cum origine, vt filius eſt de ſubſtantia patris. nonnunquam tranſubſtantiationem & conuerſionem, vt cum dicimus corpus Chriſti ſit de pane, quandoque ordinem vt creatura eſt de nihilo. in vero circumceſſionem, quæ eſt ſubſiſtentis in ſubſiſtente realiter diſtinctio, mutua præſentialiter aſſiſtentia, in eadem eſſentia. Vnde cum vna perſona ſit tota in alia perſona, & e contra ſic ait Ambroſius totus in patre filius eſt & totus in verbo pater quia perſona diuina cōſtat ex eſſentia & relatione originis, relatio autem eſt eſſentia vt in fundamento, à quo ſeparari non poteſt, ob id eſſentia nulli eſſe poteſt ſine tali relatione, in eſſentia ergo patris, eſt filiatio cum paternitate, & paternitas cum filiatione vnam & eandem eſſentiam eſſe patris, & filij. ſequitur quod tota perſona patris, eſt in filio, & tota perſona filij eſt in patre non ideo filius eſt pater, & pater eſt fi-

lius, quia ly in non eſt per modum formæ, ſed per intimam inſiſtentiam, quare circumince ſſio vnius perſonæ in alia non preciſe ex vnitate eſſentiæ, quia ſic pater cũ habeat eſſētiã in ſeipſo, ſequeretur quod illo modo eſſet in ſeipſo nec preciſa ratio erit perſonarũ diſtinctio per relatio nes originis, quia origines ſunt alterius & alterius rationis in perſonis diſtinctis, ſequitur quod non eſſent vniformiter in ſeipſis. preciſa ergo ratio eſt vnitas eſſentiæ cum diſtinctione perſonarum vt patet ex difinitione circuminceſſionis quæ ſolum in diuinis habet eſſe, ob conſubſtantialitatem & originem ſic, & cum, propriè in diuinis denotat circuminceſſionem in his verò quæ ſunt citra Deum, denotat ſimultatem aut per ſe, vt homo eſt verè homo quando habet animam cum corpore, vel per accidens vt homo eſt cum filiatione filius cum parernitate pater, vel per aggregationem aſſocialem vt Petrus eſt cum Martino vel aggregationem inſtrumentalem vt homo ſcribit cum penna, ad verò ſignificat additatem vt relatiua ſunt ad aliquid, ſed per, denotat cauſam efficientem, à qua primo fit motus, anteaquam fit aliquid, vt omnia per ipſum facta ſunt, & ſic ly per ipſum eſt commune tribus perſonis in diuinis, quoniam opera trinitatis ad extra ſunt indiuiſa, poteſt capi etiã exemplariter & ſic appropriatur filio, quia eſt exemplare Dei per quod facta ſunt omnia, his ergo ſuppoſitis concluditur quod hæc regula quæſtionalis de quo, ſicut diximus ſupra, habet tres ſpecies ſcilicet de quo eſt, quod eſt à quo eſt, de quo, quæ eſt verè de

rè de quo eſt, & de quo eſt quæ eſt cuius eſt. quod eſt de eſſe abſoluto, de eſſe hoc, & de eſſe poſſeſſiuè. ideo dico ſecundum primam ſpeciem regulæ quæſtionalis quod Deus eſt à ſeipſo, non poſitiuè quia ſic eſſet ante quam non eſſet, ſed benè negatiuè, quia eſſe eſt præiacens omnibus alijs entibus ab eo, per eſſentiam diſtinctis vt diuina bonitas, quæ eſt præiacens omni aliæ bonitati, & ens infinitum enti finito, Vnde actus purus, prima cauſa, eſt à ſe, quia omni alio prior, & ita à ſe eſt, quod non ab alio.

CAPVT VII.

DE quo eſt Deus? *Concupiſcentia.*

EST de ſua bonitate, magnitudine, duratione, poteſtate, ſapientia, voluntate, virtute, veritate & gloria, quæ ſunt vna eſſentia & vnus Deus. *Veritas.*

CAPVT VIII.

CVIVS eſt Deus *Concupiſcentia.*

NVLLIVS ſubiectiuè, omnium citra ipſum cauſa, angelorum ſimilitudo, luciferi ſpeculum ſimilitudinis, hominum imago & ſimilitudo, bonorum malorumvè index bonorum beatificans obiectum. *Veritas.*

CAPVT IX.

QVARE Deus eſt. *Concupiſcentia.*

ET quia regula hæc quæſtionalis quare, habet duas ſpecies, ſcilicet quare, quo ad exi- *Veritas.*

ſtentiam,& quare quo ad agētiam, ideo dico ſecundum primam ſpeciem quod Deus eſt per ſuas rationes eſſētiales, ſcilicet quia habet eſſe per ſe ſubſiſtens cuius agere eſt infinitum,ſubſtantia ab omni accidente denudata, abſoluta independens,& quod tantum poteſt ex ſe ipſo, quantum ipſe eſt.

Concupiſcentia. VNDE hoc:quod hæc ſpecies quare dicitur per exiſtentiam.

Veritas. QVIA quærit de eſſe quiditatiuo, at exiſtentia eſt de quiditate eius, cuius eſt. Ideo dicitur quare per exiſtentiam ideo, vt mea eſt opimo, ſaluo tamen meliori iudicio, exiſtentia non eſt modus intrinſecus Dei, quia eſſe exiſtentiæ immediatiſſime competit diuinæ eſſentiæ.

Concupiſcentia. QVARE eſt Deus per agentiam.

Veritas. QVIA eſt per ſuum finem abſolutum, finis enim infinitus & abſolutus nō eſt ob finem finitum, & reſpectiuū finis finitus, vel vt quo, & reſpectiuus rerum omnium homo eſt, quia ratione ipſius, Deus optimus maximus cuncta creauit, Deus autem infinitus & abſolutus eſt finis, quia hominem gratia cuius,omnia feçerat, creauit vt ſummum bonum intelligeret,intelligendo amarat,amando poſſideret, & poſſidendo frueretur. Deus ergo cuncta fecit propter hominem, & hominem propter ſeipſum.

CAPVT X.

Concupiſcentia. QVANTVS eſt Deus.

Veritas. QVANTITAS, præter ea quæ habuimus, dupliciter dicitur ſcilicet realiter & numera

meraliter. Quantitas accipitur primo modo pro ea, quæ habet menſurare ſubſtantiam ſecundum longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Quæ çorpus dicitur aut ſecundum longitudinem, & latitudinem, quæ eſt ſuperficies, aut ſecundum longitudinem præciſe: quæ linea appellatur & talis continua quantitas eſt, quia partes copulantur ad vnum terminum communem, vt corporis partes ad ſuperficiem, ſuperficiei ad lineam, & lineæ ad punctum, quod non eſt quantum, ſed principium quantitatis, & hoc modo Deus non eſt quantus, niſi ſecundum virtutem, quia in ſubiecto infinito quantitas nequaquam eſſe poteſt, ſicut in æternitate tempus, & motus, non poſſunt habere eſſe. Vnde non eſt vbique mole corporis, ſed præſentia maieſtatis, quare dicitur immenſus, quæ in ipſo quatuor completitur infinitatem, incomprehenſilitatem, incircumſcriptibilitatem & æternitatem, Deus ſi conſideretur in ſe ſic eſt infinitus magnitudinis eius non eſt finis, in comparatione ad noſtrum intellectum, eſt incomprehenſibilis ô altitudo diuitiarum &c. Sed in comparatione ad locum, eſt incircunſcriptibilis. Vnde Ambro. nihil præſcriptum, nihil circunſcriptum, nihil dimenſum trinitas habet Non loco clauditur, non ęſtimatione concluditur, nõ ætate variatur. in comparatione autem ad durationem, eſt æternus. Latitudo in Deo eſt ratione ſuæ charitatis qua nos ab errore reuocat charitate perpetua dilexi te: idcò attraxi te miſerans tui, longitudo verò inquantum eſt patiens, diſſimulat *Hier. 31.*

namque

namque peccata hominum propter peniten-tiam, eſt in eo ſublimitas ſapientiæ, vnde omnem ſenſum ſuperat, omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius, in Deo etiam eſt profundum iuſtitiæ, quare peccatores damnat. Quantitas vero ſecundo modo in Deo eſſe poteſt ratione relatiuorum, ſicut in diuina bonitate, in qua bonificãs cognoſcit ſe eſſe vnum diſtinctum, & cognoſcit bonificatum alterum diſtinctum, ab ipſo, & inuicem bonificans, & bonificatus cognoſcunt bonificare eſſe alterum diſtinctum ab vtroque quapropter tria relata, vel correlatiua neceſſario ſunt in diuina bonitate, & quaternitas eſt impoſſibilis quia ſufficit vnum bonificans & non bonificatum, & vnum bonificatum quod ſit & ſuppoſitum bonificans, & vnum bonificare. Si enim daretur quaternarius numerus deſtrueretur vnitas, & ſingularitas, tres ergo ſunt & non quatuor perſonæ, quia quarta aut eſſet bonificans, & non bonificata, aut bonificata & bonificans, aut bonificare & non bonificans, & ſic eſſet ſuperfluitas ibi quæ mala eſt & contra naturam bonitatis infinitæ. poſita ergo hac hypoteſi dico, quod Deus vt eſt res eſſentiæ vnus eſt, & ſuppono quod Deus ſit ſummum bonum, quia cuius præſentia eſt ſumme bona, & eius abſentia eſt ſumme mala, omne tale eſt neceſſarium. Suppono ſecundo, quod Deus ſit ens infinitum magnum, quia quanto magis res accedit ad eſſe & magis participat de entitate, tanto maior & melior eſt. Suppono tertio quod ſit æternum, quia non eſt ens participatum tunc ſic illud ens eſt ſummè

ſummè bonum, quod eſt ſupra omne bonum, ſed de neceſſitate eſt dare Deum ſumme bonum, ergo ipſe eſt ſupra omne bonum, ſi ergo duo eſſent vel plura ſumma bona, cum ſummo non ſit maius, ergo eſt tantum vnum, ſummum bonum, ergo eſt tantum vnus Deus. Si eſſent plures dij eſſentialiter plura entia infinite magna eſſet dare. Sed hoc eſt impoſſibile, quia infinite magnum, eſt quo non datur nec cogitari poteſt maius & extra infinitum nihil ſit. Item Deus eſt ens æternum, ergo vnus eſt, quia ſumma bonitas infinita magnitudo, & æternitas, poteſtas, ſapientia voluntas, virtus veritas & gloria ſunt vna concordantia & ſumma identitas in Deo, ergo ſi vna ſummæ bonitas, vna infinita magnitudo, ergo vna æternitas, vnum ſummum bonum, vnum infinite magnum. Ergo vnum æternum quod non eſt alia entitas niſi Deus, qui eſt omni perfectione perfectus. vnde impoſſibile eſt plures Deos eſſe quia in quolibet eſſet omnis perfectio & quicquid perfectionis eſſet in vno, eſſet in alio, & ſic in omnibus eſſet vna & ead. perfectio. Si dixerit quis, quod perfectio quæ eſt in vno non eſt in alio, ergo in nullo erit omnis perfectio imo cuilibet deficiet omnis perfectio, ergo in quolibet ponitur omnis perfectio.

QVANTVS eſt Deus prout Deus capitur pro re perſonaliter. *Concupiſcentia.*

DICO quod perſona nihil aliud eſt, niſi intellectualis naturæ incommunicabilis ſubſiſtentia, ſcilicet vt quo eſt & vt quod, quamobrē cum in ſumma bonitate, ſit bonificans & non bonificatum *Veritas.*

ficatum, bonificatum & bonificans, & bonificare bonificatum. ſequitur quod Deus numeraliter perſonaliter eſt tres, vt ternarius ſit circularis & circularis ternarius.

CAPVT XI.

Concupiſcentia.
Veritas.

QVALIS eſt Deus,

QVIA bonitas, magnitudo, duratio, poteſtas, aliæque eſſendi extremitates, in Deo ſunt vna eſſentia ſimpliciſſima quare Deus, qui vnus eſt. Non magis dicitur bonus, quam magnus & & magnus quam æternus, & æternus, quam potens, & potens, quam ſapiens, & ſapiens, quam volens, & volens, quam verus, & verus quam virtuoſus, & virtuoſus, quam glorioſus ideo operando ad intra. Vbi operans, operari, & operatum ſunt idem eſſentialiter, per ſuam bonitatem operatur, quæ eſt magna æterna potens ſapiens, vera, virtuoſa, & glorioſa, ad extra licet eundem, ob bonitatem operetur, quæ eſt magna, æterna, & cæ. Non tamen operans, operari, & operatum ſunt idem eſſentialiter, quia tunc creatura eſſet creator, & finitum eſſet infinitum, quod eſt impoſſibile, tum etiam operari contingens, eſſet neceſſarium, & mere voluntarium quia eſt ſecundum propoſitum agentis operatiui, eſſet naturale ita quod ad verum eſſe, & perfectionē agentis operatiui neceſſario requireretur, & ſic creatura eſſet de eſſentia Dei, quod auris, quæcūque fuerit audire abhorret, ob id Deus ad intra & extra eſt qualis, ſi ergo quæritur qualis eſt Deus in opere

opere trinitatis ad intra, dico, quod eſt talis, quales ſunt ſuæ proprietates, vel rationes conſubſtantiales, & coeſſentiales ſuis actibus, per bonitatem eſt bonus, & perfecte beatus, quæ bonitas eſt ſuamet eſſentia magna, æterna, potens, ſapiens & cæ. quamobrem producit bonum, magnum, æternum, ſapientem, potétem virtuoſum, verum, & glorioſum, quibus excluſis rationibus proprijs & coeſſentialibus Deus non poſſet habere propriuṁ Dei eſſe, neque actus intrinſecos, in̄finitos, & æternos. Itaque Deus non eſſet Deus. Quod falſum, & omnino vniuerſi ſtatui ordinique repugnat. Si autem quæritur qualis eſt Deus in opere trinitatis ad extra, reſpondetur, quod eſt creator, gubernator, redemptor viuificator, glorificator & cæ.

CAPVT XII.

QVANDO eſt Deus?

QVANDO, vt ſupra diximus menſura quædam eſt, & quia triplicem, partim ex naturalibus, codicibus, partim ex ſupranaturali ſcientia durationem inuenimus, ſcilicet æternitatis, æuiternitatis & temporaneam. Illud eſſe quod tranſmutationi non ſubiacet, neque etiam tranſmutationem patitur ſecum, cuiuſmodi Dei eſſeitas eſt: æternum eſt, imo ipſa eſt æternitas. At eſſe illud qnod ex ſe intranſmutabile eſt, & ſecundum ſe, compatiens tamen tranſmutationem aliquam (ſiue ſecundum locum, vt corpora cœleſtia, ſiue ſecundum affectiones vt immateriales ſubſtantiæ, eſt æuiternum id eſt æuo menſuratur, *Concupiſcentia. Veritas.*

quæ

quæ menſura eſt defficiens ab ęternitate,eo quia non eſt menſura penitus immutabilis, ſicut eſt æternitas,cum hoc tamen temporaneam mēſuram nobilitate excedit, ob menſurare rem ex ſe intranſmutabilē tēpus vero rē,qua ex ſe,& ſecūdū ſe eſt tranſmutabilis quare cœli,&ſpiritus,ſecūdum ſuum eſſe,ſunt æuiterni,eſſeque eorū æuo menſuratur,tamen in tempore cœli mouentur, temporaliterque temporalia intelligunt ipſi ſpiritus: quod non eſt intelligendum de intelle-ctione omnium generum ſingulorum, ſed benè ſingulorum omnium generum. Nam non ſunt in ſuperiori intellectiuarum ſubſtantiarum gradu ſicut eſt Deus in vnitate eſſentiæ, & trinitate perſonarum,qui deus vnico intuitu ſingula omnium generum intelligit,nec in infimo intellectualium gradu, ſicut eſt homo qui diſcurſu, & temporis,ſucceſſione, intelligit tamen cum hoc in hac vita omnium generum ſingulorum ſpecies adipiſci minime poteſt, ſicut angelus qui nō ſolum ſpecies omnium generum ſingulorum ſed etiam ſingulorum omnium generum. Ob id temporaliter temporalia intelligit omnia ſingulorum genera, Deus autem ſingula omnium generum vnico intuitu ſolum tamen hoc in hoc diſcurſu concipit.

Quibus his poſitis dico quod Deus eſt in quando æternitatis, quia Deus eſt æternus, imo ipſa æternitas nam ipſe eſt à quo omne aliud,& qui a nullo. Ens æternum habens actum æternum non poteſt, in quando æuiternitatis, quia tunc eſſet anteaquam non eſſet, nec in quando temporalitatis,

tatis, vt ex maiori ad minus deduci poteſt, vel Deus eſſet quid poſſibile eſſe, & non eſſe quod ſanæ mentis nemo diceret.

Vbi eſt Deus?

Concupiſcentia. Veritas.

QVIA eſſe in loco contingit tripliciter, ſcilicet circumſcriptiuè quod idem eſt, quod commenſuratiue, & dimenſionaliter, & tale eſt: id cuius partes commenſuratur partibus loci, ita quod totum eſt in toto loco, & vna pars in vna parte loci, & alia pars in alia parte, & nullæ duæ partes extenſiuè & quantitate in eadem parte loci, & hoc modo corpus quantum videlicet eſt in loco, & ratio eſt, quia locus eſt ſuperfices corporis continentis immobile primum At ſi totum eſſet in vna parte, tum pars eſſet ſuperficies adæquatiua totius locati, quare totũ pars eſſet & pars totũ quod eſt falſum. Secũdo modo terminatiuè, vel definitiuè, aliquid eſt in loco, & ſic eſt id, quod realiter eſt in vno vbi, & loco determinato, non natum alibi eſſe indifferenter, ſiue quod ſic certo loco terminatur quia exiſtens in illo nõ eſt aptũ natum eſſe in alio diſtanti ab illo, vel quia definit certum locum, in quo totaliter eſt, quaſi nihil ipſius quin ipſum totum ſit in toto & in qualibet parte totum & hoc modo anima rationalis eſt in corpore, & corpus Chriſti in loco ſpeciei conſecratæ. Vnde corpus Chriſti eſſe ſacramentaliter, intelligitur quod eſt preſens alicui loco, ſub ſigno ſenſibili notanter dixi ſupra non aptum natum, quia ſi corpus & ſpiritus per Dei potẽtiam poſſit applicari ſub diuerſis locis, vt credimus de corpore Chriſti in ſacramento altaris. hoc tamen

men non eſt ſecundum ſuam aptitudinem , quia potentia ſupranaturalis non confert aptitudinem in natura, & ſic aplicare idem corpus in diuerſis locis eſſet reducere in actu id quod erat in aptitudine,quod etiam natura poſſet facere , & ſic natura idem corpus poſſet habere alias & alias vbietates quod eſt impoſſibile.Tertio modo aliquid eſt in loco repletiue , & immenſiuè & ſic illud eſt in loco taliter quod replet omnem locum:itaque non eſt locus, aut non eſt poſſibilis, quem ſua immenſitas non repleat cum hoc eſt in certo loco per indiſtantiam licet non terminetur illo loco:quia ſit ſimul in omni alio loco ſecundum ſuam naturam , & hoc modo præciſè Deus eſt in loco. Ob id Hermeſtrimagiſter Deũ definiens dixit. Deus eſt ſphera intellectualis, cuius centrum eſt vbique & circumferentia nuſquam, quod ly vbique propriè & ſingulariter conuenit Deo & nulli alij,ex parte Dei intelligitur identitas,& totalitas,ex parte verò loci, pluralitas & vniuerſalitas,quia idẽ Deus eſt vbique vniuerſale excluditur , quod ſecundum aliud & aliud ſuppoſitum in omnibus ſingularibus eſt, & quia vbique totus eſt,cuius modi non eſt numerus,qui ſecundum aliam & aliam partem, eſt per condictionem pluralitatis à parte loci excluditur ſpiritus creatus , qui licet poſſit eſſe in pluribus, partibus corporis non tamen in omnibus niſi vt vnitis, at ratione vniuerſalitatis excluditur corpus Chriſti quod vt fides catholica tenet pluribus in locis, in eadem temporis ſimultate eſſe poteſt non tamen in omnibus.Eſſe ergo vbi-

que

que Dei, ſicut hoc ſyncategorema ſemper duplici ter accipi poteſt. aut vt importat præſentialitatem diuinæ immenſitatis, per quam eſt præſens omni eo, quod eſt, ſiue obiectum primarium ſit diuini intellectus, ſiuè ſecundarium quia eſt præſens ſibi, & alij & hoc modo eſſe vbique Dei idem eſt, quod eſſe immenſum, & ſic conuenit Deo æternaliter, aut vt ly vbique cõnotat locum creatum, & rem poſitam in eſſe reali ſubſiſtentiæ propriè, & ſic eſſe vbique conuenit temporaliter. Nam poſitis rebus in eſſe, à Deo, Deus eſt præſens ipſis, ideo Deus eſt vbique hoc eſt aliis à ſe eſſentialiter præſentialiter & potentialiter. Eſſentialiter quia dat eſſe omnibus rebus, eaſque ne in nihilum reducerentur conſeruat. In eſſe præſentialiter: quia omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius. Potentialiter inquantum non eſt impoſſibile apud Deum, omne verbũ. Omnia enim per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. De exiſtentia itaq; in creaturis triplex eſt ſcilicet generalis qua omnes creaturas conſeruat, ſpecialis qua in ſibi complacentes animas in habitat, & ſingularis per quam, naturam humanam in veritate ſuppoſiti aſſumens, præſentia ſibi copulat: ſpecialiter tamẽ, in diuerſis locis aliter & aliter modificatiuè eſt. Nã in cælo eſt vt in loco, in quo dat gloriam, in creaturis generaliter per eſſentiam, potentiã, & præſentiã, in ſanctis præter hæc, eſt per ſanctã habitationẽ, in peccatore pœnitente per miſericordiam, in obſtinato, per iuſtitiam, ſed in vtroque citra condignum.

Qvomodo eſt Deus. *Concupiſcentia.*

Veritas. Devs ſpiritualis ſubſtantia & actus puriſſimus, immenſus, ac infinitus exiſtens: ſicut locum circumſcriptiuè, & dimenſionaliter non occupat, ſic figuratus non eſt: quia lineis terminatiuis clauderetur, quod falſum eſt vt neminem latet. Nam eſſet ſpiritus, & corpus. infinitus & finitus immenſus & menſuratus. Ideo dico, quod Deus eſt ens immenſum, per ſe exiſtens, infinitum, ęternum, aliquo alio extra ſe non indigens. Et hoc ideo quia ſiue coeſſentiales & naturales rationes ſunt eiuſmodi: in eſſentia vnus, in perſonalitate trinus. alia eſt enim perſona patris, alia filij, & alia ſpiritus ſancti. Sed iſtorũ trium ſuppoſitorum vna eſt diuinitas, æqualis gloria & cœterna maieſtas. pater generans, filius, genitus ſpiritus ſanctus à patre & filio productus.

Concupiſcentia. Qvomodo pater generat.

Veritas. Notandvm eſt quod generare de ſui propria ratione eſt ſimilem ſibi in ſubſtantia & natura producere: quod tripliciter eſt. aut per impreſſionem ſuæ ſimilitudinis in alio, & ſic generatur character à ſigillo, lumen à luminoſo, & ſpecies ab obiecto: alio modo per eductionem ſpeciei conſimilis ab alio & ſic generatur elementum ab elemento: tertio modo per productionem ſimilis de ſimili ſiue de ſeipſo. qui modus eſt alijs perfectior & in Deo ſic ſubſtantijs formam nobilem concernentibus reperitur alio tamen & alio modo. Nam generatio in diuinis eſt omnimodè perfectionis ex ſo quod poſito generante ponitur & genitum: licet in alio & alio originis ſigno quæ alietas non tollit cœternitatem

tem generātis & geniti:ita quod faciat quod generans ſit æternū,& genitum non æternū. Sed in his aliis à deo nō eſt huiuſmodi. tum quia ad cōmunicationē formæ ſpecificæ generātis in genito multa tēporis interceſſio requiritur ob naturæ finitæ imperfectionem, quæ vt in vltimam deueniat ab agente intentam formam multas illa imperfectiores tranſit formas. quia natura non facit ſaltum, vnde non imagineris quod præciſe in hoc generatio in diuinis, ab hac quæ citra Deum eſt diſtinguatur quia cum ab vna ad aliam proportio non ſit, conformitas eſſe non poteſt: Sed diſtinctio fuit quantum ad modum, in quo conuenire videntur, ſcilicet in quantum generatio propriè productio eſt viuentis à viuente, quia viuens ratione ſuæ productionis præciſè producitur vt totaliter ſimile & eiuſdem rationis cum producto, quæ in Deo eſt, in ſubſtanctiis nobilem habentibus formam reperitur, vnde licet ſecundum Auguſtinum plenè diſtinguere inter generationem & productionem non ſit poſſibile, tamen ex parte perſonæ genitæ, & perſonæ productæ, generatio à productione impoſſibile non eſt quod diſtinguatur, nam perſona genita & quomodo nata, eſt perſona verò producta quomodo data. quam ob rem illa per modum naturæ, hæc autem per modum voluntatis, ideo filius imago patris dicitur, & non ſpiritus ſanctus quia actus notionalis competens patri, competit & filio ſcilicet ſpirare actiuè. Ideoque pater & filius æqualiter ſpirant ſpiritum ſanctum: & omnino vniformiter quod poteſt intelligi ex parte

g . 3 ſpiratio

ſpirationis actus in ſe, & ex parte ſpirati. Sed comparando actum ſpirandi ad perſonas, non eſt vnimoda vniformitas. quod enim filius ſpirat hoc habet à patre, pater autem habet à ſe, ſeipſo. Sed aduertēdū eſt quo dictio vniformiter excludit ordinē. Vnde hic duplex poteſt attendi ordo, Vnus in perſonis producentibus, qui ordo originis dicitur, & ſic non vniformiter ſpirant pater & filius. Nam in eodem originis ſigno non ſunt, quoniam alius ordo poteſt eſſe in ipſa productione, vel producendo & ſic pater & filius vniformiter ſpirant ſpiritum ſanctum, quia omnino habent illud vnum ſpirandi principium ex eſſentia, & ſpiratione actiua conſtitutum. quibus his dico quod pater, vt aliâs manifeſtum tibi liqui quod pater generat per memoriam fæcundam, hoc eſt per eſſentiam intellectui diuino communicatam, qua Deus pater intelligit ſe eſſe perfectè beatum, & ſuam eſſentiam communicabilem ſibi ſimili & ſic generat filium & quia id quod generat, volens generat, ob id per intellectum principaliter, & per voluntatem concomitanter generat. oppoſito tamen modo eſt in ſpiratione, quia hæc principaliter eſt per voluntatem, concomitanter verò intellectum ita quod pater & filius, quia intelligunt ſeipſos ſummum bonum eſſe & in ſeipſis ſummam concordiam habere amant: quod verò amant intelligunt perſonaliter.

Concupiſcentia. CVM quo eſt Deus.

Veritas. CREDO quæ de hac præpoſitione cum tibi dixerim ſatis notum conſtare. Nam aliquando denotat

denotat conſubſtantialitatem & originem, & ſic propriè reperitur in diuinis, vnde dicimus pater eſt cum filio, quod eſt per circumince ſſionem.

Alio modo denotat aggregationem aſſocialem vt Petrus eſt cum Martino: aliquando aggregationem inſtrumentalem vt homo ſcribit cum penna. Ideo dico primo quod Deus eſt cum ſua bonitate, magnitudine, duratione &c. dico, ſecundo quod accipiẽdo Deum eſſentialiter Deus eſt cum ſeipſo, non eſt indigens alio extra ſe. Sed accipiendo Deum perſonaliter & ſuppoſitaliter ita quod ſupponit pro perſona patris, vel filij vel ſpiritus ſancti, & ſic dicitur quod cum Deo patre, eſt filius, & ſpiritus ſanctus, ſic cum Deo filio, eſt pater, & ſpiritus ſanctus, & cum ſpiritu ſancto, eſt pater & filius. tertio dico quod Deus cum potentia creat, cum ſapiẽtia diſponit omnia ſuauiter, cum bonitate communicat, & ponit res in eſſe cognito, in eſſe reali quod non eſt intelligendum cum potentia ſapientia, & bonitate &c. vt per aggregationem inſtrumenti diſtincti, ſed formaliter cogniti tanquam inſtrumenti diſtincti, ita quod creat per ſuam potentiam, diſponit, per ſuam ſapientiam, & communicat per ſuam bonitatem quæ ſunt vna eſſentia.

De angelo, ac eius natura & proprietatibus.

CAPVT I.

POSTQVAM de ſubſtãtia à ſe, per ſe & ad ſe (quæ Deus eſt) vt noſtræ miſert᷒ ipſe, nos illuminarit viderimus. Supereſt modo de ſubſtantiis abſtractis, ſiue de- *Concupiſcentia.*

 monibus

monibus geniiſue dicere: quia illis ſimillimæ ac eiuſdē in agere ordinatio ad has inferiores, creaturas, mediæ ſunt: vtrū ergo tales ſubſtantiæ ſint?

Veritas. Re in nulla alia, altercatio maior fuit, maior labirinthus, minor opinionum concordia, quàm cum de demonibus aut ſubſtantiis abſtractis ſermocinatio eſt exorta inter philoſophos. Quoniam in aliam partem, rerum incognitarum quo ad nos ignauia trahere ſolet, in aliam affectus varij (quia quot capita, tot ſententias ſapiunt. Ob id cum diſcreptione, ac cum diligētia prima hæc quæſtionalis regula, examinanda tractandaque quo eſt difficilior. Sed aduertendum eſt primò, quod nomen angeli non naturæ, ſed officij eſt: competit enim ipſis ex aduentitia executione alicuius effectus circa has creaturas, ex Dei miniſterio. Vnde tripliciter capi ſolet ſcilicet officiò, dignitate, & natura. Officio angelus dicitur quilibet, ad aliquod implendum miniſterium: à Deo hominibus miſſus & hunc iuxta modum angeli nomen ſpiritibus, hominibuſue eſt commune, quare Malachi tertio dicitur, ecce ego mitto angelum meum ſcilicet Ioannem Baptiſtam, & merito angelum quia vt dicit Dioniſius infimum ſuperioris ordinis & ſupremum inferioris ordinis, magnam conuenientiam habent in natura, & appellatione: At in eccleſiaſtica hierarchia, primum & ſupremum gradum ſortiuntur ſacerdotes, ob id nomen eorum qui in cœleſti hierarchia infimum habent, eis çonuenit. Nam angeli nuncupantur in cæleſti hierarchia ſpiritus in infimo ordine reſpe-

ctu ſpi

ctu ſpirituum ſupernorum. At Ioannes ſacerdotis filius, vel ſacerdos, ſaltem authoritate, & poteſtate fuit. Idcirco angelus, vel quia corpore caſtus, mente ſanctus, cunctis, tum in naturæ lege, ſcriptæ & gratiæ, celſior gratia ſublimior, de Chriſti aduentu certior, quia digito demonſtrauit. Ideo non arundinem, ventis agitatam, non adulatorem, ſed in deſerto vocem clamitantem venturi Domini eundem ipſe & veritas appellarunt. Chriſtus etiam magni conſilij angelus dicitur. Vnde in canone habetur, Iube hæc perferri per manus ſancti angeli tui. hoc eſt meritis, & præcibus Chriſti filij tui, qui ad nos redimendos, à cœlis ad terram ſecundum carnẽ miſſus eſt: modò glorioſus eſt in cœlis pontifex & aduocatus noſter & continuè vultui Dei pro nobis ad interpellãdum apparet. Dignitate angelus eſt ſacerdos ipſe cõſecrans corpus Chriſti. quare Malachi ſecundo dicitur labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituum eſt. At angelus natura de quo hic quæſtio fit non propriè angelus nuncupatur ſed ſpiritus, vel immaterialis ſubſtantia, aut mens & vt inquit Damma. ſubſtantia incorporea, intellectualis, ſemper mobilis arbitrio libera Deo miniſtrans, gratia non natura ſuſcipiens immortalitatem quem neceſſariò dari indefectibilitas cœli motus, demonſtrat: perfectio cœli expoſtulat: ac earundem analogia id idem indicat, & fides noſtra teſtatur. Quod indefectibilitas cœli motus hoc demonſtrat, patet, quoniam omnis motus in ſe

indeficiens eſt à motore, qui non mouetur, nec per ſe, nec per accidens, at in cœlo ſunt plures motus differentes, ergo & plures motores oportet illis adeſſe. Corpus nō mouet niſi motum ab aliquo, quod probatur de motus ratione, motor autem incorporeus corpori iunctus per informationem, per accidens ad motum corporis mouetur ſicut patet de anima. Sed in corporibus cæleſtibus neceſſe eſt eſſe motores corporis, & motus expertes: & quia ex illis motoribus & corporibus mobilibus non fit quid per ſe, ſed per accidens. Nam per aſſiſtentiam iuncti ſunt cum illis. ergo illi motus ab aliquo intellectu ſunt: quamobrem conſtat eſſe ſubſtantias ſeparatas, ſaltem numero cœlorum pares. Vnde indeficiens eſt motus, ergo indeficiēs & motor, quia dependens tale non poteſt eſſe, niſi ſuum independens non ſit tale. Non tamen ex hoc, quia motus cœli eſt ab extrinſeco, ſcilicet ab intelligentia, ſequitur quod non ſit naturalis: quia ſufficit quod paſſum ſit naturaliter applicabile tali formæ, & motorj hoc eſt inclinetur ad eiuſmodi motum. Vnde illa propoſitio, de motu extrinſeco, qui violenti rationem ſortitur, intelligitur de motu ad quem paſſum, non inclinatur perfectio vniuerſi, etiam ſubſtantias abſtractas dari expoſcit. eo quod cum Deus ſit cauſa rerum per intellectum, & voluntatem: ad vniuerſi perfectionem requiritur, vt quædam intellectuales ſubſtantiæ ſint, omnis tunc perfectio cauſæ, in ſuo effectu perfectè reſplendet, dum effectus id à cauſa participat, per quod cauſa effectum producit. Intellectua

lectuales verò ſubſtantiæ incorporeæ ſunt,intelligere non eſt materialis virtutis, aut corporis, quoniam eſt per abſtractionem à conditionibus materialibus. ſcilicet hîc, & nunc: quæ re: eſt magis immaterialis ex qua natura eſt magis intelligibilis,& per cõſequẽs, magis participatiua de ratione ſuæ cauſæ, quæ eſt intellectus, & voluntas Dei. Ideo creaturarum analogia luce clarius ipſas eſſe nobis indicat, quoniam eſt res, purè corporalis, eſt res media ſcilicet corporalis & ſpiritualis, ergo & res purè ſpiritualis, quia dato medio, & vno extremo neceſſe eſt, & dari aliud extremũ,id eſt quod alterius extremi naturam non ſapit. quæ res purè ſpiritualis oportet quod ſit, alia à Deo, tum ob agere Dei, tum ob congruentiam hominis ad finem ipſius. Agere ordinarium Dei eſt ad modum rei,circa quam eſt ipſum agere ordinatum. At res ad quam agere eſt ordinatum ſunt finitæ, ergo mediantibus cauſis finitis cum quibus, ipſa cauſa prima agit, & ſine his agere non prohibetur. Congruum eſt etiam imbecilli,erranti & ignoranti,dare robur, cuſtodiam particularem, & doctorem: ratione finis ſui eſſe. Sed homo eſt huiuſmodi, ergo ipſi congruum eſt: vt haberet robur, cuſtodem, & doctorem. qui eſt angelus,& ſubſtãtiæ abſtractæ, ergo ſubſtantiæ immateriales. ſunt. Item ſi non eſſent magis Deo ſimilis, non reperiretur in natura, & ſic daretur minus & non daretur maius, quod impoſſibilitatem implicat, quoniam ſi vnum relatiuorum eſt, in natura expedit neceſſariò, vt ſit & reliquum. Homo qui minus ſimilis Deo

indeficiens eſt à motore, qui non mouetur, nec per ſe, nec per accidens, at in cœlo ſunt plures motus differentes, ergo & plures motores oportet illis adeſſe. Corpus nõ mouet niſi motum ab aliquo, quod probatur de motus ratione, motor autem incorporeus corpori iunctus per informationem, per accidens ad motum corporis mouetur ſicut patet de anima. Sed in corporibus cæleſtibus neceſſe eſt eſſe motores corporis, & motus expertes: & quia ex illis motoribus & corporibus mobilibus non fit quid per ſe, ſed per accidens. Nam per aſſiſtentiam iuncti ſunt cum illis. ergo illi motus ab aliquo intellectu ſunt: quamobrem conſtat eſſe ſubſtantias ſeparatas, ſaltem numero cœlorum pares. Vnde indeficiens eſt motus, ergo indeficiẽs & motor, quia dependens tale non poteſt eſſe, niſi ſuum independens non ſit tale. Non tamen ex hoc, quia motus cœli eſt ab extrinſeco, ſcilicet ab intelligentia, ſequitur quod non ſit naturalis: quia ſufficit quod paſſum ſit naturaliter applicabile tali formæ, & motorj hoc eſt inclinetur ad eiuſmodi motum. Vnde illa propoſitio, de motu extrinſeco, qui violenti rationem ſortitur, intelligitur de motu ad quem paſſum, non inclinatur perfectio vniuerſi, etiam ſubſtantias abſtractas dari expoſcit. eo quod cum Deus ſit cauſa rerum per intellectum, & voluntatem: ad vniuerſi perfectionem requiritur, vt quædam intellectuales ſubſtantiæ ſint, omnis tunc perfectio cauſæ, in ſuo effectu perfectè reſplendet, dum effectus id à cauſa participat, per quod cauſa effectum producit. Intellectua

lectuales verò ſubſtantiæ incorporeæ ſunt, intelligere non eſt materialis virtutis, aut corporis, quoniam eſt per abſtractionem à conditionibus materialibus. ſcilicet hîc, & nunc: quæ res eſt magis immaterialis ex qua natura eſt magis intelligibilis, & per cõſequẽs, magis participatiua de ratione ſuæ cauſæ, quæ eſt intellectus, & voluntas Dei. Ideo creaturarum analogia luce clarius ipſas eſſe nobis indicat, quoniam eſt res, purè corporalis, eſt res media ſcilicet corporalis & ſpiritualis, ergo & res purè ſpiritualis, quia dato medio, & vno extremo neceſſe eſt, & dari aliud extremũ, id eſt quod alterius extremi naturam non ſapit. quæ res purè ſpiritualis oportet quod ſit, alia à Deo, tum ob agere Dei, tum ob congruentiam hominis ad finem ipſius. Agere ordinarium Dei eſt ad modum rei, circa quam eſt ipſum agere ordinatum. At res ad quam agere eſt ordinatum ſunt finitæ, ergo mediantibus cauſis finitis cum quibus, ipſa cauſa prima agit, & ſine his agere non prohibetur. Congruum eſt etiam imbecilli, erranti & ignoranti, dare robur, cuſtodiam particularem, & doctorem: ratione finis ſui eſſe. Sed homo eſt huiuſmodi, ergo ipſi congruum eſt: vt haberet robur, cuſtodem, & doctorem. qui eſt angelus, & ſubſtãtiæ abſtractæ, ergo ſubſtantiæ immateriales. ſunt. Item ſi non eſſent magis Deo ſimilis, non reperiretur in natura, & ſic daretur minus & non daretur maius, quod impoſſibilitatem implicat, quoniam ſi vnum relatiuorum eſt, in natura expedit neceſſariò, vt ſit & reliquum. Homo qui minus ſimilis Deo

Deo eſt. Ergo & angelus: in natura eſt compoſitum ex intellectuali, & ſenſuali; ergo & eſſeitas compoſita ex intellectuali & intellectuali, vt expoſitiuo & priuatiuo, aliter ſcala differentiæ & concordantiæ eſſet inanis & vacua. Nam eſt differentia ſenſualis & ſenſualis, ſicut & concordantia ſenſualis & intellectualis. ergo intellectualis & intellectualis, quapropter fides noſtra cuius minimus apex & authoritas omni naturali ac gentilium ratione maior & certior eſt, ſicut maius infinitum finito, verum apparenti, & Deus homine, (omnis enim homo ex ſe loquens mendax eſt) ſubſtantias abſtractas eſſe teſtatur. Nam homines cuſtodiunt, impedimenta boni, occaſiones mali, & actiones peccandi remouendo. Vnde exo. 23. dicitur mittam angelum præcurſorem qui eiiciat Iebuſeum eorundem tentationes mitigant, vt angelus domini deſcendit in fornacem, contra viſibiles Hoſtes pugnis interſunt adiuuantque. Vnde 4. regum Heliſeus vidit angelorum caſtra, orationes elemoſinaſque noſtras Deo præſentant, hilariterque vt fideles nuntij, offerunt: pro nobis orare minime deſinunt. Tob. 12. quando orabas cum lachrimis &c. viamque ſalutarem oſtendere nituntur. Tob. 5. ego ſanum ducam, & reducam &c. quæue agenda ſunt docent. Zacha. 2. de angelo qui de febris inſtruxit eum, ſeipſum aliaque ſecreta reuelant Tob. 12. Ego ſum Raphael angelus. à peccatis omni ſtudio hominem eccitant & remouēt actu. 22 ſurge velociter: ad feruorem boni operis, coarctant 1. reg. 19. ſurge comede, grādis tibi reſtat, via conſolant.

Dani. 3.

ſolant. Tob.5. forti animo eſto in proximo eſt vt à Deo cureris. De peccatis increpant vt increpatione ad bonum moueant, Iud.2. dixit angelus Dei populo Iſrael cur contra Deum feciſtis. Contrarias poteſtates arcent. Vnde angelus Tob. 8. Aſmodeum ligauit.

QVID eſt angelus in ſe, vel ſubſtantia abſtracta? *Concupiſcentia.*

EST natura intellectualis, cuius proprium eſt motum dirigere in proprium finem. *Veritas.*

QVO tu progrederis neſcio? Nam ex hac tua Angeli diſcriptione duo oriuntur dubia, ſcilicet quod angelus non ſit compoſitus ex materia, & forma: cuius oppoſitum tenet Auguſt. ſuper gen. dicens angeli ſunt animalia corpore aeria, item diuus Greg. in quadam homelia hoc idem aſſerit vocans Angelum rationale animal & ſanctus Ber. in home. ſexta ſuper cantica canti. liquet inquit omnem ſpiritum creatum, corporeo prorſus indigere ſolatio. ergo habent corpora naturaliter ſibi vnita, ergo ſunt cõpoſiti ex materia; & forma, per conſequens non intellectuales naturæ. Vnde Auguſt. confe 12. ſubdit quod omne mutabile informitatem, quandam inſinuat qua forma capitur. Angeli autem ſunt mutabiles, ergo habent aliquam informitatem, Sed omne informe quod aptum eſt recipere formam: eſt materia igitur Boe. de tri. quinto. Non in aliam partem ſuam confert opinionem ſic aiens: nihil quod eſt mera forma poteſt accidentibus ſubiici. Angeli recipiunt accidentia, illiſque ſubiiciuntur: puta intellectionibus, volitionibus, quare quis negauerit *Concupiſcentia.*

rit in ipſis eſſe materiam, ſecundum motiuum eſt quia ſi proprium Angeli eſt dirigere motum in proprium finem. ergo in ipſis non idem eſt intellectus, intellectio, & intellectum, tum quia motus diſtinguitur ab eo cuius eſt motus, ſic & finis, à motu & à natura illius quod mouetur item vnum ſequitur inconueniens quod natura eſſet proprietas nam ſi proprium ipſius eſt dirigere, dirigere eſt à natura ergo &c.

Veritas. PRO euacuatione harum difficultatum, eſt notãdum primo quod triplex eſt intellectus, ſcilicet ſolus, purus, & nudus. Intellectus ſolus, ille eſt, qui ad omne ens vniuerſale ſe habet: ſicut actus totius entis, & talis eſt intellectus diuinus, qui eſt Dei eſſentia, in qua originaliter & virtualiter totum ens præxiſtit, ſicut in prima cauſa, ideoque intellectus diuinus non eſt in potentia. Sed eſt actus purus, vel intellectus ſolus dicitur quia ſolum ſeipſum intelligit, comprehenſiuè, vel quia intelligere ſuum ſolum eſt producere res reales, vel quia intelligendo ſe omnia quæ ſunt & poſſunt eſſe, & ad diuinũ operari non repugnãt & producere poteſt. Nullus autem intellectus creatus poteſt ſe habere vt actus, reſpectu totius entis vniuerſalis, quia ſic oporteret quod eſſet ens infinitũ, ob id omnis intellect' creatus, per hoc ipſum quod eſt non eſt actus omnium intelligibilium. Sed comparatur ad ipſa intelligibilia ſicut potentia ad actum, quæ dupliciter ſe habet ad ipſum: aut vt ſemper perfecta per actum cuiuſmodi corporum cœleſtium materia eſt, aut vt potentia quæ non ſemper eſt in actu, & per

& perfecta. Sed de potentia tendit, proceditque in actum, vt materia hæc, ſcilicet generabilium & corruptibilium. Sed intellectus purus ille eſt,, qui ſemper eſt in actu ſuorum intelligibilium, ob propinquitatē ad primum intellectum, & ſic eſt intellectus angeli, vel angelicus, qui purus dicitur, in comparatione ad compoſitionem materiæ, & formæ, aut ad dependentiam, materiæ ſubiectiuam, & obiectiuam: non autem ad compoſitionem actus & potentiæ, quia hoc modo angelus non eſt actus purus, ſed eſſeitas compoſita: nam ex poſitiuo & priuatiuo componitur inquantum conſideratur per comparationem ad ſuum principium, ſcilicet ex ipſa natura vt ex poſitiuo & eius dependentia, vt ex priuatiuo quatenus eſt dependens caret aliqua perfectione, quia nullum tale eſt ſimpliciter perfectum. In ordine etiā ad ſuum effectū ex natura & operatione componitur, inquantum autem eſt ens in genere, in ipſo ex genere & differentia logice, ut ex actu & potētia methaphiſicè eſt compoſito, & ſi conſideratur ſecundum quod eſt ens in ſubſtantiale ex eſſentia & exiſtentia componitur, quo verò ad eſſe perſonale ex quiditate & differentia indiuiduali in eo eſt cōpoſitio, intellectus autem nudus eſt infimus in ordine intellectum maximeque remotus à perfectione diuini intellectus & huiuſmodi eſt intelllectus humanus: qui eſt in potentia ad intelligibilia ſubiectiue obiectiueque ad materiam dependens. Ergo in principio eſt tanquam tabula raſa, in qua nihil eſt ſcriptum, depingibilis eſt virtutibus,

bus, & ſcientijs. Vnde in principio ſumus intelligentes in potentia, poſtmodum efficimur intelligentes in actu.

Notandum eſt ſecundo quod materia capitur, tripliciter, aut pro principio indiuiduali, quo res eſt hoc aliquid, & incommunicabiliter exiſtens vt quo & vt quod, & ſic hecceitas & differentia indiuidualis, materia vocatur. vnde Ariſto. ait cum dico cœlum dico formam cum vero dico hoc cœlum dico materiam. Secundo modo dicitur materia eſſeitas receptiua formæ quantitatiuè extenſa, qua hominem groſſum materialem appellitamus. Sed tertio modo accipitur materia pro principio potentiali ſubſtantialiter conſtitutiuo, cum forma, quæ ſept. Metha. ſic à Philo. definitur. Materia eſt ex qua cum aliquo, fit aliquid cum inſit, & hoc modo in quibus eſt compoſitio aliqua, in his eſt materia, quia ſemper in compoſitione ad minus ſunt duo, quorum vnum eſt per ſe potentia reſpectu alterius: & aliud eſt per ſe actus. qua de re materia, vt eſſeitas per ſe potentialis, ſubiicitur formæ, quæ eſt actus, tripliciter aut vt quãtitatiuè extenſa, & per abiectionem alterius formæ, & huiuſmodi eſt in corporibus inferioribus, ſcilicet generabilibus & corruptibilibus in quibus eſt ſubiectũ trãſmutationis ad formas ſubſtãtiales & accidentales & eſt principiũ, quo res poteſt eſſe, & non eſſe, quia eſt potentia, quæ non ſemper eſt in actu, per vnam formam. Sed tendit in actum vt per abiectionem vnius actus formalis, & acquiſitionem alterius perpetuetur in actu generico. Vnde

2. de cœl. cap. 25.

Ariſt.

Ariſt. primo de gener. & corrup. dicit generatio vnius eſt corruptio alterius aut ſubiicitur formæ quantitate extenſa : ſed non contrarietati: eo quod illa forma reddit eam perfectam, ſatiatque appetitum ipſius & ſic eſt in corporibus cæleſtibus in quibus non eſt ſubiectum tranſmutationis ad formas ſubſtantiales. Sed benè ſecundum ſitum, & ad aliquas formas accidentales. Puta illuminationes & obtenebrationes, aut verò eſt ſubſtans formæ non quantitati, nec contrarietati ſubiecta, & ſic eſt in ſpiritualibus, in quibus materia non eſt tranſmutabilis ſubſtantialiter, neque ſecundum ſitum ſed benè ſecundum formas accidentales : puta ſecundum intellectiones & volitiones. Ideo materia ob a-tatem formarum eſt in proximam remotam, & imo primam diſtinguibilis vna & eadem exiſtens omnium rerum citra Deum : non identita- numerica : Sed in ratione communi entis li-itati. Materia, ergo dicitur proxima prout eſt biecta quantitati, & contrarietati, & ſic eſt in neralibus & corruptibilibus corporib⁹ remota quantũ ſubiicitur quãtitati, ſed nõ cõtrarietati, ſic eſt in corporibus cœleſtibus primo prima citur : ipſa eſſeitas limitata in ſubſtantiis abactis, in quibus ſecundum ſe conſideratur per notionem omnium formarum & diſpoſitiom ad formas, ita quod eſt nuda eſſentia mate- coniuncta actui : ex quibus vt ex per ſe potia & ex per ſe actu, ſunt ipſæ ſubſtantiæ abctæ. Et ſic materia dat fulcimentum tali for-, ſub ratione entis & mobilis accidentaliter,

ſcilicet ad intellectiones & volitiones in aliis verò ſub ratione mobilis vel ad ſitum, & ad formas accidentales: vt eſt in corporibus cœleſtibus ſubſtantialiter, & accidentaliter in corporibus inferioribus.

Quibus his poſitis dico quod in Angelis non eſt compoſitio ex partibus quantitatiuis, ſicut eſt corpus humanum ex diuerſis membris. tamen non ſunt omnino ex hoc ſimplices: quin in ipſis ſit compoſitio ex materia primo prima. Primum patet quia omne tale eſt in loco circumſcriptiue & dimenſionaliter. Sed angelus non poteſt eſſe in loco circumſcriptiue, vt dicemus de vbi angeli. Quod enim eſt compoſitum ex partibus quantitatiuis occupat locum. Sed angeli non occupāt locum quia vt legitur Lucæ 8. in quodam obſeſſo erat demonum legio, quæ ſecúdum Vegetium Flaccum de re mili. eſt contentiua ſex millia ſexcenta ſexaginta ſex. Vnde ſi locum occuparent quomodo eſſet poſſibile vnum corpus tantæ multitudinis eſſe locum. Secundum etiam patet per Auguſti. contra Mani. exponendo illud geneſis. In principio Deus creauit cœlum & terram id eſt quandam materiam informem ſiue quoddam chaos ex qua materia factum eſt cœlum, facta eſt terra, facti ſunt angeli. item idem confeſſionum lib. 12. dicit quod omne mutabile informitatem quandam inſinuat, qua formatur. Sed angeli ſunt mutabiles. ergo habent aliquam informitatem. Sed omne informe, & aptum recipere formam eſt materia ergo hoc habetur per Bœtium de tri. lib. 5. vbi ait nihil quod

quod eſt mera forma poteſt accidentibus ſubijci & quia forma non recipit accidentia,ſed ipſa recipit materia ſubiecta. Angeli autem recipiunt accidentia ſcilicet intellectiones, & volitiones: ergo ſunt entitates compoſitæ ex materia & forma. Non tamen ex hoc ſequitur quod non ſint ſubſtantiæ intellectuales & intellectus puri, Materiale enim prout eſt principium quo res eſt hoc aliquid & eſt quantitate extenſa, impedit intellectionem:non autem vt eſt principium potentiale conſtitutiuum ſubſtantialiter rem cum forma. Ad id quod dicit Auguſti. ſuper geneſum quod angeli ſunt animalia corpore aeria & Grego. necnon Beatus Bernardus ſuper cantica. canti. vnus dicens eſſe animalia rationalia & aliàs corporeo indigere ſolatio &per conſequens eſſe materiales materia quantitate extenſa quæ intellectiuum impedit dico. quod habere corpus poteſt, intelligi tripliciter, ſcilicet naturaliter vnitum, & tanquam per ſe potentiam, & ſic eſt homo:ſecundo modo inuite inſeparabiliter alligatum quemadmodum demonia habent ignem & corpora in quibus torquentur:tertio modo voluntarie aſſumptum vt in angelis in quibus duplex vis eſt : ſcilicet contemplatiua per quam Deum intuentur, & in ipſum conuertuntur & adminiſtratiua, ſecundum quam ad nos condeſcendunt. Angeli non ſibi corpora naturaliter vnita habentes nec inuite inſeparabiliter alligata. Nam ſubſtantia creata corpori non vnita perfectior eſt illa, quæ corpori vnita eſt, quia Deo ſimilior,ipſiq; vicinior,ac magis propinqua,

imo quia in vno corpore multi ſpiritus angelici habitare poſsűt ſicut de legione demonũ Math eű legimus quod nõ eſſet ſi corpora naturaliter ſibi vnita haberent, multitudo corporum tam vnum modicum corpus ſubintrare nequiunt. Sed ſecundum vim adminiſtratiuam corpora ſibi voluntariè vnita conuenit habere quia hoc exigit indigẽtia noſtra, vt illi inuiſibiles in propria natura viſibiles ad nos confortandos fiant. non aliter quam ij ſunt ad quos eſt miniſterium, quia finis imponit neceſſitatem his, quæ ſunt ad finem. Sed finis miniſtrationis angelicæ eſt confortare, illuminare & roborare hominem: quod eſt per effigiem ſibi ſimilem. Auguſt. ergo loquitur ibi recitans opinionem platonicorum Gregorius vero vocat angelum rationalè animal per ſimilitudinem & apparentiam quia apparet in ſpecie humana, beatus Berna. de indigentia quo ad nos rumpit verba, non autem propter ſeipſos ideo non ſequitur quod habeant corpora naturaliter ſibi vnita: & per conſequens ſunt ſubſtantiæ compoſitæ ex materia quantitate extenſa & ex partibus quantitatiuis.

Ad ſecundum dubiũ dico quod nec in angelo nec in aliqua creatura virtus, vel potẽtia operatiua: eſt idẽ quod ſua eſſentia, quod patet quia cum potentia dicatur ad actũ neceſſe eſt, quod ſecundum diuerſitatem actuum, ſit diuerſitas potentiarum, viriumque operatiuarum. Vnde ob id dicitur quod proprius actus correſpondet propriæ potentiæ, At in omni creato eſſentia diſtinguitur à ſuo eſſe, & ad ipſum comparatur, vt potentia ad

tia ad actum, actus autem ad quem comparatur potentia operatiua eſt operatio. In angelo non idem eſt intelligere, & eſſe quia tunc illa eſſentia eſſet infinita, tam intenſiuè, quam extenſiuè, quia intellectus angeli poteſt intelligere infinita cum ens ſit eius obiectum adæquatum. propoſitio illa, ſcilicet quod in abſtractis à materia idem eſt intellectus &c. valet de prima ſubſtantia, & primo intellectu qui dicitur ſolus, non autẽ de quauis alia ſubſtantia, abſtracta cũ ſint finitæ & creatæ vt dicemus ſuo loco. proprietas rei eſt duplex, ſcilicet pullulãs à natura eadem realiter cum natura, & conuertibilis cum natura, & hoc modo non eſt proprium angeli dirigere motum in proprium finem, ſed motus in proprium finem eſt proprietas angeli. alia verò eſt proprietas appropriata natura & talis proprietas eſt ipſa natura, cuius eſſe eſt dirigere motum. vnde non ſequitur quod natura eſſet proprietas: nam primo modo accidens, ſecundo modo eſt ſubſtantia.

CAPVT II.

QVID habet Angelus in ſe? *Concupiſcentia.*

SVAE, principia eſſeitatis adæquata, ſcilicet bonitatem, magnitudinem, durationem, poteſtatem, ſapientiam, voluntatem, maioritatem, minoritatem, æqualitatem, gloriam, principium, medium, finem, differentiam, & concordantiam: quibus eius eſſentia ſubſtentatur, ſine contrarietate. vnde non poteſt aliter ſe habere. bo- *Veritas.*

 nitas

nitas Angeli eſt ei ratio quod agat bonum, Sed inquantum talis ratio eſt magna, eſt ei ratio quod agat magnum, bonum, vt verò eſt durabilis eſt ipſi ratio vt agat bonum durabile: veruntamen agere Angeli non eſt productiuum alium Angelum: quia ſi ſic euacuaret ſe ratione ſuæ finitatis, nouitatis, & indiuiſibilitatis quas à longitudine, & latitudine remotas habet.

Concupiſcentia. SI bonitas in angelo eſt principium eſſendi ſuæ naturæ. Ergo omnes angeli à primo inſtanti creationis fuerunt boni. Ergo non potuerunt aliquî eſſe miſeri, conſequentia patet quia cuius principium eſſentiale, & adæquatum eſt tale, ipſum eſt tale & non aliter poſſibile, quam non ſit tale omnis operatio conueniens rei à primo inſtanti ſui eſſe, eſt ad modum prîncipij ſui eſſe. antecedens probatur quia bonitas eſt ratio qua bonum agit bonum.

Veritas. EST aduertendum à te ne terminus iſte, ſcilicet bonitas multiplex & æquiuocus exiſtens, tui ſit, ſicut aliorum erroris cauſa fuit. triplex eſt in angelis, ſcilicet naturæ, gratiæ, & gloriæ. Bonitas naturæ eſt, quæ conuenit ipſis in quantum ſunt ens poſitiuum, iuxta ſuæ entitatis gradum: ſecundum quam melior res, quæ eſſentialiter eſt perfectior: hancue per creationis beneficium habuerunt. & huiuſmodi angeli in primo inſtanti creationis fuerunt boni ſcilicet ſine vitio & innocentes, quare poterant peccare, & non peccare quia cuncta quæ Deus fecit erant valde bona: perfecti etiam ſecundum tempus, in tali inſtanti dici poterant. Nam quicquid

tem

tempus requirebat, temporique conueniebat habuerunt, Vnde ſtare poterant, & cadere poterant cognoueruntque quod facti erant, à quo facti erant, & cum quo facti erant ideo boni, & mali aliqualem cognitionem eos habuiſſe quis non aſſererit, naturalemque dilectionem, qua Deum ſeque diligebant, per quam tamen non merebantur. At bonitas gratuita eſt quæ conuenit actui, & operationi eorum inquantum eliciunt aliquid virtuoſe & conformiter principio merendi quod gratia eſt, quæ in ſuo creationis primordio ipſis non fuit collata. Nam ſic omnes perfeciſſent ad meritum vitæ, præditique eſſent virtutibus propterea quis, ex his in culpam non irruiſſet, ſed æquanimiter bene vellent, efficaciter operarent, & in bono perſeuerarent. Bonitas gloriæ eſt qua natura angelica eſt perfecta ſecundum naturam, ita quod habet quicquid debitum eſt, & expedit ſuæ naturæ: quæ meritoria quædam, præmiatoria alia eſt: meritoria dicitur illa cuius eſſe, eſt conſiſtens in viſione & delectatione Dei, quam bonitate gratiæ in conuerſione & liberi arbitrij neceſſaria adhæſione habuerunt: præmiatoria verò in clara Dei viſione & fruitione periodaliter ſtat. hancue in confirmatione ſunt conſecuti, tunc enim perfectum vniuerſaliter, & ſummè cui nihil deeſt, nunquam quid defuit, & à quo vniuerſa proueniunt intellexerunt: intelligendo amarunt, amando poſſiderunt, & poſſidendo fruiti ſunt. His ergo poſitis dico. quod Angeli in primordio creationis fuerunt boni naturali bonitate, & ſic conce-

do quod non potuerunt eſſe miſeri vt ly poſſe æquipollet eſſe, non aut vt æquipollet neceſſe eſſe, quia cum in illo primordio libero pollerent arbitrio, poterant elicere volitionem aliquam, & non neceſſario rectam, & ſic volitionem peruerſam, ſicut de facto mali in ſecunda morula habuerint. Vnde omnes angelos creatos eſſe, ſcilicet ſine vitio, iuſtoſque fuiſſe, hoc eſt innocentes. Sed non iuſtos, ſcilicet virtutum exercitium habentes ac virtutibus præditos aſſerimus.

Concupiſcentia. QVID eſt magnitudo in angelo?

Veritas. EST ratio quod bonitas, & duratio illius ſint magnæ, non ſecundum longum, amplum vel profundum, ſed virtualiter. quia non eſt de natura corporali, nec habet figuram circularem, quadrangularem, aut triangularem, quoniam ſicut à corporea ſuperficie eſt ſeparatus quod corpus, aut virtus corporis non eſt. Ita à longo, amplo, & profundo, contrarietatéque naturali, à duritie mollitie, calore, humiditate, frigiditate, & ſiccitate, eſt ſecluſus ac à leuitate, & ponderoſitate, vegetatione, ſenſu, ſenſualique imaginatione eſt remotus.

Concupiſcentia. QVID eſt duratio in Angelo?

Veritas. EST æuum quo ipſe durat, ſine ſucceſſione, ſicut tempus ipſum quod quandoque dicitur duratio intrinſeca rei ſucceſſiue, & ſic in quolibet motu, eſt ſuum tempus. aliquando autem duratio menſuratiua rei ſucceſſiuæ, & ſic eſt vnum tempus tantum, quod eſt in primo mobili, Sic de

æuo

æuo quod poteſt dupliciter dici, vel exiſtentia, ſiue duratio intrinſeca æuiterni, & alio modo duratio menſuratiua æuiternorum quæ poteſt eſſe duplex, vel duratio ſimpliciſſima & notior ſimpliciter in genere æuiternorum, vel quæcumque duratio ſimplicior, & notior reſpectu inferioris & minus noti. Quibus his poſitis dico, concluſionaliter, quod ſi æuiternum dicatur duratio ſiue exiſtentia intrinſeca æuiterni non eſt tantum vnum æuum omnium æuiternorum: quia quodlibet æuiternũ ſuam ſortitur durationem, & exiſtentiam: ſed vt æuum eſt menſura ſimpliciſſima, ſic eſt vnum æuum reſpectu omnium æuiternorum, quia eſt vnum præciſe primum æuiternum, in quo eſt æuum menſuratiuum omnium æuiternorum vnum, ſcilicet ſpecie. Ratio enim menſuræ debet attendi ſecundum rationem ſpecificam, ſicut albedo eſt menſura colorum, ſecundum ſuam rationem ſpecificam. Inquantum æua ſunt durationes menſuratiuæ non ſimpliciter ſimplices, plures ſunt reſpectu inferiorum, etiam minus ſimplicium: quia quælibet exiſtentia ſuperioris poteſt dici æuum menſuratiuum, quo ad inferiores operationes. Ergo angeli puta intellectio, volitio, dum manent, habent modum manendi vniformem cum angeli exiſtentia, licet tantam non ſortiantur durationem: æuo menſurantur. Sic & quæcunque exiſtantia actuabilis & inuariabilis, ſcilicet cui repugnat vt ſecundum ipſam ſit variatio ſiue fluxus, vel acquiſitio partis poſt partem. patet quia quæ habent vniformem modum manendi, ſua ſtante manen-

tia, habent menſuram eiuſdem rationis in morando, licet vnum diutius maneat, quàm aliud od id duratio angeli qua ipſe durat æuiternitas eſt:& ſine ſucceſſione. Nam ſua duratio ita eſt in ipſo, quod non habet menſuratum acquirere quid ad ſuum eſſe, quod prius non habebat. Sed ſi intellectus miratur quæ eſt ſuæ ſubſtentationis cauſa, cum potentiæ paſſiuæ nutrimenti non ſint, atque augmenti dicatur quod angelica natura non eſt conſita ex contrariis. Poteſtas angeli eſt ei ratio quod poſſit exiſtere, & agere per correlatiua ſuæ poteſtatis eſſentialia, non vt organa & inſtrumenta, ſed ad inſtrumentorum modum poſſificando. Nam ſi ignis per caliditatem, eius accidens agit, multo potius angelus altioris naturæ per ſuos correlatiuos agit, exiſtitque correlatiua dico intellectum angeli, qui eſt ratio, qua cum ſuo intellectiue eſt intelligens, ſcilicet eſt actiuum intelligendo ſuum intelligibile, in quo alia entia intelligit producitque intellectionem. Poteſtas angeli quia coeſſentialis eſt ſuæ bonitati, magnitudini, durationi & cæteris eſſendi principijs, ipſius, eademque eſſentialiter cum illis exiſtens. quæ ſunt rationes aſſendi angeli. Ideo eſt ratio eſſendi & operandi in ipſo angelo. Nam quandocumque aliqua ſunt eadem eſſentialiter ſi vnum eſt principium conſtituendi, & reliquum. Et quia operatio eſt actus pullulans à natura conſtituta. Ideo quicquid eſt principium primi, eſt principium acceſſorij. Eſt in voluntate volens, Deo fruens, nobis autem cæteriſque ad Dei bonitatem fruendam vt ens.

Dico

Dico in voluntate volens non cum mutabilitate electionis. quod ita eligat hoc, quod & poſſit fugere, vel non eligere, ſtante electione quia non angeli, ſed hominis eſt. Sed immutabiliter vult obiectum ſibi præpoſitum per ſimplicem intuitum intellectus. Et hoc quia vt in cap. de voluntate diximus intellectus in obiectum ſibi proponit ob ſuam ſimplicitatem & virtuoſitatem, non ſolum iuxta quiditatem ſed etiã ſecundum quiditatem penetrat. Ideo quia potentia volitiua eligit immutabiliter, & conformitatis, remanet affixa termino ſuæ electionis, ita quod de libera ſit neceſſaria neceſſitate immutabilitatis, non tamen ex hoc ſequitur quod liberum non habeant arbitrium: quia in omni agente per liberum iudicium eſt libertas, arbitrij, Sed angelus eſt huiuſmodi cum habeat intellectum, & voluntatem. Sed dicitur angeli boni neceſſario volunt bonum, & mali malum libero arbitrio repugnat, neceſſitas. Dico quod angeli boni neceſſario volunt bonum, & mali malum neceſſitate immutabilitatis quæ non repugnat voluntati. Non immutabilitatis omnino immutabiliter. Sed ex ſuppoſitione tantum diuini decreti. Repugnat voluntati neceſſitas coationis. In virtute angelus agit virtuoſe habetque ſuos virtuoſos actus quia habitus, quos à ſuæ creationis inſtanti. infuſos, vel concreatos, aut innatos immobiliter recepit virtuoſi boni, magni, & durabiles ſunt. Ideo habent iuſtè, prudenter & charitatiue agere Deum amando ſupra omnia, nos adiuuando contra peccata, maloſque ange-

los

los denunciationes nec non faciendo ſupremo principio noſtras orationes ipſi deportantes, ac pro nobis intercedentes. In virtute habet verum intelligere gnoranter eligere ſummum bonum amare & recolere. In gloria autem eſt glorioſus, quia quod intelligit eſt omne verum, bonum, ſupra omne bonum & tota delectatio. Non ſequitur tamen quod angelus non habens delectationem per ſenſus, & imaginationem: quod non ſit glorioſus, quia maior delectatio gloriæ, eſt, ex maximo delectabili. Sed homo qui inferioris eſt naturæ habet maiorem delectationem, intuendo ſuum obiectum, intellectiuè, delectiuè, & recolitiuè quàm concipiendo inferiora perſentire, & imaginari. Ergo à maiori angelus cum nullo modo à ſenſu dependeat, delectari poteſt ſine ſenſu & imaginatione. In differentia tripliciter differunt à corporalibus per ſpiritualitatem. Nam illa dependent à materia ſubiectiuè obiectiuè ac eſſeitatiuè. Subiectiuè quatenus materia eſt ſubiectum ſuarum formarũ, obiectiue quia talium obiectum eſt materiale, eſſeitatiuè verò quia quicquid eſt in ipſis eſt à materia, ab anima verò rationali differunt in eſſentiis propriis ſpecifice, eoque illæ partes ſunt. Ideò vnitabilitatem ad materiam, & angeli ſunt eſſentiæ ſimplices incommunicabiles ob id ad materiam non habent vnibilitatem. inter ſe omnes angeli ſunt perſonaliter diſcreti quia quilibet angelus eſt diſtinctus à quolibet alio, & quilibet eſt perſona. Ergo omnes ſunt perſonaliter diſcreti, quod quilibet ſit perſona,

ex

ex definitione perſonæ patet, perſona enim eſt ſuppoſitum intellectuale incommunicabiliter exiſtens, nullus autem angelus eſt pars, vel conſtituens, nec forma alicuius, aut ab alio ſuſtentatum. Sed etiam præter perſonalem diſcriptionem aliquos poſſibile eſt ſpecie differre, ac de facto differunt. Ideo in aliis & aliis ordinibus & hycrarchiis ponuntur, quoniam differentia ſecundum formam eſt differentia ſecundum ſpeciem. Sed angeli cum immateriales ſint per propriam formam differunt, ergo ſpecie poſſibile eſt multos ipſorum differre, eiuſdem tamen hyrarchiæ & ordinis ſub vna eademque ſpecie poſſibile eſt eſſe, numero differentes quia probabile eſt, nullam ſpeciem naturæ intellectualis totam eſſe damnatam: Sed multi angeli ſunt damnati. Ergo nulli conſtituerunt totam ſpeciem. Et cum de omni Hyrarchia aliqui ceciderint. Sequitur quod illi ſint eiuſdem ſpeciei cum aliis nō damnatis: cum quibus conſtituunt totam ſpeciem, vel quia omnis natura quæ producitur ab agente actione iterabili poteſt plurificari ſecundum numerum. Sed omnis creata natura eſt huiuſmodi (etiam ſubſtantiæ ſeparatæ) ergo poſſunt ſecundum numerum plurificari. Primum patet, quia ſicut agens vna actione producit vnum, ita agens pluribus actionibus producit plura, quia ſicut actio eſt iterabilis, ita & terminus actionis. Secundum eſt etiam manifeſtum quia omnis actio quæ poteſt voluntariè interrumpi manente virtute actiua, quæ eſt principium actionis, poteſt iterari maximè ſi tota actio, & productum per

actionem

actionem dependeant ex ſola virtute producentis quia in his tota potentialitas, & vnitas & pluralitas actionis & producti eſt ex virtute producentis. Sed actio qua Deus producit quaſcunque creaturas maxime ſubſtantias abſtractas voluntarium poteſt interrumpi in eis:etiam tota actio & productum dependent ex ſola virtute producentis: Ergo talis actio poteſt iterari quare ex hoc ſequitur quod ſubſtantiæ ſeparatæ poſſunt plurificari numeraliter. Ergo plurificantur cum non ſit repugnans nec ex parte Dei, nec ex parte eorum, non ex parte Dei quia in ipſo idem eſt poſſe, & eſſe: nec ex parte eorum, quia omnis quiditas quantum eſt de ſe eſt communicabilis. Ergo & quiditas angelicalis, & intelligentiæ. Igitur non repugnat ſibi eſſe in multis ſuppoſitis. Antecedens primum manifeſtum eſt quia ſi repugnaret. aut hoc eſſet ratione perfectionis, aut ratione imperfectionis non primum quia quiditas perfectiſſima, puta diuina eſſentia eſt. communicabilis ſuppoſitaliter, licet non in diuerſitate,naturæ,nec ſecundum quia tunc materialis quiditas non eſſet communicabilis. Hoc confirmatur ex parte conceptibilitatis ipſius quiditatis quoniam omnis quiditas creata poteſt intelligi ſub ratione vniuerſalis,& communicabilis:ſecluſa omni contraditione quia quælibet quiditas habet definitionem. Ergo & quiditas intelligentiæ,cum non ſit maior ratio vnius quiditatis quam alterius. Quod autem, dicitur non valere de quiditate intelligentiæ.quia eſt eadem realiter cum ſingulari. peto vel illa quiditas poteſt

teſt intelligi ſine illo, vel non, ſi primum habeo intentum licet non in hoc tantum ratio vniuerſalis conſiſtat quod, ſcilicet poſſit intelligi ſine ſingulare, Sed in hoc quod intelligatur ſub quadam indifferentia ad plura, quod non repugnat quiditati intelligentiæ, ſi ſecundum quod, ſcilicet quiditas intelligentiæ non poteſt intelligi ſub indifferentia, ſequeretur quod nec in re eſſet multitudo angelorum, vel intelligentiarum nec in intellectu concipiente, quæ ſunt impoſſibilia tum apud theologos, tum apud Philoſophos. conſequentia patet, antecedens probatur quia quandocunque aliquid eſt vltima ratione formali tale, non ſolum eſt ſine indifferentia quo ad eſſe ſed etiam quo ad intelligi, patet hoc quinimo ex parte cuſtodiæ angelorum quo ad nos. Nam quilibet homo habet angelum deputatum ad actiones ſuas fini gratia cuius eſt creatus, diſponendas. Sed ſi angeli hominum cuſtodiæ deputati, ſpecie differunt, ergo hominum actiones ad ſuum finem ſpecie differant: quod eſt falſum. Angeli in puris naturalibus habent concordantiam bonitatis naturæ, quare ſunt ens poſitiuum iuxta ſuæ eſſeitatis gradum: ſecundum quam melior eſt res quæ eſt perfectior eſſentialiter, magnitudinis non ſecundum longum amplum, vel profundum ſed virtualitatis, durationis aliarumque eſſendi extremitatum. In principio eſt efficiens ſuarum actionum vt quo, & vt quod, vt quo reſpectu earum quas eſt operatiuus vt ſecunda cauſa & inſtrumentum Dei, quia tales actiones habent

pro

pro termino & fine ſub fine creaturas has , ſed quia natura non facit ſaltum. Ergo per medium habet operari tale autem eſt natura angelica. Nam participat de creaturis his inquantum creatura eſt: cum Deo proportionalem concordantiam habet prout ex contrariis non eſt compoſitus, quare non eſt corruptibilis non tamen non anichilabilis, vt quod vero efficiens eſt principium inquantum ipſe illuminat, mouet, cuſtodit. In fine quo & ſub fine, vt adminiſtret homini cũ bonificare, magnificare, durare, illuminare &c. In fine, vt finis eſt, vt quieſcat in Deo ipſum ſemper videndo. In qua viſione eſt tota merces, finis reſpectu potentiæ operatiuæ aut vt in ſpe, & deſiderio eſt, aut in re & poſſeſſione rei, reſpectu viatorum, ac operationum, in via cum gratificatione Deus finis eſt in ſpe & deſiderio, ideo dicebat Pſalm. ſicut deſiderat ceruus ad fontes aquarum ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sed ratione triumphantium eſt in re, nam ob ipſum ſunt & operantur, angelus non, militantium, ſed triumphantium eſt: ideo eius finis in re, & non in ſpe eſt, qui duplex eſt, ſcilicet naturalis, & ſupranaturalis. Naturalis eſt bonus magnus &c. Vt agat bonos & magnos actus. ſupranaturalis qui ex parte ſui obiecti ſupremi quod ſumme eſt intelligibile, amabile & honorabile. Et quia Deus per angelum intelligitur, amatur & recolitur non tamen per angelum eſt bonus magnus & durabilis, fit, in eſſentia angeli intellectus & voluntas ſunt in altiori gradu. quam ſint ſua principia in potẽtia naturali, ſcilicet nõ

autem

autem in potentia obedientiali per quam principia ſunt proportionata intellectui & voluntati angeli. Angelus eſt medium, ſiue ſubiectum in quo ſuus finis influit ſuis principiis, & principia refluunt fini, quolibet principio menſurante ſe ipſum cum alio tantum, quantum ipſum eſt, & ex his fit vna ſubſtantia completa quæ eſt bona, magna, æuiterna, poſſificans, ſapiens, volens, virtuoſa, verax & glorioſa in ſua natura maior quam ſpecies humana eſt, quia ſua in operatione organo non eſt indigna, in æqualitate intellectus, voluntatis vnus angelus alteri eſt æqualis quia obiectum, ſcilicet Deus eſt æqualiter intelligibilis, amabilis & recolibilis ab ipſis. licet vnus gradualiter ob maiorem propinquitatem & immediationem ad Deum alio angelo non ſit æqualis, in minoritate eſt Deo minor, quia creatus, finitus, & nouus eſt ex nihilo ſum in eſſe deduxit Deus ob quam angelus malus non habet agere per habitum ſibi voluntate innatum nihil malum inclinando ſe liberè ad agere peccatum & malum. ſicut angelus bonus ad virtutes diligendo ipſas: & hoc ob ipſorum electionem, & ad electi confirmationem non aliter diſponente diuino decreto.

QVID eſt angelus in alio?

LY in alio dicit terminum reſpectus à quo & ad quem. Inquantum autem ly in alio dicit terminum reſpectus ad quem angelus eſt ens bonificatiuum, magnificatiuum durativum & cum cæteris ſuis actibus operatiuum circa inferiora à ſe intelligendo, amando ſuaque *Concupiſcentia. Veritas.*

i poteſta

poteſtate perfectiuum hoc quod ſua voluntas vult, quodue ſuus intellectus intelligit, ac de ſua memoria recolit ſine ſucceſſione & diſcurſu de hoc poſt hoc quod eſt per phantaſmata. Angelus non eſt agens bonificatiuum magnificatiuum &c. ſimpliciter quia non dat eſſe rei circa quam agit ſubſtantialemve ſimplicem emanationem ſicut Deus, Nam virtutis non eſt infinitæ. qua de non eſſe non ſolum ſecundum partem, ſed etiam ſecundum totum, ad eſſe res producitur. nec per motum & mutationem quod eſt communicare formam ſpecificam ac eam multiplicare indiuidualiter quod eſt per materiā ſubiectā accidētibus cū ſit ſubſtātia immaterialis. Sed eſt agēs ſecūdū quid quatenus producit aliquid de nouo in re, quod nō eſt de eſſentia rei: ſicut eſt mouere aliquod corpus mobile, illuminare dico agēs ſecūdum quid non ratione ſuę actionis in ſe ipſo, ſed ratione actionis ſuæ in paſſo. At verò vt ly in alio dicit terminū reſpectus à quo angelus eſt patiēs, aut vt à quo, quod eſt ſub ſe, aut vt à quo quod eſt ſupra ſe, aut vt à quo quod eſt iuxta ſe à quo ſupra, ſe eſt Deus, à quo, iuxta, ſe eſt alius angelus ab intelligente, à quo ſub ſe eſt inferior creatura.

Concupiſcentia. ERGO alio modo eſt paſſiuus intellectus angeli ad Deum & alio modo ad alium angelum, nec non hæc ad inferiora quod non videtur. quia quicquid recipitur ad modum recipientis recipitur: vna eſt ſubſtantia ſimpliciſſima angeli: Ergo vna paſſiuitas ac recipiendi formalitas item de cognitione Dei arguo. quia ſi cognoſceret Deum, vel per aliquam rationem

tionem quæ eſt eſſentia diuina, vel aliqua ſpecies ipſam repræſentans. non primum quia ſic angelus eſſet naturaliter beatus, vel Deo eſſet proportionatus nam Deus ſeipſum per ſuam intelligit eſſentiam quod patet falſum, infinitæ virtutis eſt Deus & finitæ virtutis eſt angelus. Non dicendum per aliquam ſpeciem quia tunc Deo eſſet aliquid ſimplicius eo, quia ſpecies eſt ſimplicius eo cuius eſt ſpecies.

Veritas. Vt tibi cæteriſque ſatiſfaciam notandum eſt, quod ratio cognoſcendi rem aliquam diſtinctè, oportet quod aliquo modo, illi rei ſit adæquata, vel quod illimitata, & trenſcendens, rem illam virtualiter continens: quemadmodum ratione creaturarum, eſt eſſentia diuina: adæquatam dico non per adæquationem entitatis ad entitatem, ... eſſendo poteſt aliqua eſſe ratio in angelo, alia ... eſſentia diuina, ipſam repreſentans, quam minime habere poteſt, quia tunc eſſet Deus. vel per adæquationem repreſentãtis ad repreſentatum ſimpliciter, cuiuſmodi perfectiſſima albi ſpecies, album adæquatè, & perfectè repreſentat quia tunc naturaliter eſſet beatus, & infinitus ... per adæquationem, ſecundum proportionem repreſentantis ad repreſentatum, non ſimpliciter, ſed per comparationem ad talem actum, & ſic quæcunque albi ſpecies, licet imperfecta, puta ... oculo cecutiente perfectè & adæquate repreſentat album per comparationem ſcilicet ad ... m videndi: quem talis oculus habere poteſt ... albo, nam tantum album reprenſentat, quan... à tali oculo videri poteſt, & hoc modo po-

teſt eſſe aliqua ratio creata, adæquata repreſentans eſſentiam diuinam in angelo, per comparationem, ſcilicet ad actum intellectus creati, quia talis ratio tantum repreſentat eam, quam tum eſt atingibilis ab actu intellectus. Vnde ſicut intellectus creati actus, licet ſit finitus, obiectum atingit infinitum, & eius eſt ſimilitudo etiam ſpecie ex preſior. ſic etiam ſpecies creata, repreſentare obiectum infinitum poteſt, non quidditatiuè, & comprehenſiuè, ſed ſecundum quidditatem, & attingentiam. dixi rationem cognoſcendi diſtinctè, quia duplex cognitio, ſcilicet abſtractiua & intuitiua. abſtractiua dicitur quæ eſt de quidditate, vt ab hic, & nunc præſentia, ſcilicet & exiſtantia abſtrahit. Intuitiua verò eſt quæ de quidditate, vt præſens eſt, & ſecundum actualem exiſtentiam. Ideo his ſic poſitis dico, quod angelus, Deum non cognoſcit per ſpeciem, à Deo abſtractam, quia cum ſpecies ſimplicior & eo cuins ſpecies eſt ſit ſpiritualior, ſequeretur quod quid Deo ſimplicius eſſet. Item in abſtractione eſt vniuerſale vt res abſtracta: in Deo autem vniuerſale, & particulare, eſſe non poteſt. per conſequens neque abſtractio. Poteſt bene habere ſpeciem abſtractiuam, diuinæ eſſentiæ, diſtinctè repreſentantem ipſam: non tamen vt in ſe præſentaliter exiſtentem. Vnde conueniens eſt dicere, quod à principio creationis angelus talem habuit ſpeciem, ſuo intellectui inditam. Diuus enim Paulus obiecti, prius viſi, memoriam poſt raptum habuit, quod non eſſet poſſibile, niſi per aliam ſpeciem talis obiecti repreſentatiuam.

tatiuam. Ideo alia eſt ſpecies abſtracta obiecti ab obiecto & alia eſt abſtracti obiecti. Prima ſimplicior eſt obiecto, quæ requiritur ex proportione obiecti, reſpectu potentiæ cognitiuæ. Secunda vero non, ſed ex parte cognoſcentis requiritur, quæ per aſſimilationem in intellectu cognoſcente fit: vel per donum naturæ ſcilicet prout ad imaginem Dei eſt factus, quæ eſt prima aſſimilatio per gratiam: & hæc eſt maior, vel per gloriam, & hæc eſt perfectiſſima. Quare in angelo eſt ſpecies naturalis, repreſentatiua diuinæ eſſentiæ, à ſua natura abſtracta. Gratuita, prout per ipſam concipit, ſe eſſe gratum Deo, & gloriæ, inquantum Deum concipit, vt obiectum clarè viſum, fortiter tentum, & indiſſolubiliter vnitum. Angelus, angelum cognoſcit, per ſimilitudinem, vel ſpeciem eius non innatam, ſed acquiſitam: eſt enim in ipſo, ſicut in anima vis, tum dandi, tum recipiendi, pro vt natura eorum eſt ad modum ſpeculi. vnde non æquè abſtractionem proprie vt anima, ſed magis coniunctionem cognoſcibilis, ad cognoſcentem exigit. ſed res inferiores cognoſcit, non vt illæ in ipſum, ſed in illas agendo, quare non ſequitur, quod angelus ſi Deum cognoſcit, angelum, & res inferiores, quod vno modo intelligat, ob ſuæ naturæ ſimplicitatem, quia intellectio non fit, ut diuerſificatur per extramiſſionem actuum potentiæ, ſed bene per intramiſſionem ſpecierum obiectorum.

QVID habet angelus in alio? *Concupiſcentia.*

SVAM habet exercere bonitatem, ſibi a ſuæ *Veritas.*

creationis exordio inditam, ac concreatam cum magnitudine,poteſtate, ſapientia,virtute, cæteriſque ſuæ eſſeitatis principiis,quare quo ad hominem mirabiles operantur effectus vt alias magnifeſtum ex ſacris tibi reliqui.

CAPVT III.

Concupiſcentia. DE quo eſt angelus, in eſſe abſoluto ipſius?

Veritas. QVIA eſſeitas abſoluta, dicit quid, ſecundum formalitatem non ad aliud ſe habere. Ideo dico, quod angelus eſt de ſeipſo. quoniam ſua principia ſcilicet bonitas, magnitudo, duratio &c. ei premitiua ſunt, non poſſibilia aliter eſſe,eademqueſibi eſſentialiter innata,quare illa exiſtentia primitiua, ac abſoluta: & ſic de ſeipſo & formaliter, licet de alio ſit effectiuè, ſcilicet de Deo.

Concupiſcentia. DE quo eſt angelus, ſecundum habitudinem, ad ſuam intrinſecam rationem?

Veritas. De ſuis innatis principiis, ſcilicet de ſua bonitate, magnitudine, ac cæteris principiis, quæ actus & potentiæ ſunt ſuæ eſſeitatis, ex quibus eſt ſubſtantia finita, ea in ipſo operatiua finitè. Vnde in eſſe poſitiuo, eſt omnem non habens perfectioné.quare in potentia eſt.Ideo ex iis eſt, vt ex priuatiuo, & poſitiuo, quibus ex omnibus habet tria vt ſit agens,vt agat, & nouam recipiat influentiam, ac accidentalem perfectionem à bonitate ſua habet eſſe bonificatiuum, bonificare & bonificabile, quæ quidem principia, cum non per contrarias diſpoſitiones in ipſo ſint, non corru

corruptibilis eſt, ſuaque bonitas, magnitudo, duratio, de non eſſe violento, ſed naturali in ipſo ſunt, eſſe ob id perpetua ſunt, ac æuiterna ipſeque perpetuus & æuiternus.

De quo eſt angelus poſſeſiuè? *Concupiſcentia.*

Est Dei, tum quia, quo ad ſuam naturam, de non eſſe ad eſſe eſt per actionem ipſius Dei, tum quia eſt ſecunda cauſa cum aliis primæ cauſæ, eſt in eſſe, tum quia eius finis, eſt ſub fine, gratia cuius eſt in eſſe. *Veritas.*

CAPVT IIII.

Qvare angelus eſt in eſſe? *Concupiſcentia.*

Qvoniam ſua principia, ad ſe inuicem componuntur, ob id eſſeitas ex his reſultans oportet, quod ſit in eſſe, ſicut ex animæ & corporis vnione, vt per ſe vnitis tertia ſequitur entitas, ab his realiter diſtincta. *Veritas.*

Qvare eſt angelus quo ad operari? *Concupiſcentia.*

Ex ratione, virtutis gratia cuius eſt, vt Deum intelligat, diligat ac vniuerſum impleat. Nam datur ens in genere entis imperfectiſſimum, ſicuti eſt quod ad ſuum finem, per inſtinctum naturalem, inclinatur, cuiuſmodi ſunt ipſa elemēta. Datur ens perfectiſſimum, ab omni potentialitate preciſum, & abſolutum, cuius velle, eſt eſſe: vt primum ens. Datur ens medians, inter ens imperfectiſſimum, ſicut homo, quod magis de imperfectiſſimo participat, quàm de perfectiſſimo: ergo aliquod tale ens medians, quod participet magis de perfectiſſimo, quàm de imper- *Veritas.*

fectiſſimo, ne ſit in entibus vacuitas, & in vniuerſo imperfectio. At vt ſpecies differentiæ ſint reperitur inter ſenſuale, & ſenſuale differentia. Inter ſenſuale & intellectuale. ergo inter intellectuale & intellectuale: quod non eſſet, ſi angelus in vniuerſo minime, reperiretur.

CAPVT V.

Concupiſcentia.
Veritas.

QVANTVS eſt angelus?

TANTVS, quanta eſt ſua bonitas, magnitudo, duratio, ac poteſtas virtuoſitati eiuſdem correſpondens: & quia ſubſtantia ipſius incorruptibilis eſt, obiectum etiam impoſſibile eſt, aliter eſſe, actus eius continuus eſt, vnde ſemper mobilis, non de loco ad locum, ſed naturæ. intelligentiæ, & voluntatis. Naturæ mobilitatem habet quia omne creatum, in nihilum eſt vertibile, niſi omnipotentiæ manu diuinæ non conſerueretur. Mobilitatem etiam intelligentiæ habet, non tamen reſpectu eorum, quæ ab eo in verbo ſcita ſunt, cum deiformem intellectum poſſideat: ſed bene quo ad cognitionem rerum, in propria natura, quoniã omne creatum habens intellectum, vnum poſt aliud intelligit, non poſterioritate temporis, ſed benè naturæ. In voluntate eſt mobilis, quia non ſimul vult hoc, & illud: ſed in ſua natura, diſcretiue eſt quantus, quia ſuppoſitum eſt, hoc aliquid incummunicabiliter exiſtens, vt quo, & vt quod.

Concupiſcentia.

Ex his quæ declarata liquiſti, tria in dubium puncta vertenda veniunt, ſcilicet an poſſint eſſe plures, in eadem ſpecie angeli: ſecundum, an in

in loco ſint:tertium an localiter ſint mobiles?

DIFFERVNT eſſe, & poſſe eſſe, eſſe enim *Veritas.* naturā reſpicit, in propria actuali eſſentia,vt ab omnialia, ac à quouis reſpectu circumſcripta, ſed poſſe eſſe, dicit naturæ reſpectum, ad agens, ad intellectum concipientem, & ad naturæ aptitudinem:qua de re theologorū ſcola triplicem dixerit eſſe potentiam obedientialem, ratione ipſius naturæ,vt agens reſpicit ſupra naturale, & ſic dico. quod poſſunt eſſe, in eadem ſpecie plures angeli: quoniam ſi Deus alicuius ſpeciei angelum adnihilaret : eadem poſſet reparare ſpeciem,alium creando de nouo:non illum eundem numero, & ſic ex parte naturæ angelicæ, in ordine ad ipſum agens ſupernaturale, nō impoſſibile eſt plures poſſe eſſe. Naturalem aliam eſſe dixerit,quæ eſt vis,ac naturæ mediata vel immediata capacitas, illius ad quem ex actione agentis eiuſdem naturæ, poteſt recipere : & ſic dico, quod omnis quidditas, eſt ex ſe communicabilis : non enim ob ſuam perfectionem ſibi repugnant, vt patet in eſſentia diuina, nec ob ſuam imperfectionem, vt eſt in generabilibus, & corruptibilibus. ergo quidditas, angelica numeráliter multiplicari poteſt:& ſic in eadem ſpecie naturaliter poſſe plures angelos, eſſe eſtpoſſibile. Et ia eſt fruſtra illa potentia naturalis, dices quæ actum nō reducitur. Igitur ſi naturaliter poſſint eſſe,ergo illa potentia,ad actum aliquando reducitur. Dico quod potentia, reducitur in actum, reſpectu eorum in quibus per motum & mutationem, ſubiectum potentiæ recipit actum:

ſed quæ per ſimplicem emanationem habent eſſe, non oportet quod potentia ad actum eſſentialem reducatur: ex eo quod in eodem tunc, potentia eſt actui coniuncta, & actus potentiæ. Potentia logica alia eſt, quæ non repugnantia terminorum per ſe vnibilium eſt. At quia omnis quidditas, ſub ratione vniuerſali, ſine contradictione intelligi poteſt: ſed natura angelica in aliqua ſpecie vera quidditas eſt. Ergo ſub ratione vniuerſali, intelligi poteſt, quod non eſſet ſi de ſe hæc, haberet eſſe, ex quibus dicitur quod non ſolum, quo ad naturam, quæ incorruptibilis eſt, eſt quanta continue, ſed de facto, in aliqua ſpecie, quantitas diſcreta plurimorum angelorum eſſe poteſt. Ad ſecundum dico quod cum angelo, quantitas dimenſiua non competat, ſed virtualis: ſic non eſt in loco, per commenſurationem & circumſcriptiue, ſed benè diffinitiuè: prout per virtutem & actionem applicatur alicui loco, à quo non continetur, ſed potius continet ipſum. Quoniam ſpiritualis ſubſtantia rem corporalem virtualiter tangens, continet eã cuiuſmodi anima rationalis eſt in corpore: quaſi continens ipſum. in pluribus locis ſimul, angelus eſſe non poteſt. quia naturæ limitatæ eſt, ac finitæ eſſe ſic & virtus eius. cum ergo per operationem, & virtutis applicationẽ in loco ſit: non eſt niſi in vno loco, in quo eſt id, circa quod virtus eius extenditur, & applicatur non tamen indiuiſibiliter ſicut aliqui vt pũctum eſſe imaginati ſunt. Quod falſum eſt. Nam punctus, licet ſic imparcibilis, habet tamen ſitum: in continuo, quod angelo

nequa

nequaquam competit. Vnde diuiſibilis, & non punctualis locus, ac maior & minor, ſecundum quod virtus eius, ad locum maiorem vel minorem, applicatur, ipſi conuenit, & ex hoc mouentem cœlum angelum, non vbique eſſe oportet: non enim virtus eius, niſi ad id quod primo ab eo mouetur, applicatur quapropter philoſophi parti orientali, virtutem motus cœleſtis attribuunt. Ad tertium dicitur, ſicut aliter eſſe in loco conuenit angelo, quam corporeæ ſubſtantiæ, ſic moueri localiter, aliter ſibi quam illi. Non enim ſecundum commenſurationem loci, localiter mouetur, nec ad magnitudinem medij, motum habet continuum, ſed ſicut eſt in loco: vel per applicationem ſpiritualis virtutis, aut aſſiſtentiam, ſic eius localis motus aliud non eſt niſi diuerſorum locorum ſucceſſiue diuerſus contractus, quia ſimul eſſe ac in locis diuerſis agere non poteſt, ſi igitur aliquem locum ſucceſſiue relinquet, erit eius motus cōtinuus prout locus diuiſibilis angelo aſſignatur, quoniam totum id in quo agit, atribuitur ei quaſi vnus locus. ſi verò ſtatim vnum deſerat locum alteriue ſe aplicuerit: motus eius non erit continuus. Porrò motus angeli dum eſt continuus (continuitatem referendo ad locum) tunc angelus de loco ad locum non mouetur niſi tranſeundo per medium: ſed cum motus eius non eſt continuus non mouetur de termino à quo ad terminum ad quem ac de extremo ad extremum per medium.

CAPVT

CAPVT VI.

Concupiſcentia. QVANTVS angelus ſit poſtquam diſſeruimus qualis ipſe ſit diſſerendũ ſequitur. Ideo qualis eſt angelus.

Veritas. VT ex his quæ in prima parte huius tractatus cap. 6. declaratum reliqui comprehendere potes quadruplicem angelicam eſſe qualitatẽ formalem, ſcilicet, eſſentialem, propriam, appropriatam ac adheſiuam, ideo dico. Quòd angelus (primam iuxta qualitatem) eſt ſubſtantia intellectualis æuiterna, incommunicabiliter exiſtens, vt quo, & vt quod. Naturam intellectualẽ dico, ratione ſuæ eſſentiæ vt in ſe concepta. quia ex materia & forma: vt materia quantitatibus interminatis diſpoſitionibus & accidentalibus eſt inducta & forma taliter in ipſa reiecta non componitur, quia tunc generabilis & corruptibilis eſſet, æuiterna verò in quantum ſub ſuæ menſuræ reſpectu concipitur quæ vt incipit & per motum & mutationem non deſinit eſſe & ſic à Deo diſtinguitur qui æternitate menſuratur non vt menſuratum termino vel terminis clauditur ſed vt diſponit nos ipſum cognoſcere non incipere nec & deſinere poſſibile eſſe. incommunicabiliter dico. Vt quo & vt quod ad animæ alietatẽ quæ pars eſt & alteri vt ex his ſimul ſumptis tertia reſultet entitas realiter diſtincta: vnibilis, cuiuſmodi angelus non eſt quia ſuppoſitum eſt perſe ſubſiſtens. Quo verò ad qualitatem propriã habet ſine diſcurſu intelligere, mutabiliter elige re & immutabiliter adherere rei electæ & volitæ,

tæ, quia ſua innata voluntas, magnitudo, poteſtas, ſapientia, & virtus cū ſimplicitate ſunt. Qua de re aliqui boni ſunt, aliqui mali ob obiecti electionem, nam ſummo bono adheſerunt primi: ſibi ipſiſ ſecundi, qualitas autem angeli appropriata ea eſt quæ non ex innata ſua bonitate, magnitudine, ſed ab eodem acquiſita habet. Quare in angelo bono qua glorioſus eſt, cœli motor &, hominis cuſtos ſicuti in malo malicia, inuidia iniquitas effectualiter & affectualiter appropriata qualitas dicitur, quoniam ſuppoſito quod angelus in ſuis perſiſteret naturalibus, glorioſus, inuidus non eſſet licet capax talium fuiſſet qualitatum, qua de re boni gloriam ad habendam, ac ad conuerſionem illam quæ eſt ad Deum ſecundum quod eſt ſupranaturalis fælicitatis obiectum gratia indiguerunt, eo quod nil mouetur ad id quod ſuam naturalem poteſtatem excedit, niſi à ſuperiori iuuetur ſicut calor carnem non generat niſi per animæ vegetatiuæ virtutem. Cum igitur ſupernaturalis fælicitas omnis mentis creatæ naturalem excedat virtutem, ad eam non conuertitur niſi per gratiam ſic de nequitia in malis: quam licet habere ex ſe poſſent ſicut de facto bono commutabili adheſerunt, nihilhominus, non ex naturæ eorum rectitudine, ſed potius defectu habuerunt conuerſionem, ideo poterant non peccare non autem non poterant non peccare. Poterant non peccare dico, ſi in iuſtitia originali permanſiſſent non autem poterant non peccare, cum arbitrio liberi eſſent & eſſentialiter non eſſent boni.

ni.

ni. Qualitas adhæſiua illa eſt quam ex hominis miniſterio acquirunt. Vnde præmium merebuntur ſecundarium, nec tamen propter hoc in ipſis eſt indigentia, quæ ſuæ opponitur perfectioni: licet benè perfectionis quæ in ſolo Deo eſt.

CAPVT VII.

concupiſcentia. Veritas.

QVANDO eſt angelus.

VT ly quando menſuram dicit qua res in ſua eſſentia à nobis ſit cognoſcibilis in quando æternitatis angelus eſt, quoniam incipit, & non deſinit eſſe, ſi autem ly quando eſt menſura operationis angelicæ, hoc tribus modis, vel poteſt intelligi obiectiuè, vel formaliter, aut ſubiectiuè ſi obiectiuè. hoc tribus modis vel vt eſt ſupra ſe, vel iuxta ſe, aut ſub ſe ſi primo modo ſic eſt in quando æternitatis eo quod obctum ſupra ſe ad quod eſt, ſua operatio, non incipit nec deſinit eſſe ſic & operatio non vt reſpicit terminum à quo ſed bene ratione termini ad quem. Si autem obiectum eſt iuxta ſe & eiuſdem generis, quia id tale incipit, & non deſinit eſſe. Sic & actus circa tale obiectum: qui non ſolum ob terminum à quo, ſed etiam ob terminum ad quem. At vt obiectum eſt ſub ſe, quia tale terminis innitiatiuè, ſcilicet & terminatiuè clauditur, operatio etiam in quando temporalitatis eſt, ſi verò ly quando eſt menſura operationis angelicæ formaliter dico quod vel formaliter pro per ſe denominato, vel pro per ſe ſignificato. Si primo modo ſic eſt in quando æternita

ernitatis, eo quod actus per ſe denominato eſt
ubiectum ipſum operationis, quod æuiternum
xiſtens operatio eſt æuiterna. Si autem formali-
er pro per ſe ſignificato, dico, quod à ſpecifi-
atione obiecti eſt ſpecificatio actus & ſic eſt æ-
rna, æuiterna, vel temporanea. vt autem ly
uando eſt menſura operationis ſubiectiuè ſic eſt
quando æuiternitatis ſine qua inceptus non
uiſſet.

CAPVT VIII.

VBI eſt angelus *Concupiſcentia.*
EST in loco, eo quia in loco eſt creatus: *Veritas.*
d non eſt in loco locum occupans nam linea,
ngelo, & figura locus conſtituitur à quibus na-
ra angelica eſt præciſa, & ita eſt in loco vno,
uod in alio non eſt. quia finitudine terminatur.
nde in illo eſt, in quo agit: ſuaque præſentia
git: quoniam non organo, ſed cum ſua eſſentia.
aque in pluribus locis ſimul, per præſentiam
ſe non poteſt. Sed ſolum per effectum ſuæ
oteſtatis.

CAPVT IX.

QVOMODO eſt angelus in ſe? *Concupiſcentia.*
EST incorruptibilis quoniam nihil cor- *Veritas.*
mpitur niſi per hoc quod forma eius à mate-
ſeparatur, vnde cum angelus ſit ipſa forma
bſiſtens & materiæ non vnita ergo impoſſibile
quod ens ſubſtantia ſit corruptibilis.

QVOMODO

Concupi-ſcentia. QVOMODO angelus habet eſſe in alio.

Veritas. IN Deo obiectiue, vt eius bonum ſufficiens quia infinitum, perficiens quia illimitatum, & terminans quia omne ens ac omnis perfectio. immobile motor, non per informationem mobilis ſed per aſſiſtentiam mobili vnde anima cœli dicitur non per animare ſed per aſſiſtentiam. In homine cuſtos per preſentiam, à Deo nunquam ſeparabilis fruitiuè. Vnde ſemper vident faciem patris:qui in cœlis eſt.

Concupi-ſcentia. QVOMODO eſt angelus in alio

Veritas. ESSE in alio contingit multipliciter aut ſecundum potentiam ſubiectiuam vel obiectiuam & ſic id quod actu non eſt tale, ſed poteſt eſſe:in illo potentialiter dicitur eſſe : & ſic materiam dicimus eſſe in forma ac rationes ideales in rebus exiſtentibus aut ſecundum rationum formalem ſic rationes vniuerſales ſunt in particularibus vel ſecundum inhærentiam & ſic accidens eſt ens ſubiectatum. aut ſecundum eſſe formale ſpecificum cuiuſmodi eſt forma in materia, aliquod autem eſt in alio per aſſiſtentiam quemadmodum nauta in naui.ad cuius virtutem nauis mouetur, actualemue in aliqua nauis parte præſentiam. Dico ergo quod angelus ante mundi conſtitutionem potentialiter obiectiue : erat in mente Diuina,& potentialiter ſubiectiuè modalitér erat in bonitate, magnitudine eius ideata & à mente diuina cognita. Sed quia ſubſtantiæ immateriales & per ſe ſubſiſtentes ſunt:non poſſunt particularium rationes formales eſſe quatenus autem per ſe ſubſiſtunt, in alio adharenter

non

ı ſunt. per accidens corporis aſſumpti formæ t: ſed per aſſiſtentiam perſe in orbibus , ſunt orum ſunt motores. in Deo autem obiectiue ſaliter , quod eſt cognitum in cognoſcente, ıs cognoſcere eſt dare eſſe : in aliis verò ſubıtiis finitis præciſe vt cognitum in cognonte ſunt. Vnde ad diuinam vel ſui manifeionem cum corpore aſſumpto de ſuperiori s parte:quæ æter dicitur: operantur.quia pu- & condenſaſioni aliis facilior eſt: quæ aſptio eſt corporalis creaturæ ſibi coniunctæ ptio vel quaſi vnum cum creatura illa corıli eſtquæ cum ſuis principiis innatis,ſcilicet ı bonitate , magnitudine. duratione , cæteue ſubſtantialiter ſibi vnitis vna res ſimplex, cum intellectu intelligit , cum voluntate git & cum memoria recolit. non vt per alia à aliter, ſed formaliter & obiectiue , ſi eſt bocum ſua bonitate bonificat ſi autem malus malitia ſuum intelligere recolere & amare. quod amare odio habere eſt.

e æuiterno quo ad infernum tractatus tertius.

CAPVT I.

E natura angelica viſo , ac ſufficienter determinato de paradiſo,& inferno ſub nomine æuiterni conſequenter eam me cere rogatam velim. Nam nihil Chriſtiano ori materia hac vtilius,& ſalubrius, cum ommotus & eius operationis ſit finis, & termi- *concupiſcentia.*

k nus.

nus. Ideo vt à re quæ apud aliquos in dubium vertitur primò quam à re magis determinata incipias, quæro vtrum ſit infernus.

Veritas. VELIM te non ignorare aliquos infernum eſſe negaſſe: pro eo quod dixerunt nullum cruciatum eſſe poſſe poſt hanc vitam: quem errorem recta ratio conuincit. nam dictans quod malum non debet remanere impunitum ſicuti nullum bonum eſt irremuneratum: At in vita hac mortali mortaliter peccant, aliqui, quibus hic non eſt cruciatus, igitur poſt hanc vitam neceſſum eſt eos cruciari: aut ordinem deſtruere vniuerſi, aut diuinam iuſtitiam negligentem, & circa peccati punitionem eſſe remiſſam. Non minoris ignauiæ & erroris nonnulli alij de cruciatu hoc loquentes fuerũt qui ob diuinam miſericordiam & pietatem infernum negarent: aut iuſtitiam à Deo præciſam fecerint. Vnde hæc erat ſua poſitio infernus non eſt. quoniam diuina miſericordia hoc ſuſtinere non poteſt, ſcilicet quod creatura ſua quam: non odit ſed diligit: & ad ſuam fecerit imaginem æternaliter ſit in pœnis. cum ipſe in noſtra non delectetur punitione, nec noſtris ablactetur punitionibus. Et etiam aliquid non obſtat quin benè poſſit eos qui à pœnis puniuntur ſine præiudicio liberare, hæc poſitio tanto eſt immanior quanto videtur eſſe mitior & miſericordior pro eo quod diuinam blaſphemat iuſtitiam eam diminuens tantum dans miſericordię cui miſericordia & veritas obuiauerunt iuſtitia, & pax eum oſculatæ ſunt. Ideo dico infernum cruciatumue æternum neceſſe eſſe & dari eo quod

quod hoc manifeſtè diuina dicit ſcriptura, confirmat fides & concordat ratio recta, vermis eorũ non morietur & ignis eorũ non extinguetur: Ergo æternaliter cruciabuntur. Ergo eſt ponere infernũ cruciatum æternum, ite maledicti dicitur alibi in ignem æternum, quẽ vocamus ſupplicium æternum cruciatũ ponere æternum ad vniuerſi facit cõplementum, quoniã vt vniuerſi pulchritudo decoretur quibuſdam anthitetis: vt ſicut bonis redduntur bona æterna ita & malis æterna ſupplicia. Item vnicuique debet reddi ſecundum merita ſua, peccator autem cum peccat ad bonum commutabile de bono incõmutabili auertens conuertitur. Sed auerſio eſt infinita ergo & pœna conuerſionis. Item quia ſi de duobus contrariis eſt reperire alterum extremorum & medium, alterum oportet ponere extremum. Sed eſt ponere perfectam & æternam beatitudinem & medium ſtatum in via inter beatitudinem perfectam & æternám miſeriam: Ergo eſt ponere perfectam miſeriam poſt hanc vitam quæ eſt infernus.

CAPVT II.

QVID eſt infernus in ſe. *Concupiſcentia.*

EST horridus, tenebroſus, & pœnalis locus demonum: vnde notandum eſt quod quadruplex eſt infernus. Primus eſt profundiſſimus, & eſt damnatorum, in quo ſunt tenebræ: & quantum ad carentiam diuinæ viſionis, & quantum ad carentiam gratiæ, & cum hoc pœna ſen- *Veritas.*

ſibilis. Dico proprie damnatorum locum, qui tam ſenſus pœna, quam damni perpetualiter puniuntur. Ad quem nullus deſcendit, niſi qui cum mortali, ab hac vita, ſine vera pœnitentia decedit & quia eo modo quo eſt culpa, debet eſſe pœna culpæ, licet citra condignum, culpa mortalis duo dicit, adhæſionem ſcilicet, & deceſſionem, ſiue ſeparationem. Adhæſionem, ad bonum apparens, quod creatura eſt, & deceſſionem, à bono vero, quod infinitum eſt. Ad vtramque, cum vera & determinata electione, qua de re, ratione primi, ſcilicet obiecti electi, & ad creaturam adhæſionis, quæ ſenſibilis eſt, pœna ſenſus cruciatur, ratione ſecundi, ſcilicet receſſus à bono vero, quod infinitum eſt, pœna plectitur damni, viſioneque ſcilicet diuina caret. Et ob malum liberi arbitrij vſum & potentiæ electiuæ indiſpoſitionaliter electione tenebras interiores, ſcilicet ſpe gratiæ priuatam ſe intuens, habetque exteriores ob ſituationem & locum à diuina determinatum voluntate. Secundus infernus iſto ſuperior eſt limbus puerorum in quo ſunt pœna damni, quæ eſt diuinæ viſionis carentia, & priuatio gratiæ ac ſpe eiuſdem ad diuinam fruitionem diſpoſitiuè licet nulla ibi ſit pœna ſenſus quia culpa per quam puniuntur. ab ipſis actualiter & deliberatiue non fuit perpectrata. Vnde pœna eſt damni quia perpetue originali peccato manent maculati ſuper iſtum Tertius eſt infernus in quo pœna damni eſt & pœna ſenſus quo ad tempus tenebræ exteriores & non interiores qui & purgatorius dicitur

citur & talis eſt reſpectu animarum ab hac vita decedentium ſine mortali macula non tamen ſine omni, quia cum veniali & quia cœlum non ingreditur coinquinatus ideo neceſſum eſt ob ſeparationem à bono vero non ſeparatione perfecta ſed imperfecta quod temporaliter illius fruitione careat, ratione autem acceſſus ad bonum apparens ad quod nó deliberatiua acceſſit adhæſione vt temporanea ſenſus pœna crucietur vbi tenebræ ſunt exteriores quia locus tenebroſus eſt non interiores, cum ſpem gratiæ & gloriæ habeant, quod eſt quia natura ipſius eſt peccare quare pronus ad culpam vel quia perfecte obiecti non eligibilis elegit ſpeciem, aut quia culpæ perpetratæ omnimodè in hac vita pœnitentiam non egerit & quia ad cœlum aſcenditur empireum totali ac perfecta facta purgatione poſt Chriſti aduentum & aſcenſum ad cœlum ſicuti antè ab eodem ad alium infernum ſupra ipſum aſcendebatur, ſi culpam aliquam perpetrauerint poſt eiuſdem purgationem, qui patrum limbus dicebatur tenebroſus in quo pœna damni erat non ſenſus nec interiores tenebræ pœna damni ob primorum parentum peccatum, non ſenſus afficiebantur pœna quia iuſti.

QVID habet in ſe infernus.

NOTANDVM eſt quod in hac vita opera hominum ſunt primo in principio, quibus ſi ſecundũ naturæ inſtinctũ operamur nec meremur nec demeremur cũ meritum & demeritum à voluntate ratitudinẽ habeat, natura voluntatis ſubiectum & ipſa prior eſt quare operari poteſt illa non *Concupiſcentia.* *Veritas.*

operante vt plurimum conſequimur eo quod, licet à natura vt à radice tamen à voluntate vt forma habet eſſe. In fine alia ſunt quæ quaſi vel conuerſionis aut auerſionis periodus ſunt. Notādum eſt quod ob opera in medio vitæ hoc eſt, à voluntate perpetrata ac in fine ſi auerſionis ſunt animamue à Deo ſeparant, vt bono vero & ad bonum apparens per eadem vt ipſamet anima operatiua eorundem regina conuertitur, ne Dei iuſtitia loco priuetur & impunitum quid remaneat, Infernus eſt vt carcer & diuinæ iuſtitiæ inſtrumentum, qui habet in ſe pœnarum acerbitatem diuerſitatemue diuturnitatem, vniuerſitatem & earundem inutilitatem, huius vitæ grauiſſima pœna minor eſt quacumque minima pœna purgatorij quanto magis pœna inferni. In huius ſignum dicit ſaluator ibi erit fletus & ſtridor dentium diuerſæ dico pœnæ ſunt inferni. Nam in ſacra ſcriptura nouem inueniuntur. Prima eſt ignis. Secunda eſt vermis. Ignis ardebit carnem vermis comburet mentem. Vnde dicitur vermis eorum non morietur ſicut ignis non extinguetur. Fœtor eſt tertia pœna ignis ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum, ſcilicet pœnæ eorum. Quarta pœna eſt frigus quare tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimium, natura repentinas non patitur, mutationes. vnde maxima erit hæc pœna. Quinta fames erit maxima iuxta illud ſerui mei comedent & vos eſurietis. Magna erit inopia vbi nec diuites maximi guttam poterunt habere aquæ. mitte Lazarum dicebat epulo vt intinguat extremum digiti ſui in aqua. Sexta pœna

Eſaiæ vlt.

Iob. 24.

Eſaiæ 65.

pœna eſt tortor vel potius tortores, vnde habetur tradidit enim tortoribus donec vniuerſum reddere debitum. Septima pœna erit horror vbi nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat. Si nūc vnus appareret diabolus nobis magnus eſſet horror & quaſi intollerabilis, quid ergo erit tunc cum tot horribiles apparebunt. Octaua erit tenebræ & carcer tenebris plenum in quo mancipabuntur quaſi manibus & ob ſpem egreſſus & gratiæ. Nona & principalis pœna carentia eſt viſionis diuinæ ſpeque illius habendæ. Vnde non ſolum erit acerbitas ſed contrarietas, quid horribilius dolore cum formidine: flamma cum obſcuritate, morte ſine morte quam petēt & fugiet ab eis, fine ſine fine & defectu & ſine deffectu, nā mors viuit, & finis ſemper incipit ſicut & deffectus defficere neſcit. Mors perimit, & non extinguit & dolor cruciat & pauorem non purgat. Tertio in inferno eſt pœnarum diuturnitas imo ſempiternitas (quis ex vobis dictum eſt) poterit habitare cum ardoribus ſempiternis. Si enim damnati ſingulis diebus flerent & in fletu neutiquam emitterent lachrymam plus de aqua per proceſſum temporis de vnius dānati oculis exiret quam ſi totius mundi aqua, quia illa finita hæc infinita. Quarto in inferno eſt pœnarum vniuerſitas eo quod cum infernus gloriæ loco ſit oppoſitus cum ibi omnis ſit gloria, oportet quod infernus habeat in ſe omnem pœnam. Quinto & vltimo inutiles & infructuoſas habet infernus pœnas. huius enim vitæ pœna breuis eſt & fructuoſa. Sed futura longiſſima & grauiſſima ac

Matth.18
Iob.9.

infructuoſa,lachrimæ enim illius carceris vnius minimi peccati mortalis lauare minime ſufficiunt quia erunt intra ſe pœnitentiam agentes & præ anguſtia ſpiritus gementes.

Concupiſcentia. *Veritas.* QVID eſt in alio ſcilicet in corpora damnatorum ac in ſpiritus infernus vel ignis infernalis.

CVM nihil igne vrente ſit moleſtius ſed corpora damnatorum ab igne infernali moleſtabũtur,igitur ab illo calefiẽt, ſed vt hoc tibi ignoteſcat eſt notandum quod corpora damnatorum ab igne infernali non calefient ab eo tamen cruciabuntur. Paſſiuum enim formam agẽtis dupliciter recipere poteſt aut materialiter aut immaterialiter eo modo quo ſenſus ſenſibilis formam recipit. Primo modo corpus humanum caliditatem recipiens calefit non autem, ſecundo modo quamuis tactus caliditatem ſentiat ſicut viſus non coloratur colorem intuens cuiuſmodi damnatorum corpora infernalis ignis formam recipient non primo modo cœlum enim ob ſuum localem motum cum ſit primum alterans omniaquæ alia agentia ipſius virtute agant ab eo quaſi mota: Ceſſante motu cœli nullum corpus poterit aliud per alterationem aliquam à ſua naturali proprietate: remanere tamen animalis paſſio intentionalis poterit, quamuis calefactiuus non ſit ignis ille damnatorum corpora affligentur ab eo quia obiecti proportionati, ſenſui proportionata. receptio ſenſum delectat ſic improportionata contriſtat. Ignis infernalis eſt obiectum excellens ſuper tactum corporum damnato

damnatorum & receptio ſuæ ſimilitudinis intactum eſt improportionaliter fingens ipſum & ob id in corporibus eorum vehementiſſimus erit dolor in ſenſu tactus exceſſiuum ſentiendo calorem. Vnde ab aquis niuium ad calorem tranſient nimium non materialiter ſed bene ſpiritualiter. Vel dicendum quod corpora damnatorum ab illo igne vehementer calefient quia cum illa corpora ex quatuor ſint elementis nec impaſſibilia fient non tantum caliditatem ſentientia: Sed etiam caliditatis ſuſceptiua non ideo conſumentur quia ignis ille tum ex parte indiſpoſitionis materiæ in qua incorporatus eſt partimue ex indiſpoſitione illorum corporum quam recipient in reſurrectione, principaliter autem ex ordine diuinæ iuſtitiæ. Aliqua enim forma ab extraneæ materiæ cui incorporatur diſpoſitione in ſua actione diuerſificatur, quod patet quia ignis fulguris quandoque incorporatur in materia talis diſpoſitionis quod calefacit& nõ comburit,& quandoque facit vtrũque quãdoque non lædit materiam mollem & diſſoluit dura Aliquando è conuerſo.Lumẽ ſolis lunæ incorporatum ob diſpoſitionem alium in iſtis inferioribus habet effectum quam lumen à ſole immediate immiſſum eo quod à luna immiſſum ob lunæ virtualem qualitatem quæ cum ipſo immittitur & in cuius virtute operatur,humectat, & à ſole deſſicat,ſic dico poſſibile eſſe vt propter diſpoſitionem materiæ & aliquam cœleſtem influentiam ſibi incorporatam ignis infernalis vt calefaciat, affligat & non conſumet. Partim

etiam ex diſpoſitione quam in reſurrectione corpora illa recipient,ſicuti ſunt animalia quædam quæ in mediis ignibus viuunt quod verius ex diuinæ iuſtitiæ ordine corporum talium inconſummabilitas euenit, ille enim ordo exigit vt corpora talia æternis ſuppliciis fore permanſura & ideo aſſiſtente influentia Dei generali ad hoc vt ignis infernalis illa corpora fortiter calefaciat, affligat & non conſumet. Ideoque ignis infernalis non ſolum ſpiritualiter ſed etiam materialiter eſt in corporibus per calefacere, affligere & non conſumere.

1. *opinio.* Quo vero ad ſpiritus ſeperatos quibuſdam viſum fuit non niſi per deſiderati boni priuationem affligi,ex qua priuatione tanquam quodam malo ipſis præſenti & obiectiuato triſtitia in eis vehemens generatur,vt anima quæ corporalium voluptatum in corpore fuit amatrix illa diſpoſitio propter vſum imprimitur in ea & inhæret vehementer deſiderium eius ad illam, per mortem vero poſt inſtrumento rei deſideratæ amiſſo remanet deſiderium eius & amor & ſic cruciatus ineffabilis. Sed ratio hæc non eſt vera cũ non ad omnes ſpiritus incorporeos ſe extendat,ſicut ſunt mali angeli qui igne corporeo cruciabuntur & non per deſiderati boni priuationem cum natura incorporei ſunt.

2. *opinio.* Nonnulli dixerunt ſpiritus ſeparatos igne incorporeo cruciari non vt contentum in contrario contentiuo & per eorum aſſiſtentiam in igne & inſiſtentiam ſed per conceptum quo ignem in corpori

corporibus cruciabuntur paratum intuentur, vt latro in ligno ſuſpendendus ipſum conſpiciens in eo cruciandum affligitur. Sed hæc ratio ſi de anima verificari poſſit quæ corporis pars eſt & cum corpore vnienda nullo modo ad malos angelos applicari poteſt qui illo igne in perpetuum cruciabuntur & tamen incorporei ſunt.

Aliquibus taliter ſpiritus ſeparatos cruciandos placuit,ſcilicet quod corporeo igne cruciantur inquantum intellectui eorum ſuperexcellens illius ignis ſimilitudo imprimitur quare, illa perpetualiter obiectata perpetualiter ingeret triſtitiam,quæ opinio non ſatisfacit eo quod non ſic excellentia intelligibilis lædit intellectum ſicut ſenſibilis excellentia ſenſu, quia poſt excellens ſenſibile ſentiendo impeditur ſenſus: ſed intellectus poſt excellens intelligibile non minus intelligit infima, imo magis quia ſenſus apprehendit per organum corporeum: intellectus autem non. Nec poteſt dici quod ignis ſit obiectum improportionabile intellectui cum poſſit intelligere & id quod igne ſuperius eſt & inferius. *3. opinio*

Quidam alij imaginati ſunt ſpiritus ſeparatos corporeo igne cruciari: non inquantum ipſum apprehendunt apprehenſione ſimplici, ſed cum firma exiſtimatione quia eſt ſuæ naturæ contrarius: quamuis falſa ſit exiſtimatio,quæ opinio inconueniens & improbabilis videtur,quoniam ſecundum hoc ſpiritus incorporei ab igne corporeo nō paterentur.Sed à falſa exiſtimatione. Item non eſt probabile quod mali ſpiritus qui ingenij *4. opinio*

ſub

ſubtilitate vigent illum ignẽ ſuæ naturæ cõtrarium & læſiuum exiſtiment niſi ita eſſet in re vel ſi hoc eſſet verum, ſequeretur quod ſpiritus illi poſſunt affligi & nõ affligi, ſed hoc eſt falſum vt vniuerſalis theologorum & fidelium tenet ſchola, antecedẽs probatur quia cum exiſtimatio ſit à falſa opinione nõ magis eſt in vno extremo quàm in altero contradictionis extremo ſi ſic ſi affligũtur per falſam exiſtimationem poſſunt nõ affligi per non exiſtimationem, imo cui exiſtimatio eſt accidens poteſt adeſſe & abeſſe igitur affligi & non affligi. Præterea ſubiectũ omne ſuiipſius cõſeruationẽ eſt quæſitiuũ maxime quando àſeipſo conſeruatio dependet ergo cum ipſi ſpiritus ſubtilitate intellectus vigeant dirigerent velle ad non affligi potius quam ad affligi.

7. opinio. Alij exiſtimarunt quod ſpiritus ab igne corporeo patiuntur nõ per virtutẽ illius naturæ abſolutæ: ſed inquantũ eſt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ nam videmus res multas actiones in virtute agentis principalis habere quæ eis abſolute non competerent, verbi gratia calor naturalis in virtute animæ nutrimentum conuertit in carnem lumen ſolare a luna receptum & cum virtute lunæ ab ea deriuatum in virtute lunæ generat humiditatem: fantaſma in virtute intellectus agentis mouet intellectum poſſibilem: ſed poſitio hæc in tribus deſſicit. Primum eſt quod ſecundum eam ille ignis non affligit ſpiritus vt inſtrumentum eo quod neceſſe eſt quod inſtrumento, ſit aliqua naturalis aptitudo ad illam actionem ad quam virtute motoris applicatur ſicuti

patet

patet de ſecuri reſpectu actus ſindendi & in malleo reſpectu actus conterendi. Secundum eſt quod non videtur probabile virtutem ſupranaturalem immediate eſſe in re corporali ſicut in ſubiecto ita vt ſit ibi manens & nō in fieri, aliud eſt quia videmus lumen naturale rationis per quod ſolum intellectus nullo modo poteſt attingere ad viſionem Dei: cooperari cum lumine gloriæ ad illam viſionem ideo dico quod ignis infernalis non obſtante quod ſit corporeus ſpiritus affligit inquantum eſt diuinæ iuſtitiæ inſtrumentum, quia eos affligit afflictione ad quam diſponit virtus naturalis illius ignis, nec tamen qualemcunque afflictionem poteſt cauſare in illis ſpiritibus niſi in virtute increatæ iuſtitiæ principaliter illos ſpiritus punitiue motiuè & directiuè talem ignem ad ſpirituum cruciatum in illo enim igne eſt naturalis aptitudo vt eius ſpecies recipiatur in intellectu ſpiritus increati. ſed quod per talem modum in illo intellectu imprimatur & cum tali vehementia quod ita ſe reuocet & intentionem ipſius ſpiritus conuertat quod ita notabiliter impediatur vt in aliarum conſiderationem contra ſuam voluntatem quod tale impedimentum ſit pro graui onere ſibi ſit. Vnde concludēs ſpiritus ſeparati per ignem corporeum affliguntur non vt inſtrumentum abſolutum. Sed vt inſtrumentum aptitudinale & appropriatum diuinæ iuſtitiæ ad cremationem, eo quod in igne eſt corpulentia ipſa actiuitas ſubiectata in corpulentia & directiuitas diuinæ iuſtitiæ non habet ignis cremare ac affligere ſpiritus

ritus ſub ratione corporeitatis ſed ratione virtutis in ipſo ſuſtentatæ & ſubiectatæ, quæ ſpiritualis eſt & vt mora a diuina iuſtitia habet applicari ad ſpiritus ſub ratione virtutis propriæ quæ habet comburere & non conſumere.

CAPVT III.

Concupiſcentia.

DE quo eſt infernus?

Veritas. Dico quod primitiue non eſt de aliqua materia præter illam quæ ipſi ac rebus aliis creatis eſt prima & communis ex qua eſt in eſſe. Nihilominus intrinſece de materia eſt illa primo creata quæ ſuperioribus ac inferioribus corporibus eiuſdem rationis eſt. Poſſeſſiue Dei eſt vt eius iuſtitiæ inſtrumentum perpetualiter afflictiuum ac omnium immunditiarum contentiuum ob hominũ demoniumue cruciatum factum & creatum.

CAPVT IIII.

Concupiſcentia.

QVARE eſt infernus?

Veritas. QVIA ſua intrinſeca principia materia, ſcilicet & forma perpetualiter exiſtunt. Vnde ipſe perpetualiter exiſtit. Nam materia per contrarias diſpoſitiones formã inferni ex eo tũc quo recepit non habuit, ob id ſuus appetitus eiuſdem eſt completus & terminatus, quod per naturale agens forma illa corrumpi non poteſt. Quapropter æuiternaliter exiſtit tamen quo ad finem vt Dei iuſtitia in affligendo purè reluceat exiſtit, ſicuti paradiſus vt pura felicitas & mun

& mundus hic vt iuſtitia miſericordiæ obuia cognoſcatur, qua de re neceſſe eſt vt locus ſit aliquis in quo iuſtitia ſe exerceat ad minus citra condignum non anihilando res circa quas operatur.

CAPVT V.

QVANTVS eſt in ſe infernus? *Concupiſcentia.*

EXTENSIVE paruus eſt, quare mors in inferno depaſcit tanquam oues non conſumptiuè eos, vt ergo pœna intentior ſit paruus requiritur locus, quia virtus vnita fortior & penetrabilior, intenſiue vero maximus eſt quare deſiderabunt mori & mors fugiet ab eis, licet extenſiue paruus ſit, lata tamen eſt via ipſius quod poteſt intelligi, vel reſpectu loci ad quem, vel reſpectu mobilis quod vel reſpectu quo mobile mouetur ad terminum ſui motus: dico quod magnus eſt magnitudine diſcreta quo ad mobile quod tendit, quia gentiles omnes alij de quauis ſecta ad ipſum tendunt. De fidelibus vero vnum dicam quod totus mundus poſitus eſt in maligno. Quantum vero ad quo magnus & latus eſt infernus, quoniam homines carni potius incumbunt, demonij iuſſibus ſubſunt quam Dei, igitur neceſſum eſt quod magnus ſit & facilis deſcēſus auerni, ſed infernus quo ad quem paruus eſt cum ſub terra contineatur quæ paruitate tanta eſt, quod in aliorum elementorum planetarum, cœlorum ac beatorum loci nihil eſt ſed probabiliter dicere poſſumus per oppoſitionem ad terreſtris paradiſi *Veritas.*

radiſi locum qui millceariis ſpatio circunfertur. Vnde ſicuti duarum inſularum, videlicet Siciliæ & Angliæ ſimul ſumptarum quantitas ſic & inferni locus ſub terra eſt ille in amœniori parte & tranquiliori terræ loco quaſi globum lunæ tangens hic in infimiori & obſcuritate pleno. inperſcrutabilis nihil fecius eſt punctus iſte illi ſolum cognitus qui ad ſuam iuſtitiam exercendum ipſum infernum creauit & quibus ea depaſcuntur patet.

CAPVT VI.

Concupiſcentia. SVppoſito quod infernus (vt communis tenet opinio) ſubterraneus locus ſit quæro qualis ignis in ipſo eſt.

Veritas. OMNIMODAM certitudinem de infernali igne intellectus noſter non intuetur. Vnde Auguſt. dicit ignis æternus cuiuſmodi ſit neminem ſcire arbitror, niſi forte cui ſpiritus diuinus oſtendit, ex dictis enim ſacræ ſcripturæ conſtat ignem ibi eſſe ſed qualis ſit non poteſt efficaciter ex illis dictis concludi ſed per illud Lucæ dec. ſex. de diuite epulone qui dicit ad Abraham mitte Lazarum vt intingat extremum digitti in aqua vt refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma ignem corporum probabiliter dici poteſt quoniam flamma ignem nominat corporeum licet ex hoc dicto potius oppoſitum quam propoſitum fortius concluditur ſic talis erat flamma quæ illum cruciabat qualis erat lingua quam habebat & qualis aqua

aqua quam petebat,ſed cõſtat quod lingua quam habebat non erat corporea nec digittus Lazari corporeus nec aqua quam petebat corporea,quia nihil ei valuiſſet, ergo nec flamma quæ eum cruciabat erat corporea : Nihilominus ex dictis Greg. 4. dial. hac probabili ratione ignem corporeú inferni eſſe dicimus dicit enim Gregorius: ſi diabolus eiuſque angeli cú ſint incorporei corporeo igne ſunt cruciandi,quid mirum ſi animæ etiam anteaquam recipiant corpora poſſint corporea ſentire tormenta,& parum ante prealegatam authoritatem eiuſdem libri,dicit ſi viuentis hominis incorporeus ſpiritus tenetur in corpore, çur non poſt mortem incorporeus ſpiritus etiam corporeo igne teneatur,ſed ab illo à quo poteſt detineri ſpiritus poteſt cruciari:Ergo ſpiritus ſeparatus ab igne corporeo poteſt cruciari , item pœna reproborum debet proportionaliter reſpondere ſimpliciter oppoſitiue præmio bonorum: Sed beati non ſolum præmiabuntur in anima ſed in corpore,ſed ille ignis niſi eſſet corporalis non affligeret corpora damnatorum.

CAPVT VII.

VBI infernus eſt?

RESPONDEO ſicut dicit Aug.19. diſt.c. 13.ordo eſt pariú diſpariumque rerum ſua cuique loca tribuens diſpoſitio : Sed ſicut dicit 5. de ciuit. Dei cap. 9. Deus nihil inordinatum relinquit,ergo Deus vnicuique rei locum conuenientem tribuit.loca autem non ſunt rebus conue- *Concupiſcentia.* *Veritas.*

nientia:niſi earum conueniant ponderibus vnicuique, ergo rei tribuit locum cõuenientem ſuo ponderi,ſed ſicut dicitAuguſt xiij.confeſſio.longe poſt principium pondus meum amor meus, & 11.de ciuit. cap. 28.ita corpus põdere ſicut animus amore fertur quocunque fertur, quod ergo eſt pondus in corporibus hoc eſt amor in creaturis rationalibus: Sicut ergo Deus ordinat corpora in ſuis locis ſecundum exigentiam ſuorum naturalium ponderum ſic ordinat creaturas rationales in locis ſecundum exigentiam ſuorum affectuum, & ideo ſicut electi ſunt in cœlo quia in ſuo amore cœleſtia terrenis præpoſuerunt,ita reprobi per diuinam iuſtitiam ſunt & erunt in loco infimo,quia in ſuo amore infima & terrena ſuperioribus& cœleſtibus prępoſuerũt. Locus autẽ infimus eſt in medio terræ,quia locus omniũ infimus eſt in cẽtro.Vnde glo. ſuper illud Ionæ ij proieciſti me in profundum in corde maris dicit, quod ſicut cor eſt in medio animalis ſic infernus in medio terræ perhibetur. Medium autem terræ cum ſit in centro ſubterreſtri. Vel ſic hoc perſuaderi poteſt quia ſicut eſt grauitas & leuitas in corporibus ſic triſtitia & lætitia in ſpiritualibus, lætitia enim & triſtitia ſunt quaſi pondus & inclinatio ſpirituum: Sed per grauitatem corpora tẽdunt deorſum per leuitatem vero ſurſum, ergo ſimiliter locus conueniens ſpiritibus in perpetua exiſtentibus lætitia maxime reaſumptis corporibus debet eſſe ſurſum,locus vero conueniens ſpiritibus exiſtentibus in triſtitia debet eſſe deorſum: vnde dicitur Iſaiæ 14. infernus ſubtus conturbatus

turbatus eſt in occurſum tuum. Et articulus fidei quod Chriſtus deſcendit ad inferna, quod exponens Apoſtolus epheſ. tertio dicit quod eſt quod aſcendit, niſi quia primum deſcendit ad inferiores partes terræ, ergo infernus eſt ſub terra.

CAPVT VIII.

QVANDO eſt eſſeitas inferni. ESSE inferni duo dicit vel id quod eſt in ſe & hoc modo dico quod eſt in æuiternitate, ſicuti & alia æuiterna. vel dicit eſſe quod eſt diuinæ iuſtitiæ inſtrumentum, & huiuſmodi eſt in tempore peccatoque perpetrato æuiternitate tamen menſurabitur, cuius ignis per naturam aliqui dixerunt perpetuatur, quia ille ignis eſt ibi in ſua materia propria, & cœleſtis influentia quæ ad terræ centrum immittitur à quolibet puncto, perpendicularis radius cœli eſt ibi in illa proportione in qua eſt conſeruatiua ignis in materia propria ſicut in circunferentia quantũ enim tali influentiæ, per elongationem à cœlo detrahitur tantum per fortitudinem radiorum perpendicularium à quolibet puncto cœli immiſſorum ad centrum recompenſatur. *Concupiſcentia. Veritas.*

Sed hæc opinio non eſt vera quia cœleſtis influentia quam requirit ignis in ſua materia propria repugnans, ſit illius influentiæ proportioni quam requirit pura terra, vnde non eſſet naturale terræ tendere ad centrum, ſed magis centrum reſurgere: nec eſſet terra ita pura verſus centrum ſicuti in ſuperficie. Alij autem in aliena ignem *Reprobatio.*

perpetuari materia per virtutem ſupranaturalem ſicut non naturaliter ſed vt agens ſecundarium primæ cauſæ cum aptitudine ordinatum in ſpiritum agit,ſic eandem ob virtutem in tali perpetuabitur materia quæ opinio duo ſupponit falſa.

Reprobatio. Primum quod virtus & actio non eſſet à forma ſed à materia quod eſt falſum, falſitas, patet ſequela probatur, quia ignis igniret affligeretue non vt ignis ſed vt illa materia in qua eſt ignis igniret,quare actio non ab igne ſed à materia in qua eſt,ſequeretur etiam quod non magis per ignem affligeret quam per quodlibet aliud creatum, ſequitur aliud quod contradicit ſibi ipſi quoniam dicit ignem in alia materia perpetuari ad cremationem à diuina iuſtitia diſpoſitum ob eius aptitudinem tunc ſic nulla aptitudo poteſt competere alicui à ſuo ſubiecto, ſed ignis habet ignire quia eſt ignis,ergo & perpetualiter ignire ſi ſic, ergo non vt eſt in alia materia eo quod actiones cum ſuppoſitorum ſint non formæ tantum nec materiæ tantum ſed coniuncti, quod non eſſet niſi quia forma materiæ propria eſt forma & materia illius formæ per ſe materia, quare concluſionaliter dico quod ignis in propria perpetuabitur materia, quæ ſiccitatem ac caliditatem igneæ formæ ob inſiſtentiam formalem,ita quod illa talis cui communicatur ſit ipſa & ob ipſam & non ſit quid ipſum perpetuationiſque talis ſimpliciter cauſa,eſt diuinum velle quod ignem ad ſuæ diuinæ iuſtitiæ exercitium præordinauit diſpoſuitue ad pœnam culpæ æternæ;ob id æuiternaliter perpetuabitur: cauſa

cauſa vero ſecundum quid eſt ob inordinatam & confuſam elementorum vnionem, quorum tria ac aliquales partes trium, quæ ad vniuerſi perfectionem non ſunt in inferno ad ſe inuicem vnita erunt, & materiæ igneæ proportionata vt ipſius ignis materia fient, & cum talium formę ob contrarietatem ad ſe inuicem vnitam vim ſimul contra ignem non habeant ſed remittentur vt ignis ſubiecta erit materia, quare materia ignis erit ſicca, ratione terræ frigida, ratione aquæ calida ratione ignis & caliginoſa ratione aeris. Vnde licet violenter quo ad modum & motum ſint tamen ob primæ cauſæ actionem ad cuius actionem ſunt & operantur tanquam in proprio & in eadem ſphæra erunt. Ideo eſſe in aliqua materia ſtat tribus modis vel formaliter, & ſic hoc in ſenſu compoſito poſſibile non eſt, cum quælibet materia propriam habeat formam nunquam ſiue aliqua exiſtens forma: duæ enim totales formæ eſſent in eadem materia vel virtualiter, & ſic nec poſſibile eſt quia omnis virtus eſt à forma maxime cum ſit finita quæ per contactum agit. Vnde formam illius materiæ etiam ſupponeret. Aut identice & ſic ignis poteſt eſſe in alia materia quæ identificetur ſi non numeraliter ad minus in ſpecie proportionis.

CAPVT IX.

QVOMODO eſt ignis inferni. *Concupiſcentia.* Dico quod ignis gehennæ quantum ad id quod in eo de eſſentia ignis eſt eiuſdem ſpe- *Veritas.*

ciei eſt cum igne elementali.Et quia materia diuerſa eſt numeraliter, licet eadem proportionaliter ſit quo ad diſpoſitionem diuerſificatur, ratione cuius ſibi competit aliqua diuerſa actio quæ igni elemẽtali & in propria materia indiuiduali nõ conuenit.Ignis enim in aliena materia in actionibus ſuis ſecundum materiæ diſpoſitionis indigentiam diuerſificatur vt in fulgure patet, ibi ignis aſpectum habet ad diuarſas materias ſecundum diuerſitatem materiæ & cœleſtis influentiæ in ipſa incorporatæ. Vnde aliquando materiam mollem non lædit & diſſoluit duram: aliquando calefacit & non comburit. Ignis tamen ille nõ lucet,licet in propria materia ſit,aut quia nimis rarus eſt vt in propria ſphæra aut quia circunfuſus terreſtribus fumis & vaporibus groſſis & torpidis vt eſt in inferno,vel quia ignis ille carbo eſt qui corporeus nõ eſt, cum duo corpora ſimul naturaliter eſſe non poſſunt, & per conſequẽs duæ formæ ſpecificæ. Sed notandum eſt quod ignis in triplici eſt differentia, ſcilicet purus incorporatus & permixtus. Primus vt in propria materia,ſecundus vt in aliena:ſcilicet in terra in aere: tertius vt ſulphureus & fumoſus. Primus eſt lux & pure lucet & abundanter. Secundus eſt ignis carbo & flamma. Hic autem lucet & tenebram expellit. Tertius eſt ignis fumoſus hic talis tenebroſus qui erit in inferno, lux illuminat oculum ad videndum aut delectabilia vel indifferentia aut ad videndum triſtia & horribilia: primo & ſecundo modo non eſt in inferno,non primo quia deſiderabunt

tabũt m ori & mors fugiet ab eis,ac in ſtatu gloriæ non ſunt,non ſecundo quia in via non ſunt in qua actus ſunt:indifferentes,quare ita eſt ad hoc quod poteſt eſſe ad oppoſitum, bene tamen eſt, tertio modo. Triplex lucis actus corporalis eſt ſcilicet manifeſtare,dirigere & delectari,quantum ad primum lucis actum damnati extra lucem omnino non erunt quia aliqua eis erunt manifeſta,ſed illa quæ ad pœnæ cumulum fiunt, quo vero ad ſecundum actum totaliter extra lucem erunt quoniam extra viam & tempus ac bene agendi locum : quantum ad tertium quia nihil cognoſcit actu in quo delectentur erunt omnino abſorpti à pœnarum multitudine ita vt non liceat eis delectabile aliquod cogitare?

CAPVT X.

CVM quo eſt infernus? *Concupiſcentia.*
INSTRVMENTALITER mediate citra cõdignum eſt cum iuſtitia Dei æternæ pœnæ deditos affligens ſine anichilatione cum igne immediate non ſolum contentiue,ſed effectualiter inflictiue homines cum corpore & anima vt res detentæ & afflictæ æternaliterue in tali carcere amancipatę ſpiritus,nõ ſolum quo ad eſſentiam ſed etiam cum omnibus potentiis in afflictione & triſtitia omnibus cruciatibus paſſibilis:eo quod pœna debet correſpondere culpæ ad minus citra condignum,quare cum non ſolum illi in anima & in corpore eſſentialiter & potentialiter, iſti etiam non præciſe eſſentia ſed *Veritas.*

cum potentiis culpam perpetrarunt in Deum qui æternus eſt:ergo pœna debet correſpondere culpæ æternæ quæ eſt parata diabolo ac angelis eius eiuſque imitantibus veſtigia præſcitiue ab æterno effectiue per contactum æuiternaliter à qua nos Dominus Ieſus vniuerſorum iudex liberet.

De æuiterno quo ad paradiſum ſeu gloriam.

CAPVT I.

Concupiſcentia. STVDIOSORVM mos eſt, & is plene laudabilis, vt cælebertimorum ſcriptorum volumina per legentes, annotent ſæligantque non parum multa, quæ memoratu digna eſſe videantur, hoc, hiſtoriarum naturæ typum Plinium illum multiſcium fatitaſſe tradunt, qui nihil vnquam ipſe legit, quod non exerperet: vnde dicere ſolebat, nullum librum eſſe tam malum, vt non aliqua ex parte prodeſſet. Idem ego, quæ omnium ſum ſitientiſſima, at quia ars longa eſt, vita breuis, iudicium difficile, & experimentum impoſſibile: vt aquę ſalientis in vitam æternam, verum fontem inueniam: omniumque ſentẽtiarum Enchiridion habeam, ac cunctarumue ſcientiarum methodum poſſideam: te, (preciſis aliis) totam àdipiſci ſcrutata ſum. viſo ergo de inferno, vtrum ea quæ de aliæ vitæ gloria, & paradiſo prædicantur, vera ſint.

Veritas. GLORIA triplex eſt. ſcilicet, falſa vel deceptiua, imperfecta vel diſpoſitiua, & perfecta ſeu

præmiatiua. Primam in afluentia,& diuitiarum poſſeſſione,vna opinio conſtituebat,quam huius ſeculi filij tenent. Beatum (inquit dauid) dixerunt populum cui hæc ſunt:alia opinio in honore & reuerentia:quæ ab aliis exibetur,eandem hanc beatitudinem eſſe, imaginabatur : quam amplectebantur Phariſei , quare primas in ſinagogis Cathedras amabant , & ſalutationes in foro. In fama & gloria humana , opinio alia illam collocabat. Quædã verò opinio in poteſtate dominãdi, eandem ponebat. Quæ omnes opiniones falſæ ſunt , quia beatitudo eſt bonum ſufficiens, quale bonum habet, cui nihil deeſt ; & cum habentibus diuitias , honorem , famam & imperium , multa defficiant. immerito ea ipſi beati apellantur. Alia quæ quinta opinio eſt aſſerit, beatitudinem poſitam eſſe in bonis corporis , vt in fortitudine,pulchritudine & ſalute,quod omnimodè falſum eſt , nam homo in fortitudine , à leone ſuperatur, diuturnitate vitæ ab elephante, à coruo in velocitate , homo autem beatitudine vera cætera animantia vallo inefabili expellit. Sexta opinio in afluentia deliciarum poſitam eſſe beatitudinem , hic eſt ſarracenorum error ex eo enim pecudes eſſe beatas , quod ridculum eſt. Anima rationalis præciſe eſt boni infiniti capax & deliciæ corporeæ limitatæ & diminutæ ſunt paſſiones : quapropter in illis non poteſt conſiſtere beatitudo.

Pſal.143. *Math.23*

Secunda eſt imperfecta vel diſpoſitiua , qua perfectè & vltimatè quis non reditur : & eſt, diſponit tamen ad vltimi boni adeptionem, & hac in *Math.5.*

in ſpiritus paupertate, in mæſticia, in luctu & perſecutione, in ſiti & fame, in charitate, vel cordis munditia, animique pacificatione cõſiſtit, & talis eſt in via.

Tertia perfecta dicitur & præmiatoria, quę in aliquo bono creato non conſiſtit. (dicit enim magiſter veritatis Criſtus) qui biberit ex hac aqua, ſitiet iterum. Vbi de bonis creatis, quæ non explent animam cum finita ſint, loquebatur. quia beatitudo ſtatus omnium bonorum agregatione perfectus eſt, & qui non habet Deum, omne bonum non poſſidet, imo & bonum. Ideo in ſolo bono increato conſiſtit hæc beatitudo. hæc eſt
Ioan. 17. vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum, &
pſal. 102. alibi, qui replet in bonis deſiderium tuum. quoniam habenti Deum per claram viſionem nihil deſiderandum reſtat, ſatiabor cum aparuerit gloria tua, quod beatitudo hæc perfecta & præmiatiua ſit. Patet primo ratione efficientis quod Deus eſt: nam Deus eſt, ergo beatitudo eſt: antecedens patet. ex iis quæ diximus in tractatu de Deo, conſequentia probatur quia poſito principali, ponitur & acceſſorium. item effectus neceſſario: concomitatur cauſam neceſſariam ita quod non poteſt non eſſe: cauſa poſita in eſſe, & ſimpliciter cauſante eſſe: ſed beatitudo eſt effectus bonitatis Dei imo ipſe Deus. Ergo cum Deus ſit in eſſe, eſt & beatitudo: hoc etiam ex parte rationis formalis beatitudinis manifeſtũ ſit, ratio formalis beatitudinis ſecundum quid eſt: Ergo beatitudo ſimpliciter. conſequentia patet: quoniam ens per participationem

tionem tale,ad ens ſimpliciter tale, habet imitationem & analogiam. Antecedens probatur, quia in via eſt beatitudinis appetitus, fides & ſpes eiuſdem, per quas viuimus in iuſtitia.

Quid eſt beatitudo in ſe.

CAPVT II.

POSTQVAM beatitudinem ex præhabitis audiuerim: nec non bonũ perficiens, ſufficiẽs & terminãs eandem eſſe conceperim. Sed quid in ſeipſa ſit nunc ſcire vellem. *Concupiſcentia.*

BEATITVDO actus, & non habitus eſt: quia homo ſecundum hãc beatus eſt, quo ad Dei ſimilitudinem maximè pertingit: ſed penes hoc: quod actu agit, Deo maxime aſſimilatur. quia ſic maxime eſt à potentialitate remotus: ergo actus, & nõ habitus eſt beatitudo. Vel melius, eſt actus in habitu, quoniam cum per beatitudinem, beatificabilis potentia, vel beatificata, vniatur cum obiecto beatifico: quod perficit, ſatiat, permanenter, & non tranſeunter, Duo concernit, ac connotat, ſcilicet, actualitatem vnibilium, in vi vnitiua, & permanentiam virtutis vnitiuæ, potentiæ, & obiecto Ergo, ratione actus, quo vniuntur, actus eſt beatitudo. Et quia permanenter vis vnitiua, eſt in vnitis, ille actus eſt in habitu. *Veritas.*

CAPVT III.

QVID habet in ſe beatitudo? *Concupiſcentia.*

BONITATEM, magnitudinẽ, duratiõnẽ poteſtatẽ voluntatem, virtutem, veritatem, & gloriam, *Veritas.*

riam,ac eſt omne bonum habens ratione bonitatis,ex natura rei,eſt communicabilis,per magnitudinem,eſt plena, itaquod, non ſecundum paruitatem ſed omnem perfectionem, eſt in potentia proxima, & per poteſtatem, cum voluntate, neceſſario, vel ſecũdum propoſitum,communicatur virtuosè, verè, & completiuè, ſatians potentiam,cuius eſt obiectum.

CAPVT IIII.

Concupiſcentia. Veritas. QVID eſt beatitudo in alio?

QVIA beatitudo in alio capitur tripliciter, aut per eſſentiam, aut per influentiam, ſeu inherentiam, & per redundantiam Beatitudo in alio per eſſentiam dicitur illa fœlicitas infinita,& quies ſine imperfectione,& deffidientia eadem realiter, & eſſentialiter ei in quo eſt: cuiuſmodi eſt in Deo. nam ſtatus omnium bonorum, aggregatione perfectus, eſt idem eſſentialiter cum Deo: quia à ſeipſo eſt, beatus, per ſeipſum beatus eſt,& ad ſeipſum beatitudo terminatur. Beatitudo in alio per inherentiam, dicitur perfectiſſimus actus quo anima vnitur obiecto: ſcilicet clara viſio, finitio.& tentio.at beatitudo in alio per redundantiam eſt illa perfectio; quæ alicui competit, per coniunctionem ipſius ad id cui ipſa perfectio primo ineſt, cuiuſmodi eſt beatitudo in corpore glorioſo, ex coniunctione eiuſdem cum anima.

Concupiſcentia. ERGO Deus eſt beatus per eſſentiam:anima per influentiam, & corpus per redundantiam, ſed

ſed contra primum dictum dubitatur. quia quod eſt eſſentialiter tale,non poteſt non eſſe tale,ſed Deus eſt per eſſentiam beatus : ergo non poteſt eſſe, non beatus,ergo non poteſt eſſe miſer. Sed Chriſtus verè paſſus eſt, qui Deus eſt.igitur aut dicendum quod Deus non ſit per eſſentiam beatus, aut quod mortuus non fuerit, quæ aſſerere heretici eſt.

Licet theologorum ſchola, hanc difficultatem indifferenter diluat, tamen ſubtilius rem ſcrutans. Notandum eſt quod natura diuina, licet ſit vnita naturæ humanæ in verbo : non tamen aſſumpſit naturam humanam : quia naturæ humanæ ſuppoſitalis dependentia, non determinatur ad naturam diuinam : alioquin pater eſſet homo, & ſpiritus ſanctus, ſicut & filius, quia æqualiter eſt natura diuina in tribus, ſed terminatur ad perſonam verbi. Igitur ſola perſona verbi aſſumpſit naturam humanam, quapropter idiomatum communicatio in Chriſto eſt mutua prædicatio concretorum vtriuſque naturæ de ſe inuicem & de nominis ſuppoſiti in ſubſiſtente. Concretorum dico quia abſtracta non prædicantur de ſe inuicem: quoniam & ſi homo eſt verbum, Chriſtus Deus. Tamen natura humana non eſt natura diuina nec humanitas eſt diuinitas, nec humanitas eſt verbum, Deus, nec Chriſtus. Concreta in propoſito ſupponunt pro ſuppoſito & naturam connotant, vel ambas, vt Chriſtus. Vel alteram tantum, humanam, vt homo, mortalis, genitus ex virgine, paſſus, ſepultus, reſurgens, aſſendens: & huiuſmodi, vel *Veritas.*

diui

diuinam:vt Deus, verbum, filius patris, creator, impaſſibilis,æternus, infinitus & ſic de aliis:omnia hæc pro eodem ſupponunt quia pro ſuppoſito quod eſt ſubſiſtens in duabus naturis: ſed non idẽ connotant.Chriſtus enim eſt quid connotatiuum vtramque naturam: cætera verò humanam præciſè, vel diuinam tantum. Ideo ad argumentum dico, quod licet Deus, & homo beatus,& paſſus pro eodem ſupponent, non tamen idem connotant: vt eſt genitus xe virgine, paſſus,hoc eſt, vt connotat naturam humanam tantum. At vt impaſſibilis,ex ſe glorioſus, & per eſſentiam beatus: vt connotant naturam diuinam tantum & dicitur Chriſtus vt vtramque connotat naturam: Ideo argumentum falax eſt & ſtat in æquiuoco de eo quod ſupponit ad id quod connotat quo ad hanc naturam.

concupiſcentia. DVBITATVR ſecundo circa id, quod fateris animam per influentiam eſſe beatam, quod falſum videtur,tũ quia anima eſt finitæ naturæ, & eſſentiæ, & beatitudo infinita, ſed nullum infinitum capitur à finito, nam non infinitum, ſed limitatum eſſet, quicquid recipitur per modum recipientis recipitur, tum quia eſſet accidens, & ſic poſſet adeſſe, & abeſſe ipſi animæ: præter animæ anihilationem:quæ ſunt duo abſurda, quod patet, nam quod eſt de eſſentia cauſæ vniuerſalis, quia propter id eſt, poteſt eſſe & de eſſentia & effectus dependentis à cauſa vniuerſali, maximè quando effectus imitatur cauſam quo ad ſuũ eſſe naturale, ita quod imitatio effectus ad cauſam:eſt eſſe ipſius effectus: à cauſa,ſed Deus,

Deus, eſt Deus: quia beatus, & bonus, ergo anima, eſt anima: quia ad imaginem Dei, & illius beatitudinis capax facta eſt, ergo beatitudo non eſt in anima per inherentiam, ergo erit per eſſentiam: ſed hoc eſt falſum: quia tunc ipſa eſſet de ſubſtantia Dei: & ſic infinita.

VT difficultatem omnem præſcindas: ac ego tecum iungar. notandum eſt quod adiacentia multiplex eſt, ſcilicet ſecundum naturam eſſentiæ, adiacens quo ad eſſe, & talis perfectio quædam contingens eſt, ſubiecto aduenìens poſt eſſe eius completum, quæ ad formæ ſubſtantialis generationem producitur. Ideo eſt realitas aditalis eſſentiæ quo ad eſſe, quædam verò eſt adiacentia eſſentiæ, quo ad fieri adiacens, & ad eſſe, vt propria paſſio reſpectu ſubiecti: quæ quo ad fieri adiacere dicitur ratione aptitudinis, quæ neceſſaria eſt, & ſemper in ſubiecto exiſtens: quo ad eſſe verò reſpectu eiuſdem in actu, quæ adeſt, & abeſt cum poſſe, ſubiecto præter ſubiecti corruptionem, & hæ duæ adiacentiæ ſunt quo ad completum eſſe, ob id ſecundum naturam appellantur adiacentiæ, alia eſt adiacentia quod ad perfectum eſſe ſubiecti: & hæc penes naturam dicitur, ſed non ſecundum naturam, ſicut poſſe habere fidem, & poſſe habere charitatem: ita penes naturam hominis eſt, quod naturæ caprinæ non competit, at habere fidem, & habere charitatem gratiæ eſt homini, quapropter dicitur adiacentia non ſecundum naturam. Alia autem eſt adiacentia quo ad optimum eſſe ſubiecti: hæcue eſt competitiua ſubiecto ad naturam ipſius, Veritas.

ſius, non ſecundum naturam, nec penes naturam vt beatitudo quæ adiacens eſt ſubiecto, ad optimum eſſe ſubiecti: & gradum formæ totalis ſubiecti, quæ humanitas eſt. Ita quod per talem realitatem adiacentem ſubiectum acquirit quicquid ſuæ naturæ, vt tale eſt, competere poteſt: his poſitis reſpondeo ad argumentum quod alio modo beatitudo eſt in Deo, & in anima noſtra: nõ ſolum hoc dico de eſſe beatitudinis, quia clarum eſt in Deo per eſſentiam eſſe, & in anima per participationem: ſed etiam quo ad modum habendi beatitudinem, quoniam Deus eſt beatus ſecundum naturam, penes naturam, & vt ad naturam: anima autem noſtra tantum modaliter, & quoad poſſe habet beatitudinem penes naturam, & ad naturã. Ideo beatitudo eſt ad eſſe Dei, quod eſſe, eſt perfectum, & optimum: & ex hoc Deus, ideo Deus, quia beatus, & bonus, non, debet hoc, tamen concludi de anima, vel de ſpiritu rationali, nam effectus maximè æquiuocus non debet imitari cauſam quo ad ſecundum naturam: ſed benè quo ad modum penes naturam & ad naturam: Hoc eſt quod non repugnet tali naturæ imitari cauſam quantum poteſt, & quod ad talem cauſam ſit ordinata, vt ad finem gratia cuius.

Concupiſcentia. TERTIO dubitatur, circa id quod dicitur, corpus humanum eſſe beatum per redundantiã beatitudinis animæ quod videtur falſum. Nam quãdocunque aliquid eſt alicuius origo per redundantiam, ſimilitudo eſt vtrobique, & vniuocatio: ſed claritas corporis, & ſpiritus ſunt claritates æquiuocæ: ergo hæc non redundat in illa. Imò

quod

quod eſt ab alio per redundantiam, illo ſeparato iam non ineſt: ergo ſi anima ſepararetur à corpore corpus fieret obſcurum, quod videtur inconueniens dicere.

Veritas. De dotibus corporis dupliciter eſt loqui, in quibus glorificatio conſiſtit, vel quantum ad diſpoſitionem vel quantum ad conſummationem, ſi quantum ad diſpoſitionem, ſic dicunt diſpoſitiones quæ ſunt qualitates abſolutę ipſius corporis, quæ dantur ſibi à Deo in eius reformatione, ſi quantum ad conſummationem dico quod ſunt à gloria animæ, ſiue ab anima glorioſa: vnde ſicut in hac vita anima influit, & per illam influentiam corpus eſt coloratius, corpus, eſt durabilius, virtuoſius, & agilius, quàm cum anima ſeparatũ: ſic ſimiliter anima glorioſa influẽs in corpus omnes dotes iſtas, ad quas diſpoſitiones habebat, per ſui reformationem perficit, & cõſummit. Ad rationem in oppoſitum dico, quod licet claritas corporis & animæ quo ad diſpoſitionẽ ſint æquiuocæ non autem quo ad conſummationem: quoniam claritas corporis fit conſummata, & perfecta per claritatẽ animę. Ad id quod additur quod ſi beatitudo corporis eſſet per redundantiam, ergo anima ſeparata iam non ineſſet, dico quod non eſt totaliter in corpore per redundantiam à gloria animæ. hoc quidem verum eſt, præxigitur enim quod à Deo reformetur, habile, & per influentiam animæ illa habilitas conſumetur. Ideo ſi ſepararetur anima, corpus non eſſet ita clarum & perfectè clarum ſicut exiſtente anima eſt.

CAPVT V.

Concupiſcentia.
Veritas.

QVID habet beatitudo in ſe?

HABET bonitatem ideo appetibilis eſt. Nam cum duo ſint, quæ faciunt appetitum, ſcilicet conuenientia & indigẽtia. Anima ralionalis creata eſt ad Dei imaginem, & ſimilitudinem factaque eſt capax boni ſuffientiſſi. & ipſa ſibi non ſufficit cum ſit vana, & defficiens; qua de re appetit veram beatitudinem: quæ ſummum bonum eſt, magnum, Ideo illo habito, quia infinitum eſt, ac ſufficienter terminans, non habet aliquod aliud appetere: durationem in ſe etiam habet æternam, ideo non poteſt non eſſe beatificans per poteſtatem, & voluntatem, quare id quod poteſt vult, ac virtuoſe hoc eſt ſecundum ſubiecti modulum & verificè communicabitur. Vnde omni bono creato maior eſt, per maioritatẽ quā habet, & formaliter beatificans eſt minor ſe ipſa per minoritatẽ, vt beatificans obiectiuè in omnibus æqualis per concordantiā obiecti. Diſpoſitiuè verò eſt in ſubiectis cum differentia.

CAPVT VI.

Concupiſcentia.
Veritas.

QVID habet beatitudo in alio?

QVIA beatitudo duplex eſt, ſcilicet obiectiua & vt quod quæ Deus eſt, & hęc habet beatificare vt terminus, & ſatiare vt quod apetitum. Beatitudo alia formalis eſt & vt quo, & hæc habet beatificare & ad modum formæ totaliter habet perficere potentias cum eſſentia ſubiecti.

Exem

Exemplum primi vt color in viſu ad quem potentia viſiua habet tendentiam:vt in terminum. Exemplum ſecundi vt viſio coloris.

CAPVT VII.

DE quo eſt beatitudo primitiuè. *Concupiſcentia.*
BEATITVDO vel vt quod & res quædam eſt. Alia verò vt quo & vt forma. Dico quod *Veritas.* beatitudo vt quod quæ eſt ipſe Deus ſummus bonus, magnus, ęternus, potens, volens, ſapiens, virtuoſus, & increata veritas omnium perfectionum plena eſt, de ſcipſa, à ſeipſa, per ſeipſam & ad ſeipſam. De ſe ipſa, quia nõ de aliqua materia vnde actus purus dicitur: à ſeipſa quia non de aliqua cauſa efficiente, ideo primum ens appellatur: per ſeipſam, quia nõ per aliquam aliã cauſam formalem quàm à ſua eſſentia habet eſſe: & ad ſeipſam inquantum ad alium finem à ſeipſa non ordinatur. Quapropter vniuerſa quæ fecit Deus, propter ſe ipſum, & ſuam beatitudinem manifeſtandam, intuendam, & communicandam penes ſubiectorum capacitatem egit. Beatitudo autem eſt de ſeipſa quia non de aliqua materia: ſed non à ſeipſa, nec per ſeipſam: quia per eſſentiam beatitudinis obiectiue neque ad ſeipſam: cum ad beatitudinem obiectiuam ſit ordinata, vt vis vnitiua potentiæ cum obiecto. & ſic concluſionaliter concluditur. De quo beatitudo ſit eſſeitatiuè. & poſſeſſiuè. nam Dei eſt per eſſentiam, ſpiritus rationalis per influentiam: & corporis per redundantiam.

CAPVT VIII.

Concupiſcentia. Veritas.

QVARE eſt Beatitudo?

QVIA ly quare. duas habet ſpecies, ſcilicet eſſentiæ, & quare agentis. Ideo dicitur primo quia eſt quid boni imo omne bonum, magnum, æternum. & ſic omnis entitatiua extremitas ideo eſt, quoniam melius eſt rem eſſe: & per conſequens maxime eſſe ſi perfectiſſima eſt: ſecundo dicitur quod beatitudo ideo eſt vt vniuerſum ſit & omne ens habeat eſſe. Imo ſi beatitudo non eſſet, nec Deus nec creatura quæuis eſſet, quoniam Deus eſt à ſua beatitudine, per ſuam beatitudinem, & ad ſuam beatitudinem. Aliaque entia ad beatitudinem & propter beatitudinem ſunt. Quamobrem dicit ſcriptura, omnia fecit Deus propter hominem: & hominem propter ſeipſum: fecit enim Deus omnes creaturas propter hominem, aut reſpectu viæ tantum, vt creaturas ſublunares: vel ratione alterius vitæ. vt cœlum empireum. Intelligas quo ad eſſe principale: quo creatum ſit tale cœlum non aut quo ad eſſe acceſſiorium & ſecundarium. Aliquid verò ad hanc vitam & ad aliam: vt Angelos. in hac vita ad ſeruiendum, & in alia ad congaudendum cum ipſo homine de Dei beatitudine eſſentialiter, & de victoria quam habuit de ipſo homine reſpectu mundi, demonis, & carnis peccati.

CAPVT IX.

Concupiſcentia. Veritas.

QVANTA ſit Beatitudo?

QVIA vt præhabitum eſt, beatitudinem triplicem eſſe, ſ. per eſſentiam, per influentiam, &

& per redundantiam : ideo, dico,quod per eſſentiã vna eſt beatitudo numero ſimpliſſiſſima. quoniã vnus eſt Deus:ergo vna beatitudo. Nam beatitudo per eſſentiã , eſt de eſſe intrinſeco Dei:ſed quod eſt eſſentialiter alteri,& de ratione intrinſeca:alteri, alij non eſt cõpetibile niſi non ſit idẽ eſſentialiter ipſi, ſed omne quod eſt citra Deum eſt eſſentialiter diſtinctum â Deo , ergo & omne quod eſt de eſſentia Dei,eſt eſſentialiter diſtinctum ab eo quod eſt citra Deum : & nôn Deus. Beatitudo autem per influentiam eſt plurimæ multæ:quoniam rationalibus & angelis eſt communis : beatitudo verò per redundantiam quo ad diſpoſitionem & conſummationem in maximo numero ad animarum glorioſarum numerum, ſed per redundantiam quo ad actum reflexum eſt , in quam plurima multitudine : & quaſi in infinito numero : eo quòd eſt in omnibus potentiis,ſcilicet exterioribus ſenſitiuis, interioribus, rationalibus & immaterialibus ſubſtantiarum creatarum.

VTRVM Beatitudio corporis,ſit de beatitudinis ſubſtantia , ſine augmento beatitudinis animæ. *Concupiſcentia.*

BEATITVDO dicitur gaudium per eſſentiam : gaudium autem dicitur maius quadrupliciter , vel quia de maiori obiecto , aut quia ex maiori habitu,aut quia de pluribus , aut quia ex eodem ſed intenſius. Primò modo maius gaudium,quia de maiori non reperitur , aut reſpectu eiuſdem,aut reſpectu diuerſorum. quia quilibet gaudet de bono infinito. Secundo modo maius *Veritas.*

gaudium inuenitur reſpectu diuerſorum : quia maiori habitu gaudet Petrus quam Liuius ſed nõ reperitur reſpectu eiuſdem quantum ad diuerſa tempora, non maiorem habitum gloriæ habebit Petrus poſt iudicium quàm habet nũc, cum habitus beatitudinis permanenter, immutabiliter & indiuiſibiliter recipiatur in potẽtiis & in eſsẽtia animæ. quia tota ſpiritus eſt & immaterialis ſubſtantia. Tertio modo maius quia latius & extenſius ad plura & de pluribus reſpectu eiuſdem quo ad diuerſa tempora, quia Petrus de pluribus gaudebit poſt iudicium quàm nunc, eo quod de gloria animæ, & corporis: & de gloria omnium ſaluatorum. At non eſt maius hoc modo reſpectu diuerſorum, quia de tot & eiſdem, gaudebit vnus ſanctus paruus ſicut & maximus ſanctus. Quarto modo maius quia intenſius reperitur, & reſpectu eiuſdem, & reſpectu diuerſorum, reſpectu diuerſorum, quia vnus intenſius mouetur, quam alter. reſpectu eiuſduem, quia ex eodem habitu intẽſius mouebitur anima reſumpto corpore, qua nullum habebit retardans. concluſiue: ergo dicitur quod glorificatio corporis facit ad maius gaudium extenſiuè & intenſiue, non augendo habitum ſed remouendo impedimentum quod non eſt ad gloriam eſſentialem principaliter ſed ex conſequenti.

CAPVT X.

Concupiſcentia. QVALIS eſt Beatitudo?

Veritas. ET quia qualis quatuor habet ſpecies, ſcilicet per eſſentiam ſeu eſſentialis, propria, appropria

propriata:& acceſſoria:qua de re dico quod beatitudo eſſentialis eſt increata & æterna,ideo eſſentialiter & æternaliter habet beatificare:inde tali beatitudine beatus non habet agere niſi beatum æternaliter & eſſentialiter:& quia illud operari eſt per intellectum,vel per voluntatem:ergo habet agere æternum aliquid per intellectum,& aliquid per voluntatem æternaliter & eſſentialiter, ergo tantum neceſſariò ſunt tres perſonæ æternæ & eiuſdem eſſentiæ, cum alietate perſonali. quoniam quod æternaliter agit per beatitudinem vt ſua eſſentia & natura non eſt res acta ſuppoſitaliter, ſcilicet genita & producta cum vnitate tamẽ eſſentiæ & naturæ. Qualis autem ſit beatitudo propria? dico quo ad beatitudinem per eſſentiam eſt ſecundum notiones diuinas,ſcilicet quo ad duas proprias in patre, quo ad vnam communem cum filio,& propriam filij, & vnam ſpiritus ſancti. vnde propria beatitudo negatiuè patris eſt inaccibilitas: poſitiue paternitas:communis cum filio ſpiratio actio, propria filij,filiatio eſt, & ſpiritus ſancti ſpiratio paſſio. quę beatitudines ſunt ens non quãtum,quoniam ita dicunt entitatem, perfectionem & infinitatem huic quod ab alia perſona quod eſt de perfectione & eſſe non remouent: quo verò ad qualitatem appropriatam reſpondetur, penes ea quæ ſunt & reſpiciunt opus trinitatis ad extra. vt creatio,redemptio,& iuſtificatio.quæ licet à tribus perſonis æqualiter ſint nihilhominus quia creatio de non eſſe ſimpliciter rei ad eſſe ſimpliciter poſitio eſt: potentiam reſpicit: quæ patri

attribuitur. ergo & opus creationis per quod beatus dicitur quaſi beatus cognoſcitur & manifeſtatur. Redemptio autem quia ſecundæ creaturæ in genere intellectualitatis laſſæ ac deſtitutæ eſt reſtitutio:quæ ſapientiæ appropriatur, filio attribuitur, ergo & ipſa redemptio, ergo beatitudo redemptionis. Ideo dicitur gloria in exelſis Deo, quoniam verbum caro factum & natum, beatum manifeſtatur in cœlis, angelis: vt gaudium, & in terra hominibus, bonæ voluntatis vt pax. Iuſtificatio verò quia peccatoris eſt pœnitentis ad gratiam reductio quæ ſpiritui ſancto appropriatur: igitur & ipſa iuſtificatio. vnde canitur tu ſeptiformis munere dexteræ Dei digittus. At qualis ſit beatitudo acceſſoria dicitur quod eſt creaturarum omnium circa Deum laus & honor. vnde Eccleſia in omnium creaturarũ vice cantat gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. quaſi quod beatitudo concomitans omnibus perſonis eſt communis nõ ſolum per eſſentiam, ſed etiam per appropriationem. Beatitudo verò per influentiam & redundantiam eſt fœlicitas creata optimæ potentiæ ſecundum optimam virtutem in vita continua & perfecta competens. Notandum eſt quod creatura poteſt participare beatitudinem dupliciter: vno modo formaliter: quia poteſt per actum beatificum formaliter tendere in Deum, ipſum vidẽdo, & eo fouendo, & ſic ſola creatura rationalis eſt capax beatitudinis. Alio modo poteſt participare Deum beatificè, non formaliter fruendo Deo, ſed quia poteſt participare aliquem effectum beatitudinis ſeu glo-

riæ

riæ in ipſum redundantis, cuiuſmodi corpus noſtrum participando dotes gloriæ ex beatitudine animæ in ipſum redundantis (quæ ſunt effectus gloriæ) dicitur participare Deum beatificè. Ideo qualis gloria per influentiam & redundantiam fuerit patet, ſcilicet actus vel perfectio quædam ſecundum optimum potentiæ vel ſubiecti quo formaliter vel beatificè creatura participat Deum.

CAPVT XI.

QVANDO eſt beatitudo? *Concupiſcentia. Veritas.*

LICET quæſtio hæc multa comprehendere poſſit & de facto implicitè contineat, nihilominus concluſionaliter reſpondeo, quòd beatitudo per eſſentiam eſt inquando æternitatis ita quod beatus tali beatitudine æternitate eſt in eſſe: ergo & quicquid eſt in eo cum ſit ipſemet, ſed beatitudo per eſſentiam eſt in Deo imo de eius eſſentia eſt qui æternus, ergo & beatitudo eius inquando æternitatis eſt. Sed beatitudo per influentiam & redundantiam in quando æuiternitatis eſt, nam cum actus & perfectio ſit entitatis æuiternæ, quo ad eſſentiam & optimum eſſe eiuſdem. In eodem tunc & illa menſura in quo eſt & qua menſuratur res ita menſuratur actus & perfectio rei. ſed res eſt inquando æuiternitate, ergo eſt ipſa beatitudo per influentiam & redundantiã; ideo dicitur, venite benedicti patris mei poſſidete regnum paratum vobis à conſtitutione mundi. In qua ſententia ſunt duo præparatio

tio regni & hæc eſt in quando æternitatis, poſſeſſio regni,& talis eſt in quando æuiternitatis, quoniam ibi eſt poſſeſſio & regnum quaſi poſſeſio regnantis quæ non poteſt eſſe reſpectu menſurabilium per quando temporalitatis, quia hæc poſſibilis eſt aliter eſſe non ſolum ratione conſeruantis ſed etiam reſpectu ſuæ naturæ: ergo cum non ſit etiam in quando æternitatis quia creatura ex ſufficienti diuiſione eſt inquando vel cum quando æuiternitatis & indeficientiæ.

CAPVT XII.

Concupiſcentia. *Veritas.* VBI eſt beatitudo? QVANQVAM quæſtio hæc apud doctores ſcolaſticos in controuerſia ſit nihilominus vt eiuſdem pateat veritas, notandem eſt quod beatitudo actus & perfectio beati exiſtens, reſpectu eius in quo eſt,poteſt capi tripliciter, vel prout eſt in aliquo innitienter & tanquam in imprincipio,& ſic eſt in intellectu: & hoc modo dicitur viſio:aut eſt in aliquo terminanter & tanquam in termino & ſic eſt in voluntate eo quod id quod videmus ſub ratione veri volumus vt bonum, quia verum eſt bonum & ita bonum quia verum,ideo fruitio eſt quieſcere in cognitis voluntate propter ſe delectata, & quia voluntas nec delectatur,nec quieſcit niſi in eo, quod cognoſcit vel per fidem vel per ſpem,& in eo quod habet per ſpem vel in re. Aut beatitudo eſt in aliquo ſubſtententer & ſic dico quod eſt in eſſentia rei:aut quod creata ſit aut increata quid.

Igitur

Igitur ſunt potentiæ niſi res ipſa & ſubſtantia rei. quia dato oppoſito ſequeretur quod anima noſtra beata & glorioſa:accidētaliter eſſe beata, & glorioſa : nam quandocunque aliquid eſt tale propter aliquod aliud à tale accidentaliter eſt tale & ſic beatitudo in aliquo ſubſtententer dicitur tentio & completio in optimo & cum optimo.

CAPVT XIII.

QVOMODO eſt beatitudo?

QVIA modus duplex eſt prout noſtrum ſpectat ad propoſitum:ſcilicet intrinſecus & extrinſecus:ideo quo ad modum intrinſecum beatitudo in Deo eſt eſſentia bona , magna , æterna rationum formalium plena , ſolum à Deo cognita & verè à creatura omni inexplicabilis & inueſtigabile ſacramentum. quo autem ad beatitudinem per influentiam eſt actus perfectiſſimus, ſcilicet viſio , fruitio , & tentio. Per redundantiam verò eſt impaſſibilitas , claritas , ſubtilitas & agilitas. *Concupiſcentia. Veritas.*

CAPVT XIIII.

CVM quo eſt beatitudo? *Concupiſcentia. Veritas.*

IN Deo eſt cum memoria fecunda & voluntate fecunda : cum patre,filio , & ſpiritu ſancto. vna eſſentia , vna natura , & beatitudo , per influentiam eſt cum viſione, fruitione & tentione,ſed cum redundantia eſt cum claritate , cum incorruptibilitate & agilitate.

De natura

De natura corporum cæleſtium quintus tractatus tertiæ partis.

CAPVT I.

Concupiſcentia. VTRVM materia cœli eiuſdem ſit rationis cum materia horum inferiorum.

Veritas. QVANQVAM quæſtio hæc diu agitata fuerit tamen hunc huſque diem veritas ipſius non eſt manifeſta, ideoque (omnibus aliis vt ſubtilioribus lictis opinionibus.) dico quod materiæ ipſius, vnitas poteſt intelligi quadrupliciter, aut quantum ad eſſentiam, aut quantum ad eſſe incompletum & à complectione remotum: aut ſecundum eſſe incompletum & complectioni proximum, aut ſecundum eſſe ſimpliciter completum. & ſecundum hoc quadrupliciter diſtinguitur materia, quod quædam eſt ſubiecta formæ ſubſtantiali tantum: quædam formæ ſubſtantiali, & extentioni, ſiue quantitati, quædam formæ ſubſtantiali, & quantitati, & contrarietati: quarto modo cum his eſt etiam ſimultati earundem partium ſubiectiua ratio. Primo modo eadem eiuſdemque rationis eſt materia ſpiritualium & corporalium, ſicut ſupra fuit oſtenſum in tractatu ſecundo tertiæ partis. Secundo modo cœleſtium, & terreſtrium ſiue corruptibilium corporum & incorruptibilium. Tertio verò modo corporum elementarium & ad inuicem tranſmutabilium. Quarto modo corporum ſpecie & natura ſimilium. primo igitur & ſecundo modo eadem eſt materia cœleſtium & horum

horum inferiorum. Omnes rationes & autoritates in oppoſitum concludunt de materia tertio & quarto modo. vel dici poteſt quod materia capitur tripliciter prout, ad propoſitum ſpectat. Vno modo pro partibus quantitatiuis itaquod omne illud dicitur habere materiam quod habet partes quantitatiuas. Secundo modo capitur materia pro ſubſtantia motui & tranſmutationi ſubiecta; Iſto modo cœlum habet materiam: quia habet partes quantitatiuas: & eſt motui circulari ſubiecta. Tertio capitur pro ente exiſtente in potentia ad formam ſubſtantialem: quod cum forma ſubſtantiali nata eſt conſtituere vnum tertium, & abſolutam entitatem: realiter diſtinctam à partibus. vnde ad id quod dicis vtrum materia cœli, ſit eiuſdem rationis cum materia horum inferiorum. Reſpondeo quòd aliqua eſſe eiuſdem rationis. ſtat tripliciter. vel in vnitate conceptus realis immediate abſtracti ab iis quæ vere, & eſſentialiter exiſtunt. & hoc modo materia cœli ſubſtantialium, ſpiritualium, & horum inferiorum aut quod ſubſtantiæ ſint, aut accidentia eiuſdem rationis eſt, & talis materia vocatur exiſtentia realis. Aliqua autem dicuntur eſſe eiuſdem rationis in entitate, ſeu realitate ſubiectiua potentiali, ſubſtantialiter contrahibili per diuerſas differentias formales: & hoc modo eiuſdem rationis eſt præciſè materia ſubſtantiarum ſpiritualium & corporalium: & non entium accidentalium. Tertio modo dicuntur eſſe eiuſdem rationis formalis & ſpecificè & huiuſmodi tum materia ſubſtantiarum ſpiritualium,

lium, tum ſubſtantiarum corporalium ſupralunarium,& materia corporum inferiorum ſunt diuerſæ rationis, eoquod Prima eſt realitas ſubſtãtialis cum forma & actu puriſſimo : Secunda pręter formam ſubſtantialem eſt,cum quantitate motui & tranſmutationi ſubiecta. Tertia verò præter hæc habet priuationem admixtam. & contrarietati eſt ſubiecta, itaquod ſubſtantialiter tranſmutatur de forma in formam.

CAPVT II.

Concupiſcentia *Veritas.* *Damaſ.li 1.cap.7.*

QVID eſt cœlum in ſe?

EST circuncontinentia viſibilium,& inuiſibilium creaturarum.

Concupiſcentia.

SI cœlum eſt circuncontinentia: ſicut tu dicis viſibilium & inuiſibilium creaturarum, aut hoc eſſet quantum ad continentiam, aut quantum ad vim motiuam : quam ſeipſum mouens communicat,aut quod ad motum & eſſe contentorum : dicitur circuncontinentia, ſed ob nullum iſtorum trium, hoc poteſt verificari, ergo cœlum non eſt circuncontinentia,tum quia nullum corporale poteſt eſſe locus ſubſtantiæ ſpiritualis, nam locus debet menſurare locatum ſecundum propriam naturam qua eſt : tum ſecundo quia omnes creaturæ mouerentur circulariter, quod eſt falſum, tum tertio, quia magis mutabile & tranſmutabile ſubſtantialiter eſſet cœlum quam contenta ipſa, quod patet etiam eſſe falſum.

Veritas. LICET deſcriptionem præpoſitam, ſubtiliter

tiliter impugnaueris, nihilominus notandum eſt, quod triplex eſt continentia, ſcilicet ſaluans, ſeu ſaluatiua, deffinitiua & circunſcriptiua. Continentia ſaluans, illa dicitur: qua continẽs ſaluat contentum, cuiuſmodi ſpiritus ſanctus habet continentiam, ſeu continens eſt. Reſpectu ſpirituũ creatorum. Continentia definitiua illa eſt qua continens ita determinat contentum quo ad eſſe, & operari: vt ita ſit in ipſo: quod non eſt in alio vbi, & hoc modo cœlum empireum eſt locus angelorum & angelos continet. At continentia circunſcriptiua dicitur qua continens circunſcribit locatum ſecundum longitudinem, latitudinem, & profunditatem, & ſic eſt locus ratione ſubſtantiarum corporalium & corporaliter menſurabilium. Notandum eſt vlterius quod aliud eſt continentia, & aliud circuncontinentia. Continentia enim dicit commenſurationem propriam rei contentæ, itaquod cuiuſlibet locati eſt propria continentia, & locus, ſed circumcontinentia dicit commenſurationem communem: itaquod citra ipſum non eſt aliqua alia continentia corporalis. Notandum eſt vltimo, quod quanto magis ſubſtantia eſt inferior, tanto magis pluratiter mouetur: quoniam præter formæ propriæ motum ſubiectum eſt influentijs ſubſtantiarum ſuperiorum alterabile, & alterationis motu mobile: ſed non ſubſtantialiter, & propria, Iis poſitis dico, quod licet cœlum ſit corpus, ſpiritus tamen continet continentia definitiua & non continentia locatiua ſeu circumſcriptiua, & ad id quod dicitur:

quod

quod ſequeretur omnia circulariter moueri, verum eſſet, ſi motus cœli eſſet vniuocus, & tanquam ab vna forma cum re contenta. At quia eſt motus æquiuocus & generalis dans tantum alterationem ſubiectis contentis, non igitur neceſſum eſt quod circulariter contenta moueantur.

CAPVT III.

Concupiſcentia. Veritas.

DE quo eſt cœlum?

PRIMITIVE de ſeipſo eſt, quoniam antè cœli eſſe exiſtentiæ, non fuit aliud cœlum, quod ipſum propagauerit, cũ ingenerabile & incorruptibile ſit, niſi ipſummet idealiter in mente diuina, ſed eſſeitatiuè eſt de materia prima & forma ſubſtantialis propria, qua cœlum eſt cœlum, corpus naturale & circulariter mobile, quod tamen ab intelligentia mouetur, naturaliter tamen paſſiuè, & tanquam naturaliter actiuè, per id quod dicitur compoſitum ex materia & forma: excluditur cœlum eſſe formam ſimplicem, nam nullo modo moueretur, motus materiam arguit, & ens in potentia: quod non eſt de forma ſimplici, niſi miniſterialiter, quantum eſt etiam, rarũ & denſum quæ conſequũtur materiam & rem habentem partes extenſibiles: quod nõ eſt formaſimplex. At per id quod dicitur eſt corpus naturale præſcinditur id quod faſſus eſt Ariſto. Cœlum eſſe æternum. quoniam eſſet mouens in actu, & mobile, & ſic eſſet antequàm eſſet, non tamen valet diſtinctio illa quod æternum

num duplex,ſcilicet æternum à ſe, ſicut eſt prima cauſa, & æternum cum alio, ſicut eſt cœlum quia vel ly cum dicit ſimultatem cum identitate ſubſtantiæ, vel ſimultatem cum diuerſitate ſubſtantiæ: ſi primo modo ergo cœlum eſt Deus, quia quæcunque ſunt ſimul in identitate ſubſtantiæ ſunt vna ſubſtantia: ſi ſecundum, ergo in eodem tunc duo æterna diuerſa, aut in alio tunc eſt vnum, & in alio tunc eſt aliud, ſi datur primum: accipiatur recte ſignificatum huius nominis Deus: non ſolum eſt impoſſibile ſed etiam non intelligibile, Deus enim dicit ſimpliciter ſummum, & in re, & in intellectu cogitantis, quia in re,ideo omnia ab ipſo, & in i ſo, & ad ipſum, & in ipſo omnino eſt ſtatus. Ideo impoſſibile eſt intelligere, ſaluo hoc intellectu quod aliquid ſibi paſcificetur, aliud ab ipſo:item, nihil maius Deo cogitari poteſt, nec etiam æquale,quia ſummum in opinione: Ideo impoſſibile & non intelligibile eſt ponere plura æterna, ſi verò eſt in aliquo tunc, quod non eſt in eo tunc quo eſt primum æternum. Ergo non æternum,ſed per id quod additur naturaliter mobile quo ad vim paſſiuam & ex parte materiæ, quoniam eſt per ipſam aptum natum tali motu moueri, & proportionatum motui intelligentiæ, dico tanquam naturaliter actiuè & non naturaliter, tanquam naturaliter ob proportionatam aſſiſtentiam mouentis ad mobile: ſed non naturaliter eo quod non eſt forma intrinſeca, & per ſe informans cœlum. Ideo talis motus eſt ab extrinſeco, nam propter duo factum eſt cœlum:

propter quid eſſentiale,& propter quid accidentale,quid eſſentiale cæli vt ſit creatura quædam propter beatitudinem & bonitatem Dei manifeſtandam:& ob perfectum eſſe vniuerſi:eſſe autem accidentale eſt vt ſit ob generationem & corruptionem entium ſublunarium quæ poteſt aliter eſſe & de facto aliter erit(vt catholica teſtatur fides.) ergo hoc eſſe accidentale cœli deſinet eſſe. Ergo ſi naturaliter moueretur ergo violenter quieſcet. Igitur eſſe eſſentiale eſſet propter eſſe accidentale, & principale propter acceſſorium:quod eſt falſum. Dei tamen poſſeſſiuè abſolutè eſt cœlum, hominis verò & angelorum poſſeſſiuè reſpectiuè.

CAPVT IIII.

Concupiſcentia. *Veritas.*

QVARE eſt cœlum?

QVIA ly quarè duas habet ſpecies, ſcilicet per exiſtentiam & per agentiam, hoc eſt, quare res ſit quo ad ſua principaia intrinſeca, & eſſe eſſentiale, vel quo ad eſſe quo agens principale ipſum poſuit in eſſe. Ideóq; dico primo quod cœlum ideo eſt, quia ſua principia intrinſeca, ſcilicet, bonitas cœli, magnitudo, duratio, & alia eſſendi eius principia : ſunt. Ergo & cœlum eſt. ſecundi. dicitur quod ideo cœlum eſt vt vniuerſum perfectũ ſit,ac ſcala differentiæ & concordantiæ ne ſit vacua : ſed ſit plena. Ideo neceſſum eſt vt cœlum ſit. nam eſt concordantia inter ſenſuale & ſenſuale corruptibilibus,& differentia. vt inter caprã & leonem.

concor

concordentia animalitatis,& differentia in leonitate & capreitate. ita concordantia inter corporeum & corporeum incorruptibilia, nec non & differentia: quoniam ſicut ſe habet vnum extremum cum con:ernentia ſuarum formalitatum ita & aliud extremorum oppoſitum cum concernentia oppoſitarum realitatum. Ergo oportet quod ſit cœlum vt detur concordantia in corpulentia incorruptibili & differentia in forma ſpecifica, & in motu. vt patet de çœlo empireo & cryſtallino:nec non & de aliis orbibus.

Sed quare cœlum mouetur ab intelligentia? cum forma cœli ſit perfectiſſima, & de ratione formæ ſit dare eſſe & omne quod concomitatur eſſe: reſpectu illius, cuius eſt forma, ergo & motum: Imo & perfectiſſimo modo, cum per ipſam formam cœlum ſit incorruptibile. Item motus cœli & cœleſtium corporum, eſt naturalis. Sed motus naturalis eſt à principio intrinſeco. cum igitur principium motus cœleſtium corporum ſit aliqua ſubſtantia aprehenſiua quæ mouetur ſicut deſiderans à deſiderato. Sed principium aprehendens videtur principium intrinſecum. *Concupiſcentia.* *1. cœli.* *2. Metha.*

Et ſi forma cœli ſit, ſimpliciter nobilior formis viuentium corporum: tamen non eſt nobilior quo ad aliquid. nobilior eſt quantum ad rationem formæ, perficit enim totaliter ſuam materiam: vt non ſit in potentia ad aliam formam, quod anima non facit, ſed non quo ad motum, & quo ad rationem vitalem ſeu viuificatiuam. eo quod cum ratio eſſentialis cœli non ſit vt moueatur, ſed vt ſit ens per ſe exiſtens & ſtabile ſeu *Veritas.*

quieſcibile. Ratio vero ipſius ſecundum quid eſt vt ſit mobile: duæ enim ſunt rationes ſeu proprietates corporis naturalis: ſcilicet quod ſit mobile & quieſcibile: eſt mobile in quantum eſt in potentia & ens imperfectum: eſt inquiete prout eſt in actu & ens perfectum: Ideo ſi à propria forma moueretur ſemper eſſet in potentia & ens imperfectum. nam quandocunque aliquid eſt tale à principio intrinſceco non poteſt eſſe quod non ſit tale, quapropter oportet vt in aliquo tunc ſit in eſſe perfecto & in quiete: quod non eſſet niſi à principio extrinſeco moueretur.

CAPVT V.

Concupiſcentia. *Veritas.*

QVANTVM eſt cœlum?

QVIA cœlum dicitur à celando, ſeu celatura eo quod ad modum pulcherrimi campi depingitur ſtellis fulgitis ornatum, & çelat à nobis cœleſtes ſpiritus & beatos: numeraliter tamen nouem ſunt cœli; primum & infimum eſt aëreum: Secũdum æthereum, tertium olimpium: quartum igneum, quintum cælum ſeptem planetarum, ſextum firmamentum, ſeptimum cœlum aqueum, octauum empyreum id eſt angelorum, nonum cœlum trinitatis, quod cœlum dicitur. Nam in Deo celatur continentia viſibilium & inuiſibilium, per ideas omnium rerum. tum etiam quia ibi celatum eſt ſacramentum veritatis fidei: videlicet vnitas eſſentiæ, & trinitas perſonarum. Cœlum empireum eſt totum luminoſum ad modũm ignis, à motu extraneum, beatorum

tum ſpirituum habitaculum ſpecialiter ſedes Dei nuncupatur: & eſt vt vniuerſum in genere, corporum,completum appareat.quando quidem ſi datur corpus opacum in fine & in termino, debet etiam dari & corpus luminoſum in fine:quod cœlum empireum dicimus:in quo quidem quam maximè effulgent potentia, ſapientia, bonitaſque diuina.Cœlum autem aqueum eſt ad modum cryſtalli, non liminoſum, ſed luminis ſuſceptiuum,ipſique ſpecialiter conuenit quod eſt motu veloſſiſſimũ ad inferiora virtutis influxiuum: ſed firmamentum eſt luminis ſuſceptiuum,& luminoſum ſimul,ſcilicet in ſtellis quas habet: & in ſuper aquarum diuiſiuum, ac ſtellis decoratnm.Cœlum etiam planetarum quia in orbe cuiuſlibet planetæ, eſt vna ſtella erratica: quæ eſt luminoſa.reliqua orbis pars eſt perſpicua, luminis ſuceptiua. Item cœlum igneum eſt elementum ignis: Olimpiadũ autem cœlum eſt pars inferior in elemẽto ignis ſed cœlum æthereum eſt ſuperior aëris regio, æreum verò inferior regio aëris,at aqua ſicut & terra non dicitur cœlum:eo quia non mouetur motu circulari: ſed tantum acceſſu, vel receſſu ſemicirculari à mari & ad mare.

CAPVT VI.

QVALE eſt cœlum? *Concupiſcentia.*

EST purum corpus, natura ſimpliciſſimum,eſſentia ſubtiliſſimum, incorruptibilitate ſolidiſſimum, lucidum,quantitate maximum, *Veritas.*

diaphanitate perſpicuum, materia puriſſimum, figura ſphericum, ſitu locali ſupremum, amplitudine creaturarum aliarum in ſe contentiuum.

Concupiſcentia. QVARE cœlum empireum eſt ſplendidiſſimum & luminoſiſſimum.

Veritas. VT locus ſit proportionatus locato: & quia ſedes & locus beatorum eſt: Ideo tale debet eſſe, non tamen radios emittit, ſicut corpus ſolare eo quod non habet lucem condenſatam: ſed magis ſubtilem. vel habet claritatem gloriæ, quæ non eſt conformis cum ſplendore naturali, vel claritate. eo quod maximè formale eſt illud lumen: nec etiam videtur. eo quia oculis non glorificatis lumen illud eſt improportionatū: ſic & lumẽ corporis glorificati: vel quia eſt nimis diſtãs & multiplicatio huius luminis nõ protenditur vſque ad viſum noſtrū, niſi forte ita debiliter vt nõ poſſit apprehendi, aut eſt quia Dei influentia non adeſt ad hoc vt illud lumen multiplicet: ſe ſenſibiliter vſque ad nos, ſine qua non poteſt ſemultiplicare.

Concupiſcentia. QVALE eſt cœlum cryſtalinum?

Veritas. SVPRA concluſionaliter dixi eſſe ad modum cryſtalli nõ luminoſū luminis tamen ſuceptiuū, & ſine ſtellis, eo quia perfectio vniuerſi requirit, vt primo ſit vnum cœlum immobile penitus, & in natura vniforme ſicut eſt empireum, ſecundo vt ſit ſecundum cælum in natura quidem vniforme ſed mobile, & hoc eſt aqueum. tertio, vt ſit vnum cœlum adhuc tam in natura, quàm in motu diforme & huiuſmodi eſt cœlum ſtellatum, nec non & cœlum ſeptem planetarum, differenter tamen quia in cœlo ſtellato ſunt plures ſtellæ.

ſtellæ, quia illud cœlum præ cæteris ſpheris eſt cauſa vitæ, in iſtis inferioribus, igitur exigit multitudinem ſtellarum. nam hoc non poſſet eſſe, niſi per diuerſum lumen in ſtellis diuerſis pro inferiorum diuerſitate.

QVALE eſt firmamentum? *Concupiſcentia.*

EST quintæ eſſentiæ elementum, aliud à quatuor elementis ſecundum naturam: eo quod ſubtilis naturæ eſt, rotundum centro terræ æquis ſpatiis, vndique conuexum, quod ex eadem materia informi factum eſt, de qua dicitur ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas: non tamẽ ex eadẽ materia propria: Immo ſicut differt cælũ cryſtallinum à firmamento, & aquæ inferiores congregatæ in vnum locum, differunt à firmamento: ita differunt materiæ ſingulorum cœlorum. Ergo vt oſtenderetur, quod hoc cœlum eſt quid ex ſuperioribus nobis primo apparet, celatque reliquos ſuperiores cœlos. *Veritas.*

QVALES ſtellæ dicuntur planetæ: in cœlo firmamenti totius. *Concupiſcentia.*

QVOD omnes ſeptem planetæ de loco ad locum mouentur quæ etiam erraticæ dicuntur, quatenus vario modo diſcurrunt & nõ ſunt fixę, immo quandoque motu retrogrado mouentur, vnde per talem motum dicernuntur ſenſibiliter à cæteris ſtellis quæ fixæ dicuntur, nam in firmamento ſtant nec non in eodem loco quaſi infixæ infirmamento, vt gemma in auro, vel radius in rota & tales per ſe non mouentur, ſed ſunt fixæ in circulis ſuis compoſitæ tamen cum ſuis orbibus ad quorum motum mouentur itaquod tan- *Veritas.*

tum circuli mouentur. At inter planetas ſummus eſt Saturnus, frigidus & ſiccus, accidentaliter humidus, & terreus eſſe dicitur, quaſi in colore plumbeo obſcurus, melēcolicus, amans veſtes nigras, tenax, agricolator, maleuolus: ex vicinitate eius calor ſolis remittitur, ex coniunctione verò eiuſdem cum Ioue clarior efficitur, cũ naturaliter ſit palidus, nociuus eſt: & ipſo dominante tantæ eſt virtuoſitatis, vt ſi influat in inferiora, fœtus naſcitur mortificatus, aut debilis, plus nocet retrocedendo, quam procedendo, in quolibet ſigno triginta menſibus moratur, vnde ſequitur quod ſuum curſum per trigenta annorum circulum complet. Iupiter autem clarus eſt & quaſi ad inſtar lactis candidus in qualitatibus bene temperatus quia calidus & humidus, in ſuperiori ſuę abſcidis parte, Saturni malitiam temperat: cum ad circulum Saturni aſcenderit pallorem contrahit, licet clarus fuerit, in quolibet ſigno moratur per vnum annum itaquod ſuum curſum complet in duodecim annis. Mars planeta tertius eſt calidus & ſiccus vehementiſſimè ignius ferrei coloris, inuidus amans malitiam ſeditiones. pugnas, & cædes, & malignus, animoſus: ſed ex interpoſitione Veneris & Iouis nociuitas illius reprimitur, igneus apparet, & radioſus, in quolibet ſigno quadraginta diebus moratur. Sol qui eſt quartus planeta quantitatiuè centum ſexaginta vicibus eſt terra maior, effectiuè, calidus & ſicut aurei coloris & effectus, & cupidus ac regnandi ambitioſus, igneus, cholericus, magnificus, carnoſus, amans munditiam, grauis

Saturnus. *Iouis.* *Mars* *Sol*

grauis eloquio, inter cœteros planetas poteſtatem habet ad calefaciendum, & eſiccandum, & ad generandum aurum in terræ viceribus, tempora diſtinguit, ſolum per ſe lucet, ſtellas illuminat: vnde & nomen accepit, locis immundis non inquinatur, teſtia conſolidat, genita reſoluit flores aperit, fructus maturat, corpora diaphana penetrat, non quieſcit, viſum retundit, vapores eleuat, hemiſpheras viciſim perluſtrat, nobis propinquus facit eſtatem, ſicut & recedens efficit hyemem in quolibet ſigno moratur triginta diebus & decem horis, curſum per annum facit motu proprio, at diem perficit per motum primi mobilis. Quintus planeta eſt Venus, lucifer, calidus & humidus: malitiā Martis temperat: ſemper concomitatur, ſolem ipſum præcedens lucifer dicitur, & ſequens veſper, candentem & refulgentem habet colorem electro ſimilem 348. diebus ſuum terminat curſum ac complet. Mercurius qui ſextus planeta eſt, ſemper cum ſole graditur, nunquam ab eo plus triginta gradibus diſtans, colorem habet radiantem: ſed rarò ob ſolis vicinitatem cernitur: eloquens, ſubtilis, aquis dominatur, & feminum præſes eſt: curſum implet tercentum triginta diebus. Luna autem ſeptimus & vltimus planeta noctem illuminat, augmentum patitur & detrimētum, lumen mutat, eclipſica, ob cum inferioribus coniunctionem maculas habet, cornuta interdum apparet, eoquod eius illuminata pars, nos latet. Regina cœli dicitur, inquantum ſol planetarum medius, planetarum omnium cunctas concernit proprietates eaſque

Venus. *Mercurius* *Luna*

tra elementa, & ſic eſt corpus ſublime actu luminoſum.vel potentia,incorruptibile per naturam formæ proprie circundans regionem elementalem:ſecundo accipitur impropriè, vt dicitur per participationem proprietatis corporis celeſtis, ſcilicet pro corpore leui & ſublimi diaphano & luminoſo, actu vel potentia: & ſic aër & ignis cœlum dici poteſt. Tertio modo accipitur metaphoricè & ſic trinitas ſanctiſſima ob eius ſpirituale in ſubtilitatem & lucem, ac ſummam perfectionis altitudinem, cœlum appellari poteſt, quoniam cœlum eſt nomen impoſitum corpori penes ſuam impoſitionem, & corpus quod eſt ſurſum cœlum dicitur, quia eſt contentiuum: ſecretum: & quietum ſed hæc, triplex proprietas reperitur in celſitudine diuinitatis:eſt enim ampla immenſitate virtutis: ſecreta profunditate cognitionis: quieta tranquillitate dilectionis ſeu charitatis. Ideo dico quod cœlum methaphoriceeſt in quando æternitatis quia ipſe Deus eſt, æterna & infinita entitas. Cœlum autem tum proprie, tum impropriè in quando æuiternitatis eſt,licet cœlum improprie ſecundum partem in quando temporanea ſit, ac eſſe poſſit quoniam generabile & corruptibile eſt aliqualiter, & ſecundum quid ſed non ſimpliciter. vt patet per actionem elementi perdominantis, ſupra prædominatum vel prædominabile elementum vt de igne ad aquam & è contra.

CAPVT

CAPVT IX.

Concupiſcentia. QVOMODO cœleſtes orbes ſint?

DICO. Quod non ſunt continui ſed potius contigui, non tamen ex hoc inter ſphœras eſt aliquod corpus, aut ſpatium. Eoquod contingunt ſe inuicem, & ſic non eſt ibi corpus medium. *Veritas.* Corpora enim cœleſtia non ſunt ſciſcibilia ſed ſolida: ideò cœli non mouentur graditiuè ab vna parte orbis ad aliam: ſicut animalia gradiuntur per aerem, quia ſic orbis cœleſtis ſcinderetur, & corruptioni actuali eſſet obnoxius & fluibilis per naturam, videretur, quod eſt inconueniens. Sunt igitur ſphœræ cœleſtes inter ſe contiguæ non continuæ, vt puta diſtinctę ad modum cupæ itaquod ipſum deferens planetæ cuius circunferentia eſt inter conuexum & concauum ſphœræ eſt contiguum cū parte ſphœræ ipſum ambiente, & cum illa quæ ambitur ab ipſo. Epiciclus etiam cuius centrum & circunferentia eſt inter conuexum & concauum deferentis, eſt contiguus cum partibus deferentis, ac planeta cuius centrum & circunferentia eſt inter conuexum & concauum epicicli eſt contiguus cum epiciclo: imo ſi cœleſtes orbes eſſent continui, cum continua ſint, quorum vltima ſunt vnum, *1. Cœli.* non poſſet fieri quod vnius continui corporis partes mouerentur penes vnam partem mundi, ſcilicet ab oriente in occidentem ſicut mouetur primum mobile, & cum hoc in ſphœris inferioribus mouētur propriis motibus in cōtrariū, ſicut mouentur planetæ, quia idē non poteſt

per

per ſe moueri contrariis motibus. Ergo ſphœræ non ſunt continuæ ſed contiguæ, ſcilicet diſtinctæ & ſeſe ſimul contingentes nam contigua ſunt quorum vltima ſunt ſimul. 4. met. 1. Cœli.

Sed quomodo tunc ad motum ſphœræ ſuperioris ſequatur motus ſphœrarum inferiorum ſi per te ſunt contiguæ & non continuæ? Eoquod quandocunque aliqua ſunt diſtincta in eſſe ſunt etiam diſtincta in moueri: ergo ſi orbes cœleſtes erunt contigui quo ad eſſe: ergo & quo ad motum & per conſequens ad mouere ſuperiorum orbium non erit motus inferiorum. Concupiſcentia.

Corpvs alteri contiguum per ſuum motum bene mouet aliud per hoç quòd influentia virtutis vnius atingit in profundum alterius, etiam quod diſtans fuerit, vt patet de luna, quæ cauſat in mari fluxum & refluxum: in cœlo igitur ſphœra ſuperior mouet inferiorum motu raptus ſicut videmus quod aqua contigua molendini rotæ rapiendo ſui fluxus impetu mouet eamdem & ipſa cæteras rotas contiguas. Veritas.

CAPVT X.

Cvm quo eſt cœlum?

Aliqvid eſſe cum aliquo ſtat multipliciter, vel cum aliquo tanquam cum conſeruante & dante eſſe, & ſic cœlum eſt cum Deo, vel cum aliquo tanquam cum locato vel locabili, & ſic eſt cum electis vel cum aliquo concomitanter per contiguitatem & ſic vnum cœlum eſt cũ alio cœlo & vna ſphœra cũ alia ſphœra: aut Concupiſcentia. Veritas.

ra: aut cum aliquo vt cum dante eſſe & ſpecificationem & ſic eſt cum propria forma cœli, vel cum aliquo vt cum mouente,& ſic eſt cum angelo, qui mouet non ſolum voluntate ipſum cœlum ſed etiam potentia executiua propter operationem tranſeuntem, quæ etiam ſubiacet imperio voluntatis, ſicut manus mea mouet ſcamnum & tamē ſubiacet imperio voluntatis meæ. Itaque angelus per modum amati & deſiderati applicat illud velle per potentiam executiuam quæ eſt tantæ virtuoſitatis vt cœlum moueat cum continuatione ſine interpoſitione vt cauſæ primæ aſſimiletur vſque ad electorum numeri completionem.

De homine quo ad eius naturam,& proprietates.

CAPVT I.

Concupiſcentia. POSTQVAM diſſeruimus, de natura cœleſtium corporum: hominis poſt hac eſſentia, venit inueſtiganda,vtrum homo humanitate,vel humeitate ſit homo?

Veritas. QVAMQVAM in re ipſa, ſcholaſtici doctores concordantiam habeant:nihilominus in modo eſſendi hominis diſcrepant vnde omnes hominem animal rationale, mortale eſſe definiunt, ſed ab humanitate, en ab humo dicatur, non adhuc apud eos, eſt manifeſtum, ideo qui ab humo ipſum dici concluſerint, inquantum, de limo terræ eſt conditus,ſecundum corpus:vel ne ipſe eleuaretur in ſuperbiam: ſed cognoſcens

ſe ſa

ſe factum ex vili & infimo elemento: humiliaretur, vt Dei gratiam haberet, ac in eadem perſeueraret, nam ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam: vel vt inſtrueretur quæque vitia cauere, vnde licet corpus humanum, ſit ex quatuor elementis compactum, tamen in eo dominatur elementum terræ: non autem ignis, nè eſſet nimis iracundus, vel accenſus ad nocendum proximo. Nec elementum aeris: ne in eo, ventus vanæ gloriæ ambitionis, & ſuperbiæ eſſet, nec elementum aquæ, ne luxus & carnalis voluptatis, ipſum ſibi ſubiiceret, tamen ſubtilius rem agitans, ab humanitate potius hominem dici, quàm ab humo, eoquod, cum homo non tantum corpus, nec tantum anima: ſed quædam entitas abſoluta, ex anima & corpore reſultans ſit: ideo ab humanitate, quæ eſt forma vniuerſalis animalitatem & rationalitatem concernens, homo dicitur. & dato quod, ad ſenſum pateat, ac manifeſtũ ſit, hominem in ſuo eſſe abſoluto eſſe? nihilominus quod ipſe neceſſario ſit: perfectio vniuerſi expoſtulat, ſcala differentiæ & concordantiæ, id idem indicat, nam vniuerſi perfectio, in creaturarum complemento, vt à creatura ad creatorem, in omni proportionaliter ſit analogia & ſimilitudo. non ſolum quoad eſſe diſtinctum omnium: ſed etiam quoad eſſe vnitum. hoc eſt non tantum quo ad omnia diſtinctiuè ſed quo ad vnitiuè: quoniam Deus eſt omne in omnia: & omnia in vno, at quia Deus eſt eſſentia & natura, vita, via, intellectus, immaterialis, ergo cũ creator ſit, & vt Deus creator

tor ſit,qui eſt omnia vnũ:quod ſit terminus, omniũ eorũ quæ ſunt omnia, quapropter neçeſſum eſt quod ſit aliqua entitas creata,quæpræcisè habeat eſſe quæ ad ipſum referatur quo ad eſſentiã: & aliqua quæ præter eſſe,habeat & vitam:cuius vt vita eſt,terminus ſit,& alia quæ cũ his'& Deus ſenſum concernat:& talis terminet relationem ipſiusDei vt via : vltimo vt ſit alia quæ immaterialitatẽ habeat,ratione cuius Deusincorporeus, creator dicitur, hoc eſt, eiuſdem terminat reſpectum vt ſubſtantia incorporea. At quia Deus non ſolum eſt omnia ſed eſt omnia vnum, ob id oportet quod ſit aliqua entitas creata:quæ participatiuè ſit omnia,in vno vt vera analogia & ſimilitudo à creatura ad creatorẽ:& talis homoeſt. qui eſt, viuit, ſentit, & intelligit ideo omnis creatura. vnde ad imaginem & ſimilitudinem quo ad eſſe, in vltimo die prò bene eſſe,cum dominio ad perfectum eſſe, & in paradiſo ad optimum eſſe Deum eum poſuiſſe ſcriptura fatetur. ſcala etiam concordantiæ & differentiæ: quod homo ſit manifeſtat, nam eſt concordantia entitatum creatarũ quo ad eſſe, & etiam differentia vt elementa inter viuẽs & viuẽs quo ad plantas, ſicut & differentia inter viuens & non viuens vt plantæ & lapides. Ita inter ſenſibile & ſenſibile: vt inter capram & leonem, quæ in animalitate conueniunt & in vltimis differentijs diſcrepant, ſicut inter intelligibile & ſenſibile vt capra & Angelus, ergo vt ſit omnium concordantia, neceſſum eſt, vt ſit homo in quo eſt diferentia & concordantia. nam inquantum eſt non eſt viuens

uens, & vt viuens non habet eſſe ſimpliciter, eſt etiam in eo concordantia quia illud eſſe eſt cum vita, & illud viuere, eſt cum eſſe: eſt itidem differentia inquantum viuit vita plantæ, & non vita animalis, ſed in hoc eſt concordantia quia illa vita plantæ eſt diſpoſitio ad vitam animalem. Vnde ita viuit, quòd ſentit potentialiter, & ita ſentit quòd viuit actualiter, eſt & differentia quo ad ſenſibile & intelligibile: vt inter corpus & animam quæ ſunt in concordantia, eo quod illa anima ita eſt ſpiritus quod eſt anima, & actus corporis à corpore dependens ſubiectiuè & obiectiuè: non ſubiectiuè ex quo, ſed vt cum quo, quamobrem eſt omnino neceſſarium hominem eſſe.

CAPVT II.

QVID eſt homo in ſe? *Concupiſcentia.*
EST animal rationale mortale, animal dico, quo ad genus remotum: in quo conuenit *Veritas.* cum cæteris animantibus, quia ſubſtantia animata eſt, à quibus differt in genere propinquo: ſcilicet in rationalitate, in quo conuenit cum angelis, vnde ex hoc alia animalia ſenſitiua genus diuerſum non faciunt: ſed præciſe ſpecie differunt, eo quod gradus animalitatis æqualiter ab ipſis participatur, quod non eſt ſic in homine: nam anima rationalis collocata eſt ſub alio genere formarum. ſcilicet intellectualium: vnde animalitas hominis eſt in rationalitate. ſicut vegetatiuitas in ſenſitiuitate, ob id vna anima ſeu

forma cũ alietate potentiarũ, & quia anima rationalis eſt vltima forma quæ magis participat de intellectualitate quàm de ſenſibilitate, quapropter magis immediatus ſubſtãtiis immaterialibus, quàm ſenſibilibus homo eſt, à quibus, vt dixi, per mortalitatem differt. Non vt mortale eſt differentia, ſeu deſtructiua realitas, de ratione enim differentiæ eſt, quod ſit conſtitutiua, & eſſeitatiua reſpectu illius, cuius eſt differentia, nam per eã ſpecies abundat à genere, quod nõ eſſet ſi differentia eſſet priuatiua, vel negatiua quia cõtrahit genus, & cõtrahẽdo cõſtituit, ſed cõſtituere, & corrumpere opponuntur cõtraditoriè, ergo &c. ſed vt mortale circumloquitur vltimam hominis differentiam, quæ nos latet. Ideóque vt veram ipſius cognitionem habere poſſimus per ea, quibus eſt, cognoſci debet & cum aliquid talium nos lateat, circumloqui neceſſum eſt: per aliquod eidem proportionatum, & nobis notum: quod ipſum mortale eſt. nam eo deducimur ad id, quo homo eſt animal rationale, temporanea menſura menſurabile: quæ eſt menſura motus & quietis, ſcilicet entis naturalis mobilis & quieſcibilis.

Concupiſcentia. Vetuſtas.

QVID habet in ſe homo?

QVIA ly habere in ſe capitur multipliciter, vel in ſe eſſeitatiuè, hoc eſt in ſua eſſentia: & aliqua quæ de ſua ſunt eſſentia, & natura, & ſic habet animalitatem, & rationalitatem: quoniam homo animal rationale eſt, vel in ſe quo ad fieri, & ſic habet priuationem & cauſam efficientem: ſine qua non, quæ eſt calor naturalis, vel

vel quo ad fieri extrinſecè & ſic habet cauſam efficientem vniuocam & æquiuocam, nec non & finem. Vnde homo hoc modo eſt ſubſtantia creata à Deo, cum anima rationali & beatitudinis capax: à ſibi ſimili ſpecie genita, & ex hoc humanitatiuè bona, mole & virtute magna, temporanea in tempore poſſificatiua, & in inſtanti cogitatiua, cum diſcurſu ſapiens & ſciens, arbitrio libera, glorificabilis, minor angelo natura, gratia æqualis, vel modaliter maior, realiter animalibus ſuperior, per intellectum primò ſpiritualiter operans, & voluntate terminatiuè, diabolo contrarius & inimicus: qui calcaneo ipſius inſidiatur.

QVID eſt homo in alio? *Concupiſcentia.*

LY, in alio contingit multi fariam, vel vt habere eſſe in alio tanquam in cauſa: vel vt in obiecto, vel in actu: ſi primo modo, contingit quadrupliciter, ſecundum quadruplex genus cauſæ, ſcilicet efficientem, & hoc dupliciter, vel efficienter vt cauſa, vel efficienter vt cum cauſa: ſi ſecundo modo ſic eſt in calore naturali: cum vi ſubſtentatiua humidi radicalis, in quo eſt effectualiter, & vt effectus, habet eſſe in cauſa aliquali; quæ eſt cauſa cum cauſa: ſi primo modo, ſcilicet habere eſſe in aliquo, vt in cauſa hoc eſt, tripliciter vel principaliter & vniuerſaliter cum cognitione & generali influētia, ſcilicet ad placitum, & ſecundum velle contingenter: hoc eſt, quod ita vult quod poteſt non velle & habet eſſe in Deo: vel in aliquo vt in principio diſpoſitiuo, & æquiuoco, & hoc dupliciter vel: diſpoſitiuo *Veritas.*

tantum,& ſic eſt in ſole,& in aliis ſtellis, vel in aliquo diſpoſitiuè & conſeruatiuè ſimul,& ſic eſt in propria patria eſt loco. Aut in aliquo effectiue vniuoce,& ſic eſt in generante eiuſdem ſpeciei: ſcilicet in patre, ſi verò materialiter & in alio ex quo fit, & hoc duobus modis, vel vt ex quo fit in ſe,& ſic eſt in materia prima:aut ex quo fit tale, & ſic eſt in corpore humano ex quo cum anima fit homo,aut in alio formaliter& hoc duobus modis vel in alio tanquam in ratione formali eſſentiatiue conſtitutiua, & huiuſmodi eſt in bonitate, magnitudine,duratione, ac in cæteris eſſendi extremitatibus, vel in aliquo vt in ratione formali:qua homo eſt homo, & ſic eſt in animalitate.& rationalitate, ſcilicet in ipſa humanitate abſtractiuè.ſi verò in aliquo finaliter,hoc duobus modis:aut vt in fine non finàliter,hoc eſt in fine ſub fine & hoc eſt in generatione vniuoca naturaliter ſcilicet in intentione conſeruationis ſui ſpeciei, vel habet eſſe in aliquo vt in fine finaliter:& hoc dupliciter, vel in aliquo vt quo, vel vt in aliquo circa quod:primo modo hoc tripliciter,vel initiatiuè, & ſic eſt in viſione diuina,vel terminatiue,& ſic eſt in frutione,vel adæquatiuè & extẽſiuè cũ actuali cõtinẽtia viſionis, & fruitionis:& ſic habet eſſe intẽtione:ſi autẽ in aliquo vt circa quod ſic eſt in Deo vt quid cõcretum ex eſſentia & perſonis, at ſi habet eſſe in aliquo obiectiue, hoc tribus modis, ſecundum quod homo tripliciter conſiderari poteſt: vel vt hic homo, aut vt homo eſt, aut beatus eſt, ſeu beatitudinis eſt capax:ſi primo modo, tunc dico, quod

quod habet eſſe in quiditate rei materialis:quoniam nihil eſt in eius intellectu quin prius fuerit in ſenſu, & hoc modo homo dicitur homo exiſtentiæ vel ſubſiſtentiæ:ſi verò vt homo eſt in ſuo eſſe quiditatiuo, ſic eſt in ente ſub ratione qua ens: nam nihil intelligit quod non ſit ens quod eſt eſſentialiter bonum,magnum,&c.ſi autem quid homo habet eſſe in alio. Vt in actu, hoc tribus modisvel politicè,vel purgatoriè,vel exemplariter. Politice namque inquantum habet eſſe in actu:quo regitur vita humana,& ipſamet operatur, ad opera exteriora & vitiis non ſubiacet. Purgatorie verò inquantum habet eſſe in victoria vitiorum & operare habet intrinſice & extrinſice, ita quod vitiis deuictis peſſeſſor virtutum quieſcẽs eſt. Exemplariter autem eſt in aliquo vt in actu ideali,& ſic contingit tripliciter,vel æternaliter & ſic eſt in actu intelligendi Dei, vel æuiternaliter & ſic eſt dupliciter, vel in aliquo actu vt apetitu cõſeruatiuo charitatiuè,& ſic eſt in intellectione & volitione angeli boni, vel in cõſeruatiuo cum odio & inuidia, & ſic habet eſſe in operatione angeli mali, aut habet eſſe in aliquo actu temporaliter, & hoc tribus modis:vel vt in actu pullulante,& ſic habet eſſe in intellectione, volitione, & recolitione ſimplici: vel in aliquo actu perficiente & ſic eſt in actu virtutum moralium: vel in aliquo actu vt optimante ita quod optimus eſt, & hoc modo habet eſſe in actibus Theologicaliũ virtutũ, aut in aliquo, vt in actu completiuo, & ſatiatiuo & hoc modo quo ad animam eſt in viſione, fruitio-

ne,& intentione, vel in aliquo actu complente quo ad corpus & ita eſt in claritate, incorruptibilitate,ſubtilitate, & agilitate in quibus homo eſt actualiter in habitu & habitualiter in actu.

CAPVT III.

Concupiſcentia. Veritas.

DE quo eſt homo?

PRIMITIVE quo ad eſſe intrinſcecum & vniuocum eſt de ſe ipſo:hoc eſt de ſua ratione formali quæ eſt humanitas, ſuppoſitaliter eſt de primo homine à quo eſt propagatus ſed, quo ad eſſe de ſeipſo eſſeitatiue eſt de ſuo humanitatiuo, humanare, & humanabili quæ ſunt abſtractiue vna forma vniuerſalis,ſcilicet humanitas abſtracta ab animalitate, & rationalitate, poſſeſſiuè verò eſtDei.

CAPVT IIII.

Concupiſcentia. Veritas.

QVARE eſt homo?

QVIA ſua principia eſſeitatiua,tum vniuerſalia,tum particularia ſunt,videlicet bonitas humana magnitudo. humana, duratio humana, & alia,ergo homo eſt, quo ad cauſam agentem: ideo homo eſt vt vniuerſum ſit perfectum & magna opera Dei manifeſtentur. Ratione cuius Deus in creatione ſe dedit vt exemplar,in paradiſo vt amicum, in mundo vt cuſtodem, in prædeſtinatione vt patrem in redemptione vt patrem & fratrem, in iuſtificatione vt miſericordem,in morte vt redemptorem, in cœna vt cibum,

bum, in gloria vt ſocium, & vniuerſaliter vt bonum communicabile quod æternaliter communicatur potenter & quando vult, ſapienter, virtuosè, & verifice & quomodo vult quod velle eſt eſſe & regulatum eſſe.

CAPVT V.

QVANTVS eſt homo? *Concupiſcentia.*

ET quia duplex eſt quantitas: ſcilicet virtutis & molis, quantitas molis duplex eſt, *Veritas.* ſcilicet continua & diſcreta, ita & quantitas virtutis, quo ergo ad quantitatem continuam molis, homo eſt ſubſtantia corporea & ſic quod corpora ſunt perfecta & vera pectora habentia, vel præteritaliter, preſentialiter, vel futuraliter tot homines ſunt: quoniam homo ex anima & corpore fit: non ex anima tantum, nec ex corpore tantum ſed ex anima & corpore. Ideo recte definitur homo per id, ſcilicet homo eſt ſubſtantia corporea, animata, rationalis, ſi autem quo ad quantitatē diſcretā molis, dico, quod tāti ſunt homines quot ſunt cogniti à Deo & quod vt cogniti erunt, eo quod ſi numerus electorum ſolum Deo cognitus eſt: quanto magis electorum & non electorum menſura, conſule eum: qui omnia nouit & nota ad ſuum placitum ponit in eſſe, & quos vult iuſtificat, & quos vult indurat, non quo ad velle præcedens, quia vult omnes homines ſaluos fieri, ſed quo ad velle conſequens ſeu conſequenter. At ſi de quantitate virtutis loquimur, vel continue, vel diſcrete: ſi primo mo-

do,ſic dico quod eſt vnus homo quia vna eſt ratio formalis & virtualis homificatiua, quæ per modum generationis propagatur in omnibus, ſ. autem quod ad virtualem quantitatem diſcretam dico, quod eſt multiplex, & quaſi infinitus: aliis enim datur ſpiritus ſapientiæ, aliis ſpiritus ſciẽtiæ,& ſic cæteris ſecundum ſubiectorum diuerſitatem: ad velle Dei, alia & alia virtus reperitur, vnde magnitudo & infinita potentia Dei manifeſtatur.

CAPVT VI.

Concupiſcentia. *Veritas.* QVALIS eſt homo?

QVO ad qualitatem eſſentialem dico quod homo eſt rationalis. ſed completiuè eſſentialiter eſt ſubſtantia corporea animalis & rationalis, quo ad qualitatem propriam: eſt riſibilis, à propriatè verò eſt animal aſſotiabile, & omnis entitas: ita quod eſt lapis, quo ad eſſe, terra, quo ad carnem, & eſſe aqua quo ad vapores, aër quo ad flatum, ignis in calore, planta in viuere, brutum quo ad ſenſum, angelus quo ad intellectum: & Deus inquantum eſt omne ens, ſed quo ad qualitatem concomitantem, eſt albus, vel niger inſeparabiliter ſedens, vel currens, ambulans, vel quieſcens, ſeparabiliter.

CAPVT VII.

Concupiſcentia. *Veritas.* QVADNO eſt homo?

QVIA triplex eſt eſſe hominis, vel quo ad eſſe cognitũ,& ideale,quod eſſe eſſentię dicitur,

aut

aut quantum ad eſſe exiſtentiæ vel quo ad eſſe, ſubſiſtentię: ſi primo modo hoc dupliciter, aut vt eſt in Deo, & ſic eſt in quando æternitatis. Nam idea (vt alias diximus) eſt ratio æterna in mente diuina ſecundum quam, aliquid eſt formabile antequam formetur. Aut quantum ad eſſe eſſentiæ, in ſe realiter & extra ſuam cauſam, & ſic eſt inquando æuiternitatis: cuiuſmodi etiam eſt eſſe hominis quantum ad exiſtentiam, ſed quo ad eſſe ſubſiſtentiæ eſt inquando temporalitatis, ita quod eſt hoc, vel illud.

CAPVT VIII.

VBI eſt homo? *Concupiſcentia.*
SICVT homo multiplex habet eſſe, ita *Veritas.*
& multiplex ſortitur vbi, quantum ad eſſe hominis cognitum, & æternaliter cognitum: eſt in Deo vt cognitum in cognoſcente, non ſecundum rationem motiuam, ſed terminatiuam, quo autem ad eſſe eſſentiale communicabile eſt in ſeipſo, quia natura eſt, & natura bona & magna, & ita communicabilis, vt plena & non vt vacua ſed vt communicata, eſt in omnibus indiuiduis naturæ humanæ. Vel quo ad eſſe hominis exiſtentiæ, & ſic potentialiter remotè, eſt in materia prima potentialiter propinquè eſt in corpore humano: Vel quo ad eſſe exiſtētiæ formale, & ſic vniuerſaliter eſt in humanitate, & particulariter in rationalitate. Vel quantum ad eſſe ſubſiſtentiæ: & ſic eſt circunſcriptiue hic, vel ibi: ideoque quadraplex eſt vbi ipſius hominis, ſe-

cundum quadruplex eſſe ipſius. Vel eſt in vbi immenſiuè, quo ad eſſe ideale, vel in vbi neutraliter, ſine præciſione ita quod non eſt hic, nec ibi præciſiue, ſed eſt hic, & ibi identicè, hoc eſt quod ita eſt hic, & idem huic, quod alibi, & idem alij, ſi quod ad eſſe exiſtentiæ potentialiter remotæ, eſt in omni parte deffinitiue, quo ſane intelligendum eſt, ſcilicet non circumſcriptiue, & dimenſionaliter, ſed deffinitiue quod idem eſt verè exiſtens, quo autem ad eſſe hoc vel illud ſic eſt dimentionaliter, & occupatiue in loco.

CAPVT IX.

Concupiſcentia. Veritas.

QVOMODO eſt homo?

ET quia quatruplex ratio formalis, ſecundum formalitates & vna forma ſpecifica eſt in homine, ſcilicet eſſeitas, vegetatiuitas, ſenſitiuitas, & intellectiuitas. Ideo homo eſt, viuit, ſenſit cum vi motiua ſecundum locum: & intelligit. Ideo eſt quadruplex modus in homine, ſcilicet eſſendi, viuendi, ſentiendi, & intelligendi: qua de re dico, quod homo eſt ens reale exiſtens, viuens, ſentiens, & intelligens: quo ad primum habet triplex eſſe, abſolutum, ſcilicet vt in ſe eſt & ſic eſſe eſſentiæ, eſſe in ſuis principiis, ſcilicet materia & forma, & ſic habet eſſe exiſtentiæ, & eſſe quo eſt hoc aliquid, & ſic habet eſſe ſubſiſtentiæ. Reſpectu vitæ habet triplicẽ vim & potentiam: videlicet nutritiuã, vegetatiuã & generatiuam, cum vi, & adiuuamine caloris naturalis. Ratione tertij habet intrinſecè, & extrinſecè ſine

ſine adiuuamine qualitatum primarum, hoc eſt per ſenſus interiores, & exteriores, circa obiectum operari, reſpectu tamen quarti, habet intellectum, voluntatem, & recolitiuam, ratione primæ virtutis concipit verum: Reſpectu ſecundi illud idem intuetur vt bonum: at ratione tertij recolit quo ad vtrumque.

CAPVT X.

CVM quo eſt homo? *Concupiſcentia. Veritas.*

Esseitative eſt cum anima rationali. aſſotiatiuè æquiuocè eſt cum angelo, aſſotiatiuè vniuoce cum alio homine, aſſotiatiuè dominanter, eſt cum brutis vnitiuè hipoſtatice eſt cum Deo, vnde bonus, magnus, æternus potens, ſapiens, virtuoſus, verax, rationabiliter volens, glorioſus, non ſui ratione, ſed adoptionis & vnionis cum Deo eſt.

De animalibus ſenſitiuis tractatus ſeptimus.

CAPVT I.

ET ſi pluribus impeditam negotiis te videam: regimine ſcilicet quotidianis lectionibus, & altiſſimarum rerum compoſitione, tamen nil tibi iucundius eſſe, quàm vt eam alij adipiſcantur cognoui: ob id viſo de hominis natura, animalium ſenſibilium aggredior tractationem, cum (ipſo homine excepto) animal ſenſitiuum, inter alias res creatas materiales *Concupiſcentia.*

riales: primum obtineat locũ,nam vegetatiuum eſt, ſenſitiuum, & ſecundum locum motiuum. Vtrum ergo ſit.

Veritas. TRIA in hac propoſitione intelligi poſſunt: vel eſſe, quo animal eſt, vel eſſe quo animal eſt ens reale, aut eſſe quo animal eſt hoc, vel illud differenter, ſi de primo eſſe? ſic dico: quod cum animal, concretum quodam ſit: ex animalitate & ſuppoſita natura, quæ ſenſibilitati eſt res ſubiecta, vel ſubiicibilis: his exiſtentibus vt quibus eſt: animal vtique eſt, quoniam principiis intrinſicis & vniuerſalibus eſſe habẽtibus: id quod per ea habet eſſe: eſt. Si de ſecundo eſſe, dico quod cũ ſenſibile ſit & ſenſatio ſit, vtique ergo & ſenſus: ergo & ſenſitiuum. Quoniam potentiæ cognoſcũtur per actus ſicuti & per eoſdem diſtinguntur, & actus per obiecta. Si verò de tertio eſſe, tunc reſpondeo, quod ſi hoc aliquid illud, & quoduis aliud in ratione formali generica ſunt. Ergo & id, cuius ratio formalis aliis communicatur vel eſt communicabilis, eſt.

CAPVT II.

Concupiſcentia. QVID eſt animal in ſe?

Veritas. EST ſubſtantia animata ſenſitiua: animatam ſubſtantiam dico, ad inanimatorum differentiam, quæ non viuunt: nec à principio intrinſeco mouentur, ſenſitiuam verò ad vegetabilium diſcrimen: quæ præciſè qualitatibus primis circa obiectum, & materiam propriam operationem exercent, vt per caliditatem, frigiditatem,

tem, humiditatem, & ſiccitatem.

Q v i d habet animal ſenſitiuum in ſe. *Concupiſcentia.*

Q v i a ly habere in ſe vel eſt, quo ad ea, quæ de ſuo eſſe intrinſeco, & ratione formali ſunt, & ſic dico quod habet corpus organicum, & animam: qua animatum corpus illud eſt: & ſecundum locum mobile. vel eſt, quo ad illa, quæ fluunt ab his, quæ ſunt de intrinſeca ratione animalis, & tunc dico, quod habet vegetare nutritiuè, augmentatiuè, & generatiuè, ſentire appetitiuè, aut non appetitiuè, & moueri ſecundum locum vel dilatatiuè & reſtrictiuè, aut progreſſiuè, quod eſt per animam ſenſitiuam, quæ virtualiter continet vegetatiuam. *Veritas.*

CAPVT III.

Q v i d eſt animal ſenſitiuum in alio?

Q v i a ly in alio dicitur multipliciter, vel cauſaliter, vel effectiuè, vel circunſcriptiuè: ſi primo modo aut ergo effectiuè primariè, & ſic eſt in Deo, à quo antè ſuum eſſe reale exiſtentiæ, habuit eſſe idealiter, ſi verò effectiuè, ſecundariè tunc dico, quod fundamentaliter eſt in primis animalibus, à Deo creatis, formaliter remotè eſt in mare & fœmina habitualiter propagantibus, ſed formaliter propinquè eſt in ſemine deciſo: actualiter in matrice ſeruato, aut materialiter. & hoc modo dupliciter, aut primo, & ſic eſt in prima materia, ex qua ſpiritus domini: quando ferebatur ſuper aquas, viuens omne, ac non viuens poſuit in eſſe, *Concupiſcentia. Veritas.*

aut

ter, & ſic eſt dupliciter aut vt in conceptu reali immediatè abſtracto à rebus exiſtentibus,& huiuſcemodi eſt in ente reali: quod per modos intrinſecos ad ſua inferiora contrahitur, aut potentialiter,vt in realitate poſitiua per differẽtias formales contrahibili,& ſic eſt in ſubſtantia. aut actualiter, & hoc modo eſt in ſuis inferioribus: quæ actualiter ſunt animal. vel formaliter eſſeitatiuè,& huiuſmodi eſt in animalitate:quæ ratio formalis eſt, qua animal ſentit, moueturque, vno modo eſt in aliquo eſſeitatiuè, ſcilicet virtualiter,& ſic eſt in rationibus ſeminalibus: quæ virtute caloris animalis, poſſunt producere animal: tertio modo eſt eſſe in aliquo circumſcriptiuè,& ſic dico quod animal, aut ſecũdum ſe cõcipitur,& tunc eſt in omnibus ſingularibus,licet ſecundũ aliud & aliud ſuppoſitum quæ circumſcriptiuè ſunt in loco: cum quanta ſint, ipſum circunſcribitur ad eorum circumſcriptiuitatem per accidens, ſi verò vt hoc, vel illud animal eſt: tunc per ſe eſt in loco dimenſionaliter,quia ſubſtantia corporea eſt.

CAPVT IIII.

QVID habet animal in alio? *Concupiſcentia. Veritas.*

ANIMALITATEM habet communicare, ſibíue ſimile in ſpecie formaliter, vel potentialiter generare,dico formaliter ratione eorum, quæ ex ſemine propagantur, potentialiter verò ob ea,quæ à putri fiunt materia, quæ licet actu ſibi ſimile non generent in ſpecie, benè tamen

men aptitudine,& ſucceſſione.

CAPVT V. primæ quæſt.

Concupiſcentia. SED ex his quæro, vtrum anima ſenſitiue, per quam animal ſentit, ſit in ipſo extenſa.

Veritas. AD hoc dico primo quod quædam ſunt formæ, quæ ita reſpiciunt materiam: quod æque primo totam, quam partem, quales ſunt inanimatorum, videlicet formę elementales, & miſtorum, quæ ita primo ordinantur, & recipiuntur in aliqua materia: vt poſſint recipi in parte illius, quoniam diſpoſitio tota neceſſaria ad talem eſt in tota materia, & in qua vis parte, vt diſpoſitio formæ ignis calor eſt, qui tam primo eſt in aliqua materia magna ſicut in parua, eo quod in vtraque poteſt eſſe vt octo: quædam aliæ formæ ſunt in oppoſito extremo, quæ ſic ordinantur ad aliquam totam materiam, vt nullo pactò reſpiciant partem: niſi vt per ſe vnitam, quod euenit ex perfecta diſpoſitione, & organizatione, quam tales formæ quærunt, quæ non poteſt inueniri niſi in tota materia: & huiuſmodi ſunt anima rationalis, & animæ perfectorum animalium hæc *Ariſto 2. de anima te. 5.* enim non ſunt niſi exiſtente tali diſpoſitione, vt eſt in tota materia perfecte organizata, quam ob rem dicimus. Anima eſt actus corporis phiſici in potẽtia vitã habentis: aliæ ſunt formæ mediæ, quæ ſic reſpiciunt materiam aliquã vt non æque primò partem, ſicut primæ, nec prorſus totam materiam tantum, ſed aliquo modo & minus principaliter partem, eo quod non ſunt ita perfectæ,

fectæ. Vnde neceſſum: tantæ, ac talis diſpoſitionis habeant in materia, huiuſmodi ſunt animæ, plãtarum, & imperfectorum animalium: ſit ergo primum dictum formæ primo modo, quia reſpiciunt aliquam totam materiam, & partem æquè primò, ſunt extenſæ, & diuiſibiles in illa materia, vt pars formæ reſpiciat partem materiæ, ita vt poſſit ſeparata per ſe eſſe, ſimiliter & tertiæ, quia reſpiciunt aliquo modo partem materiæ, ſunt extenſæ, tamen, cum non æquè primò illam partem reſpiciant, non poſſunt in illa ſola multum permanere ſeparatæ, aliæ verò formæ, quæ nullo modo reſpiciunt partem, non ſunt extenſæ, ſed in tota materia totæ, & totæ in qualibet parte, ratio huius dicti eſt ad ſenſum. Nam cum vermiculus pungitur in vna parte ſtatim retrahit ſe, quod non eſſet verum, ſi anima eſſet extenſa. Item ſicut ſpecies rei viſibilis, quæ eſt in oculo non eſt extenſa: ergo multo magis & potentia non eſt extenſa, quoniam non magis extenditur accidens quam ſubiectum.

Reſpondeo ſecundo & probabilius, quod omnes aliæ animæ ab intellectiua vel quod perfectorum ſint vel imperfectorum, ſunt extenſæ & diuiſibiles: quia ſunt eductæ de potentia materiæ quantæ, omnis autem forma educta ex potentia materiæ quantæ, per accidens eſt quanta & extenſa: aliter enim tota educeretur ex qualibet parte materiæ, quod non eſt imaginabile quia tota de tota & pars de parte educitur, ſicut albedo à ſubiecto.

Sed ſi hoc eſſet verum, quare ex ramo abſciſo *Concupiſcentia.*

fit alia ſimilis arbor,& ex parte abſciſa animalis, non fit iterum ſimile animal?quoniam ſi illę ſunt extenſæ, & diuiſibiles ſicut & iſtæ, non debet eſſe maior ratio de vna,quam de alia.

Veritas. DIGNVM ſcitu eſt, (ô concupiſcentia) quod in animali ſunt partes,quæ non niſi ex ſpermate per virtutem ſeminalem fabricantur: & hæ non reparãtur per humidum nutrimentale. Vnde abſciſæ ſemel,non reſtaurantur: ſed plantæ ex ſemine, non niſi paucas partes habent: ramos enim ex nutrimento habent:ob id reparare poſſunt ipſos. vel dicitur, quod arbor in ramo abſciſa raparetur, quoniam habet ſeminalem virtutem ſparſam, & vim fructus, & fœtus producendi vndequaque per omnes partes, ſeu ramos: non ita animalia ſenſitiua: ſed in aliqua parte tantum vim generatricem ſortiuntur.

CAPVT V.

concupiſcentia. *Veritas.* DE quo eſt animal ſenſitiuum?

REGVLA hæc quæſtionalis de quo,tres habet ſpecies:quia vel quærit de quo res ſit primitiuè,aut de quo eſſeitatiuè, vel de quo poſſeſſiuè:ſi primo modo:ſic dico quod cum animal,ſit entitas abſoluta,& natura ſecundum ſe, non ab alio, quam à ſe ipſo dependens, quo ad dependentiam intrinſecam,& eſſentialem:eſt de ſe ipſo,ſi verò de eſſe entitatiuo, quo ex ſuis partibus eſſentialibus conſtat,& definitur. dico, quod eſt ex ſubſtantia corporea,& anima ſenſitiua: vnde animal eſt ſubſtantia animata ſenſitiua, at ſi de eſſe,

eſſe, de quo poſſeſſiuè: tunc dicitur: quod eſſe de aliquo poſſeſſiue eſt duobus modis, vel de aliquo, vt finis abſolutus, & gratia cuius, & ſic eſt de Deo: quoniam vniuerſa propter ſe ipſum operatus eſt dominus, vel de aliquo, vt finis ſub fine, & ſic animal ſenſitiuum eſt hominis, quia omnia fecit Deus propter hominem. ideo dictum eſt ipſi: dominamini piſcibus maris, volatilibus cœli, & cunctis animantibus terræ, ſumus enim quodammodo finis omnium.

Proue. 16. *Gene. 5.* *Ariſt. 2. phi.*

CAPVT VI.

Concupiſcentia.

EX his, modò, à te mihi, collatis: aliquæ oriuntur difficultates: & prima eſt, quia dicis animal cenſitiuum eſſe de ſe ipſo quod eſt contra rationem creaturæ cuius eſſe eſſentialiter eſt de alio habere eſſe. Secúda talis eſt materia formæ debet eſſe propertionata: ſicut & forma materiæ, ſed ſubſtantia corporea animatis, & inanimatis eſt communis: ergo non eſt animæ cenſitiuæ ſubiecta materia quare non eſt, animal, ſubſtantia corporea animata ſenſitiue. Tertia eſt, quia dicitur quod animal ſenſitiuum, quo ad de quo poſſeſſiuè, vt finis abſolutus: eſt Dei, quia vniuerſa operatus eſt, propter ſe ipſum. Tunc quæritur, vel propter ſe ipſum quod eſt quo ad gloriam ſuam, aut ad bonitatem ſuam, non primum, quia ad ſuam gloriam alio extra ſe indigeret: qui bonorum noſtrorum non eget nec ſecundum: quia diuina bonitas eſt ſua beatitudo. Sed beatitudinis non eſt capax, niſi intellectualis creatura,

ergo non omnia fecit Deus propter ſuam bonitatem,ſed ſolam creaturam rationalem. Quarta,& vltima difficultas eſt, quia dicis, animal ſenſitiuum,poſeſſiuè vt finis, ſub fine eſſe hominis, gratia cuius, omnia fecit Deus. Si hoc eſſet, verum,ſequeretur,quod homo eſſet inter alias creaturas nobiliſſima entitas,& (Deo excepto) omni alio ente eſſet ipſe nobilior, quod eſt contra id quod dicitur,minuiſti eum paulominusab angelis,& per conſequens, non daretur creatura media inter ipſum,& Deum,quod eſt abſurdum.

CAPVT VII.

Veritas. AD primam difficultatem, dicitur primò: quod cuiuſlibet rei, duplex eſt mẽſura,ſcilicet,per intrinſecus adueniens rei,cuius eſt menſura, & alia per extrinſecus adueniens, prima propria,ſecunda vniuerſalis. Menſura primo modo eſt,illa, qua res,penes ea: quæ ſunt de intrinſeca ratione rei,menſuratur, vt animal animalitate,& homo humanitate. Menſura verò ſecundo modo eſt quo ad ea, quæ indifferentia ſunt,& alteri rei competunt,& hæc eſt,per quam,omnis res eſt,aut à ſe,aut ab alio: quãtum ergo ad menſuram intrinſecam,animal eſt à ſe ipſo quoniam à ſua ratione formali. Sed quo ad menſuram extrinſecam,quia ens per participationem, & imitationem ad primum ens,ad quod ſecundum magis, & minus acceſſiuè creatura dicitur magis perfecta, & minus perfecta: æquiuocat ergo argumentum ab eſſe menſuræ intrinſecæ, ad eſſe

menſuræ

mẽſuræ extrinſecæ. Secundo dico, quod animal, ſicut & omnis alia res creata conſideratur dupliciter: aut quo ad ſuũ eſſe formale, quo animal eſt, & ſic à ſe ipſo eſt, hoc eſt, à ſua ratione formali, & nõ ab alia, quia cuiuſlibet rei, eſt propria, & quidditatiua forma, aut quo ad ſuã cauſam efficiẽtẽ, materialẽ, & finalẽ & ſic effectiuè eſt de Deo, exẽplariter de idea, materialiter primò de illa entitate poſitiua, potentialiter ex qua & omnis alia res eſt, materialiter ſecũdò de ſubſtãtia corporea animabili: at finaliter vt cui⁹, eſt de Deo: & finaliter vt quo eſt de homine, valeret ratio ſi animal eſſet de ſe ipſo effectiuè. Nã nõ eſt incõueniens: quod aliquid ſit à ſeipſo formaliter, & ab alio effectiuè.

Ad ſecundam dico, quod materia ſecunda, & formæ proxima, debet formæ eſſe proportionata, ſicut & forma materiæ, non autem materia primo prima, & materia remota: materia enim primo prima eſt omnibus creatis rebus communis, ſpiritualibus, ſcilicet, & corporalibus: materia verò remota ſolum corporalibus: aut quod animata ſint, aut inanimata. Sed proxima, animatis ſubſtantiis ſolum competit: vt eſt ſubſtantia corporea phiſica, organica, in potentia vitam habens.

Ad tertiam dico: quod illa propoſitio, ſcilicet, Dominus vniuerſa operatur propter ſe ipſum, vel ad ſuam gloriam, poteſt intelligi duobus modis: aut ad habendum quod, non habet, ſeu augendum quod habet, & hoc modo, non eſt vera, cum bonorum noſtrorum non egeat, vel poteſt intelligi, quo ad manifeſtandum aliis, & communicandum, & ſic eſt ve-

ra: nam vniuerſa operatus eſt dominus propter ſe ipſum, & ſuam gloriam manifeſtandam, & participatiuè aliis communicandam: ad ſecundum membrum eiuſdem difficultatis dicitur. eodem modo, vt ſupra de gloria Dei. vel ſic bonitas Dei. poteſt conſiderari tribus modis, vel ratione Dei. & ſic eſt ipſemet Deus, qui eſſentialiter tribus præcisè perſonis, communicatur: ſecundo modo ratione creaturæ rationalis, quæ per intelligentiam illius, eſt capax. Vnde fecit Deus creaturam rationalem, vt ſummum bonum intelligeret, intelligendo, amaret: amando poſſideret: & poſſidendo frueretur. Tertio modò ratione creaturę irrationalis, quæ illius, non vt beatitudo eſt, ſed vt bonitas præcisè, eſt capax, quia accedit ad eam ſecundum aliquam aſſimilationem. quamuis nō pertingat operatione, ſcilicet cognitione, & amore, hinc eſt, quod in omni bono, ſummum bonum deſideratur ab omnibus naturaliter, inquantum omnis creatura deſiderat aliquod bonum, quod eſt ſimilitudo quædam diuinæ bonitatis, hoc autem bonum, quod omnia appetunt naturaliter, & communiter, eſt perpetuatio in eſſe.

Ad quartam difficultatem dico primò, quod aliqua res dicitur alia perfectior dupliciter, aut quo ad eſſeitatem aut quo ad plurimarum realitatum contentiuitatem & ſignificatiuitatem. licet detur aliqua alia creatura homine nobilior, quo ad eſſeitatem, ſicut eſt angelus, non autem, quo ad contentiuitatem, & totalem (licet non totaliter) rationum formalium Dei, & omnium

creatura

creaturarum repræſentatiuitatem: ob id dicitur ad imaginem,& ſimilitudinem Dei factus homo: angelus autem ſolum ad ſimilitudinem. Secundo dicitur, quod homo conſideratur dupliciter, aut quo ad naturam,& ſic,eſt minor angelo: aut quo ad gratiam, & gloriam, & ſic eſt angelo,nobilior, nam nunquam angelos, aſſumpſit, ſed ſemen Abraæ. Vnde ſubiungit pſal. gloria, & honore coronaſti eum,conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

CAPVT VIII.

Quare eſt animal ſenſitiuum.

QVARE eſt animal ſenſitiuum ratione ſuæ exiſtentiæ? *Concupiſcentia.*

QVIA ſubſtantia corporea phiſica organica: & anima ſenſitiua ſunt, ergo & animal ſenſitiuum eſt. *Veritas.*

CAPVT IX.

QVARE eſt animal ſenſitiuum ratione agentiæ,& finalis rationis. *Concupiſcentia.*

SICVT dictum eſt ſupra,cuiuſlibet creaturæ duplex eſt finis, ſcilicet vltimus & ſic Deus eſt, vel diuina bonitas, & alius eſt finis ſubultimus: cuiuſmodi eſt homo.exempli.gratia rex, vel princeps, quandoque facit aliquid immediate propter ſeipſum, & honorem proprium puta coronam regni, vel veſtem regiam, *Veritas.*

aliquando facit aliquid ſeruorum ad vtilitatem, ſed principal us propter ſe ipſum vt. Arma bellica, currus, cõuiuia, & huiuſmodi. Sic ad propoſitum fecit Deus aliquas creaturas immmediate propter ſe ipſum, ipſummet Deum vt finem vltimum reſpicientes, non alio mediante fine, & tales ſunt creaturæ rationales, puta homo & angelus, alias autem fecit, & diſpoſuit in ſe ipſum vt in finem vltimum, & principalem: tamen alio fine alio medio, vt bruta, & omnia inſenſibilia, quæ propter hominem fecit, tanquam finem ſub fine & etiam ad ſuam bonitatem cognoſcẽdam, & maniffeſtandam. Ideo concluditur, quod finis omnium & per conſequens animalium irrationalium, eſt homo quia elementa facta ſunt propter mixta corpora, vel elementata, non enim poſſunt eſſe mixta niſi non ſint elementa, ex quibus habent componi: & mixta ratione vegetabilium, puta propter plantas, herbas ſemina, & huiuſmodi, vegetatiua facta ſunt propter ſenſitiua animalia, vt nutriantur, augeant, & generent: ſenſitiua, verò ratione hominis, qui immediate factus eſt propter Deum. Vnde eſt etiam aduertendum, quod homo poteſt cõſiderari duobus modis, vel in ſtatu viæ, alio modo in ſtatu patriæ: ſi primo modo, hoc dupliciter, aut quo ad partem animalem, & ſic ſenſibilia ſunt propter ipſum, vt declarauimus, ſi quo ad partem ſpiritualem dico quod non ſolum illa, ſed etiam angeli, ad hominem ordinantur, vt eum cuſtodiant, illuminent, &c. quo vero ad ſtatutum gloriæ non tantum hæc, ſcilicet creaturæ, ſed etiam Deus

ipſe

ipſe eſt propter hominem, vt glorificatus homo gloria Dei manifeſtetur.in tali creatura influenter,ac redundanter,quę in Deo per eſſentiam eſt.

QVARE animalia ſenſitiua facta ſunt propter hominem,cum ſatis pateat,aliqua eſſe animalia ſolum ad æſum, vt piſces communes,& nonnulla ad veſtitum: vt vulpes, & huiuſmodi. Sed ſi ſtetiſſet,homo in paradiſo: tali cibo,& veſtitu non indiguiſſet, ergo aut talia, tunc fruſtra eſſent facta,aut non propter hominem. *Concupiſcentia.*

DICO, quod talia animalia facta eſſent propter hominem, non reſpectu ſtatus naturæ inſtitutæ:ſed deſtitutæ,in quem Deus eum videbat lapſurum. *Veritas.*

ERGO in voluntate hominis, & peccato conſiſteret,hæc animalia fieri, vel non fruſtra fieri, & ſic, quod eſt eſſentialiter tale, eſſet per accidens:quod eſt falſum. *Concupiſcentia.*

QVAMVIS omnia ſint propter hominem facta, vt præhabitum eſt, tamen aliter ordinabantur ad hominem in ſtatu naturæ inſtitutæ, & aliter in ſtatu naturæ elapſæ, eſto ergo quod homo non laberetur, nihilominus adhuc talia animalia non eſſent fruſtra:licet illis non indiguiſſet, vtilia eſſent primo ad manifeſtandum hominis imperium : quia omnia obediuiſſent ei ad nutum.Secundo ad contemplandum in multiplicibus naturis Dei ſapientiam mirabilem. Tertio ad diligendum Deum, qui tanta propter hominem fecit.Quarto ad ſolatium, nam talis animalium multitudo,ſicut & florum diuerſitas, pulchrum reddit vniuerſum.Sed in ſtatu naturæ *Veritas.*

deſtitutæ,quo ad quatuor ordinantur: primo releuando indigentiam, ſcilicet,cibi, veſtitus,vel obſequij in ſubuehendo onera, vt ſunt aſinus, equus, & huiuſmodi: ſecundo ad ſolatium, vt ſimia,catuli,auiculæ, & ſimilia: tertio quædam ad corrigendum, & ledendum propter culpam, ſalubriter probando patienriam, vt nociua: quarto ad exercitium,vt intuentes homines, naturales taliũ proprietates, excerſeri poſſint,currendo proprias cauſas, quod ſcire ſimpliciter eſt.

CAPVT X.

Concupiſcentia.

QVOT ſunt genera animantium ſenſitiuorum?

Veritas.

QVIA tria elementa vis nutrimentalis rationem vbietatis habere poſſunt,& ſenſitiuitatis. Ideo tria genera animantium ſunt, ſcilicet terreſtria,aquatilia,& volatilia. De primis dicitur,producat terra animam viuentem, in genere ſuo,iumenta,& reptilia,& beſtias terræ, ſecundum ſpecies ſuas. Vnde patet,quod ſunt quatuor ſpecies animalium terreſtrium: ita quod de terra facta ſunt primo iumenta,quaſi hominis iuuamenta pró vſu vehendi.Secundo reptilia,quæ ſic dicuntur ratione motus reptendi, quia tenditur ſecundum tractionem. Animal enim,quod repit anterius aliquam partem protendens.etiam cum illa aliquid aprehendens, trahit totum corpus poſt ſe, vt eſt in vermibus, & in nonnullis aliis animalibus,quæ licet non retendunt ſe repere tamẽ dicuntur ob pedum breuitatem,vt lacertæ: tertio

tertio beſtias, quæ dicuntur proprie, inquantum, vaſtant, & vaſte vegantur, vt ſunt ſilueſtriæ. quarto hominem & eodem die, ſcilicet ſexta facta ſunt hæc cum homine, eo quia huiuſmodi animalia fiebant ad ornamentum terrę & homo ſimilis eſt beſtiis, licet anima præſtet omnibus. Igitur eodem die in corpore homo formatus eſt, quo & beſtiæ. At quoniam homo erat finis omnium, propter quem facta ſunt alia animalia omnia. Ideo licet eodẽ die poſterior tamen. De animalibus autem aquatilibus dicitur producat aqua reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram: vnde notandum eſt, quod in animalibus differt, modus reptendi, à motu gradiendi: motus enim reptendi attenditur, ſecundum tractionem: nam animal correpit anterius, aliquam partem protendens, etiam cum illa aliquid aprehendens, trahit totum corpus ſuum poſt ſe: ſicut patet in vermibus. Motus verò gradiendi eſt per impulſionem: Quãtum igitur ad ea, quæ natant ſe, trahunt, & protendunt anterius, ad extendendo ſe ad anterius, quaſi tenendo ſe ad ſoliditatem, groſſitiam aquæ trahunt totum corpus ſuum, vt claret in natantibus, hinc eſt quod natantia dicuntur reptilia, & ſi contingat ea aliquando gradi ſicut eſt crocodillis & aliquibus quę verſantur in aqua & in terra: nuncupantur tamen à motu, qui eſt eis magis naturalis, ſcilicet qui competit eis ſecundum habilitationem in aquis. At volatilia non dicuntur reptilia, licet videntur ſe ferre in aëre, ſicut piſces in aquis: quoniam eſt diuerſus modus mouendi, quia magis impulſu mouentur

quam

quam tactu. Auis dum volat, clauditur aër in concauitate alarum: & alis applicantibus ad corpus, violenter aër perpellitur ex parte alarum poſteriori tractum, & ex illo impulſu corpus auis procedit anterius: quamobrem volatilia ſub reptilium nomine non comprehenduntur, nec etiam ſub genere greſſibilium, quia non virtute pedum, ſed vi alarum mouentur. vnde poteſt ſic ſumi diuerſitas animalium quo ad motum: quia animal, aut mouet ſe anterius trahendo: & ſic eſt reptile, ſiue ſit in aqua, ſiue ſit in terra, aut impellendo, & hoc dupliciter: aut pedibus, & ſic eſt greſſibile: aut alis, & ſic eſt volatile. Reptile ergo in plus ſe habet quàm aquatile, & contra id non diſtinguitur. Ideoque notandum eſt, quod reptile dicitur quadrupliciter, vel quia ſe trahit virtute oris, ſicut vermes. Alio modo, quod ſe trahit vi coſtarũ vt ſerpentes. Tertio modo, quod ſe trahit vi penularũ, ſicut piſces. quarto modo dicitur reptile large, & communiter, quod mouendo ſe magnam ſui corporis partem terræ applicat: quamuis pedes habeat, vt lacertæ & ſtelliones. Non eſt etiam prætereundum quin notes, quod licet aquatilia, & volatilia ex aqua ſint facta, quod non ex hoc ſint ex aliis elementis: ſed ſola aqua exprimitur propter cõuenientiam aliorum cum ipſa aqua, nimirum quia aqua communiter accipitur, tam pro humore quàm pro vapore: vnde aqua eſt in duplici differentia, ſcilicet humoris fluitantis, & vaporis exhalentis, vnde aqua eſt principium materiale duplicis animalium generis: ita quod natatilia ſunt ex aqua: & ob id

in eis

in eis manent, & delectantur, ſcilicet pices. volatilia verò ſunt ex vapore aqueo: qui vapor fertur ſurſum, & aeri communicatur: propterea volatilia in aëre ſubleuantur hinc & olfatú Deus de dit auibus pro explorandis vaporibus, & piſcibus guſtum, & brancheam pro explorãdis aquis.

CAPVT XI.

QVALIA ſunt animalia ſenſitiua? *Concupiſcentia.*
QVO ad qualitatem eſſentialem, qua animal ſenſitiuum ſentit, mouetúrquè illa ſunt, *Veritas.* quæ in vi ſenſitiua vigent, aut integraliter in omnibus, aut in pluribus, vel in vno ſolo, quapropter quinque exteriores, quantũ ad integritatem animalis ſenſitiui numerantur ſenſus, ſcilicet viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus, & ſenſus dicti ſunt, quia per eos, anima ſubtiliſſimè totum corpus agitat vigore ſentiendi: quinque verò, quoniam totidem ſunt principia eſſendi in ſenſibilibus, videlicet quatuor elementa, & quinta eſſentia, horum ſupremum, quod influit lucem actuantem colores ad videndum, & ſic determinat ſibi ſenſibile ipſius viſus, infra quintam eſſentiam immediatius eſt ignis elementum, quod ſecundum virtutem calefactiuam ſenſibile olfatus efficit. Nam in aere vapor, vel fumus reſoluitur ab odorabili virtute caloris, cuius principium, & cauſa effectiua eſt ignis, infra elementum ignis, eſt aer, cuius virtute determinatur ſenſibile auditiuæ potentiæ, ideo ſonus, fractio aeris dicitur, ſub aere eſt aqua penes

cuius virtutis influentiam obiectum in eſſe determihatur, quia humiditas aquoſa influens in aqua, vt ab effectiuo principio commiſta, ſubſtantiæ guſtabili efficit ſaporem, infra aquam eſt elementum terræ, quod infimum ſecundum naturam eſt: eo primo tactus determinatur: non vt quod, quia qualitates elementales, ſcilicet calidum, frigidum humidum, & ſiccum ſint ſenſibilia tactus, bene tamen, vt in quo, prout incompoſito terreo recipiuntur.

CAPVT XII.

Concupiſcentia. Veritas.

QVANDO eſt animal ſenſitiuum?

LICET de eo, ſicut de homine reſponſum eſt, concludere poſſim: nihilominus præter ea dico, quod animal ſenſitiuum poteſt conſiderari duobus modis, ſcilicet in fieri, ſeu in potentia: & ſic eſt in quando æuiternitatis, ad minus quo ad eſſentiam participatam in homine, qui prius viuit vita plantæ, poſt vita animalis, tandem vita hominis: non quod poſtremo animal eſſe deſinat, ſi vero in facto eſſe, & in forma ſpecifica animalis, hoc duobus modis, vel in ſeipſo, vel in alio eminenter, in ſe ipſo autem, eſt in quando temporalitatis, quia incipit &, deſinit eſſe, & ſecundum totum educitur de potentia materiæ, hoc eſt non ſolum quo ad materiam, ſed etiam quo ad formam, ſi verò eminenter in alio, hoc duobus modis, vel tanquam cauſatum, & cognitum: & ſic eſt in quando æternitatis, ſcilicet in mente diuina, à qua ab æterno fuit cognitum,

gnitum, & idealiter cauſatum, aut in alio, vt cognitum præciſe, & non cauſatum:& hoc duobus modis, vel vt cognitum clarè, vel vt cognitum cum aliqua potẽtialitate,& diſcurſu, de hoc per hoc, ſi primo modo ſit, eſt in quando æuiternitatis conuerſionis naturæ angelicæ ad Deum, & confirmationis in gratia,& ſtatus gloriæ:ſi ſecundo modo, ſic eſt in primo inſtanti creationis naturæ angelicæ, in quo cognouit omnia in genere ſuo:ſicut in alio omnia in verbo.

CAPVT XIII.

VBI eſt animal ſenſitiuum? *Concupiſcentia.*

ET quia anima ſentiua eſt ratio formalis, qua animal ſenſitiuum eſt, viuit, ſentit, & mouetur: ideo de vbi ipſius animæ ſenſitiuæ, ſcilicet in qua parte reſideat animalis, de hoc apud philoſophos varie traduntur opiniones. Prima opinio dicit, quod anima reſidet in cerebro, vel capite, quia caput tenet primatũ inter omnia mẽbra, & dirigit totũ corpus, & in eo ſunt omnes ſenſus, tam interiores, quàm exteriores: & per conſequens, de propinquo caput reſpicit operationes ipſius animæ rationalis, aut ſenſitiuæ. Secunda opinio dicit, quod anima reſidet in corde, eo quod inter omnia membra, cor primo formatur, & eſt principium venarum, & neruorum, & vltimum moriens. Tertia opinio dicit, quod anima eſt in ſanguine, quia ſanguis ſedes animæ eſt: ideo effuſo ſanguine moritur animal. Ad talium poſitionum cognitionem, & declarationem ſimilitudi- *Veritas.*

litudinem ponunt, videlicet, quod ſicut aranea reſidet in medio telæ ſuæ, vel in aliqua parte, omnem in partibus telæ motum ſentit ſtatim, & illuc currit: ſic anima in corde reſidens, vel alibi facit, ſed ſubtilius rem agitans: dico, quod anima poteſt conſiderari duobus modis, vel quo ad eius eſſentiam, vel quo ad eius potentiam: ſi primo modo, cum ipſa ſit ſubſtantia indiuiſibilis, & in qualibet parte corporis ſit vita, & ſenſus, quæ ab anima ſunt, immo ipſa anima, quo ad intellectiuam dico, quod eſt tota in toto, & tota in qualibet parte: quo ad ſenſitiuam verò dicitur, quod eſt tota in toto, ſed nõ tota in qualibet parte diuiſibilis eſt, ſi vero quo ad potentiam, cum in vna parte ſit organum vnum, & in alia parte aliud, anima non eſt tota ſecundum potentias omnes in qualibet parte. Reſpondeo ergo ad quæſitum principale, quod animal poteſt conſiderari tribus modis, vel quo ad eſſe obiectiuũ: & ſic contingit tribus modis, vel vt habet rationem terminatiuam, & non motiuam: ita quod terminat actum potentiæ, cuius eſt obiectum, licet eidem non imprimat ſpeciem, cum ad alterius productionem producatur, & intelligatur: & ſic eſt in Deo: vel eſt obiectiue ſecundum rationem motiuam, & terminatiuam, ſed formaliter, & vniuerſaliter, nec non & particulariter, non ſolum quo ad genera ſingulorum, vt eſt in cognitione angelica in genere proprio, ſed etiam quo ad ſingula generum, vt eſt in intellectu angeli, reſpectu ipſius animalis cogniti in verbo, vel obiectiuè ſecundum rationem motiuam

tiuam ſingulariter, & terminatiuam vniuerſaliter: & ſic eſt in intellectu humano, vel poteſt intelligi de vbi, quo ad eſſe entitatiuum, & quiditatiuum animalis: & hoc duobus modis, vel potentialiter, vel formaliter, ſi primo modo, hoc dupliciter, vel tranſcendenter: & ſic eſt in principiis vniuerſalibus, ſcilicet bonitate, magnitudine, duratione, & in cæteris eſſendi principiis, vel potentialiter limitate, & ſic eſt in ſubſtantia finita, corporea, organica, & ſenſibili, ſi formaliter hoc duobus modis, vel formaliter ſecundum formam & ſic eſt in ipſa ſenſiuitate, & brutalitate, aut ſecundum formam completam: & hoc duobus modis, vel completione ſpecificationis, cuiuſmodi eſt in omnibus ſpeciebus, vel completione determinationis: & huiuſmodi non ſolum eſt in omnibus ſpeciebus, & in omnibus generibus ſingulorum, ſed etiã eſt in ſingulis omnium generum, & omnium ſpecierum ſuppoſitis, & indiuiduis: & ita formaliter eſt, quod totaliter eſt, & indiuiſibiliter eſt, vnde ſi omnia animalia annihilarentur, ſolo vno indiuiduo alicuius ſpeciei; totum adhuc animal eſſet: & ita totum quod omne animal.

CAPVT XLIII.

QVOMODO eſt animal ſenſitiuum? ALIVD eſt de modo, quo res eſt in ſe, & de modo, quo aliquid ad in ſe. Primum dicit eſſentiam, vel ea, quæ ſunt de eſſentia. Secũdum verò dicit ea, quæ concomitãtur eſſentiam, ſi *Concupiſcentia. Veritas.*

ptimo modo,ſic animã eſt ſubſtãtia animata ſenſibilis, ſi verò ſecundo modo,ſic eſt animal hoc, vel illud albũ,vel nigrũ ſecundum quod accidẽs duplex eſt,vel quia extraneum,vel quia adherẽs. tamen cõcluſionaliter dico,quod animal quo ad quomodo ſit dico quod triplici modo eſt, vel ſecundũ modũ eſſendi ſimpliciter:& ſic animal eſt quędã eſſentia,& natura ſubſtãtialiter finita corporalis,& organizabilis. Alio modo, quo ad eſſe exiſtẽtiæ,& ſic intrinſice, & extrinſice circa obiectũ eſt operatiuum,hoc eſt,circa obiectum exiſtens,& ſic eſt per ſenſus exteriores:vel tanquam exiſtens,& ſic per ſenſus interiores,qui quinque ſunt, ſcilicet ſenſus communis imaginatiua, phanthaſia, exiſtimatiua, & memoria ſenſitiua, cum quibus anima operatur, vnde cum ſenſu communi, omnium ſenſuum particularium obiecta aprehendit, quoniam alij, ſenſus ſimilitudines ſuorum ſenſatorum ad ſenſum communem reducunt:quo medio de ſingulorum proprietatibus iudicat & diſcernit: virtus imaginatiua eſt potentia apprehenſiua,in qua imaginationes rerum ſenſibilium reſeruantur: itaquod cum ipſa formam rei abſentis reſeruat:cum phantaſia vero rerum ſenſibilium ſpecies actu intuetur, penes omnes circunſtantias, ſicut cum memoria ſenſitiua,vt omnium formarum theſauro recolit,ac ſpecierum,ad inuicem comparationes facit, ex his omnibus concludi poteſt, quod potentiæ, tum interiores,ſicut & exteriores poſſunt cõſiderari duobus modis,vel reſpectu ſpecierum operabilium,& ſenſibilium: vt,videlicet in exiſtentia

tia hac, vel illa ſunt: & ſic ſunt paſſiuè itaquod cum ipſis animal recipit ſpecies ſenſibilium: ſecundo modo ratione ſpecierum operatarum, & vt actum potentiæ terminat, & hoc modo potentiæ animaſticæ ſunt actiue cum quibus eſt, viuit, ſentit, mouetur cœſſentiatiue, ſcilicet cum his, quæ ſunt de ſua eſſentia & natura: & in talibus virtus animaſtica, & diſperſa.

De animalibus vegetatiuis.
Tractatus octauus.

CAPVT I.

VTRVM anima vegetatiua, per quam vegetabilia animantia viuunt ſit? *Concupiſcentia.*

DIFFICILE admodum, & longum eſſet iter, breuiter & quaſi in pugillo omnia, quę de vegetabilibus diſſeruerũt antiqui tractatores concludere & cõtinere: tamen cum vnum ſciam, quod non in verborum quantitate, ſed in vi ſententiarum veritas exprimatur, circa ipſa vegetabilia breuius me expediam: quamobrem ad quæſitum reſpondeo, quia nutrire eſt, augmentare, & generare vtique ſunt: ergo anima vegetatiua eſt. Ergo & animal vegetatiuum. *Veritas.*

CAPVT II.

QVID eſt anima vegetatiua? *Concupiſcentia.*

ANIMA vegetatiua, dicitur anima, potentia, & vis, anima inquantum animat, & ſe- *Veritas.*

dum totum durat, vt flamma ignis in lampade ex oleo, & ſic de cæteris principiis.

CAPVT IIII.

QVARE anima vegetatiua eſt? *Concupiſcentia.*

QVIA qualitates elementorum cum inſtinctu, & appetitu naturali vnionis ad ſe inuicem ſunt: quod non poteſt eſſe, niſi in nutribili, augmentabili, & generabili perfecto, & animato, quod per animam vegetatiuam eſt. Ergo anima vegetatiua eſt. Vel quia vt vniuerſum ſit perfectú. Nam datur entitas immaterialis, quæ eſt ſine vi nutritiua, augmentatiua. Vt ſubſtantia abſtracta, ergo ab oppoſito extremaliter debet dari aliqua ſubſtantia materialis, quæ habeat vim nutritiuam, augmentatiuam, & generatiuam, quæ eſt planta. *Veritas.*

CAPVT V.

QVANTA ſit anima vegetatiua? *Concupiſcentia.*

QVIA anima vegetatiua prior, & cómunior eſt inter cæteras animas, prior pro quanto nobis prius apparent operationes ipſius, communior quia in pluribus reperitur anima vegetatiua: ſiue potentia vegetatiua, quàm alia anima, vel potentia: & quoniam potentiæ diſtinguntur per actus & actus per obiecta, vegetabilia ipſa aut ita vegetant, quod non ſentiunt. Vt ſunt plantæ: aut ita vegetant, & ſentiunt, quod non intelligunt, vt ſunt bruta: aut ita vegetant, ſentiunt, *Veritas.*

quod etiam intelligunt. Vt ſunt homines: ita quod eſt in omnibus his ſubſtantialis quædam virtus communicata,& effuſa, vnde eſt vna genere in omnibus animantibus, per quam nutriuntur, vegetant, & generant. Diſcretiuè verò triplex eſt, ſcilicèt nutritiua, augmentatiua, & generatiua. Prima ad perfectionem ſubiecti. Secunda ad conſeruationem indiuidui. Tertia ad conſeruationem ſpeciei. Primæ deſeruiunt quatuor virtutes, ſcilicet attractiua, retentiua, digeſtiua, & expulſiua. Prima aſſumit neceſſaria nutrimento. Secunda tandiu cibum retinet in vno loco, donec debitam recipiat alterationem. Tertia, quæ ſeparat conueniens ab inconuenienti in alimento. Quarta ſcilicet expulſiua expellit, quod ſuperfluum eſt in nutrimento cum ipſa appetitiua, & calore naturali

CAPVT VI.

Concupiſcentia. QVALIS eſt anima vegetatiua in ipſa nutritiua, ac in aliis potentiis, ſcilicet augmentatiua, & generatiua.

Veritas. DICO quod cum alimentum in veritatem naturæ ſubiecti, per acquiſitionem etiam alicucus nouæ partis formalis tranſeat: eo quia in nutritione eſt aliqua generatio, quæ licet propriè, & ſimpliciter veram generationis rationem non habeat, quoniam entis per ſe non eſt: tamen poteſt dici aggeneratio, extendendo generationem ad omnem inductionem formæ ſubſtantialis in materia, quæ aggeneratio vocatur, eo quod eſt

alicuius

alicuius generatio:quod per nutritionẽ fit idem alicui præexiſtenti, ſcilicet in generatione proprie dicta eſt generatio partis in toto, cuius prius non fuit pars, vel quia iſta aggeneratione forma carnis,quæ inducitur in materia nutriti, eſt noua pars materiæ, quæ de nouo ſibi aduenit. Tum etiam,quia talis pars adueniens per nutritionem,eſt quodammodo ſimilis, quodammodo diſſimilis parti præeſiſtenti, quæ infuit per generationem, quia nutrimentum in principio eſt diſſimile, & in fine eſt ſimile. etiam quia talis pars ſimilis eſt in forma ſpecifica, ſed diſſimilis ob maiorem, vel minorem impuritatem: ſicut aqua in vno mixta ſemper amplius ad mixta in fine facit aquaticum. At cum per ipſam nutritiuam,ſubſtantia ipſa quanta, gradualiter eſt augmẽtabilis vſque ad terminum naturæ ſubiecti, ipſa vegetatiua eſt augmentatiua, res autem augmentata conſeruationem ſui eſſe, & perpetuitatem,quæ non poteſt eſſe,vt & hoc aliquid, ſed bene vt in ſpecie aliquid. Ideo ipſa vegetatiua eſt generatiua.

CAPVT VII.

QVANDO eſt vegetatiua. *Concupiſcentia.*

ANIMA vegetatiua poteſt conſiderari *Veritas.* duobus modis,vel quo ad vim, vel quo ad actum: ſi conſideramus ipſam, quo ad vim dico, quod eſt, quando calor naturalis,& humidum radicale eſt, eo quod ſunt principium effectiuè ipſius vitæ, ad quorum perditionem ſequitur mors, ſed quo

ad actum eſt, quando eſt humidum ſubſtantiale, quod in alibilis ſubſtantiam, vel aliti naturam conuerti poteſt.

CAPVT VIII.

Concupiſcentia. Veritas.

VBI eſt anima vegetatiua?

EFFECTIVE eſt in calore naturali, radicaliter in humido ſubſtantiali, formaliter in ſanguine, definitiuè principaliter in corde, minus principaliter in epate, vt nutritiua eſt, ſed vt augmentatiua, eſt in ſubſtantia quanta; non in termino naturæ. Finaliter autem in perfectione ſubiecti, in conſeruatione indiuidui, & in perpetuatione ſpeciei. Vnde generatiua dicitur. Inde generatio ex ſuperfluo nutrimẽti fit, itaquod aſſumpto eo, quod eſt neceſſarium ad nutritionem, vel augmentationem, reliquum vadit ad generationis locum. Vel fit generatio ex parte ſuperflui & humido nutribili vnito humido radicali.

CAPVT IX.

Concupiſcentia. Veritas.

QVOMODO eſt anima vegetatiua?

DICO quod in vegetalibus præciſè, ſcilicet plantis, & arboribus, eſt in radicibus, in trunco, branchis, ramis, foliis, floribus, & aliquibus cum his, etiam & in fructibus, radices ſunt, bonitas, magnitudo, duratio, ac cętera principia cum limitatione ad vim vegetatiuam, &

& quæli

& quælibet iſtarum radicum eſt duplex: inquantum in ſe continet naturam elementalem,& vegetalem. Prima generalis. Secunda ſpecialis, quæ ſunt vna radix ſimul compoſita ex ambabus naturis: & quia generalis continetur ſub ſpeciali, ipſa natura vegetatiua in ſuam ſpeciem, elementalem conuertit, ſicut oliua in oleaſtro inſerta, quæ in ſuam ſpeciem trahit, & tranſmutat influentiam, quæ venit ex oleaſtro: & ſic omnes radices inuicem, tanquam lineæ ad truncum vegetabilem, cum ſua vi non remiſſe, ſed intenſe veniunt, quamobrem truncus, vt vnum eſſentiale cum radicibus in vnum, virtutem talium recipit, & in brãchis diffunditur cum apetitiua, retentiua, digeſtiua, & expulſiua: & ex hoc ad ramos, & à ramis ad folia, flores, & fructus ſenſibiliter, & inſenſibiliter omnis virtus diffunditur, & diffuſa conſeruatur, ſenſibiliter dico ob quantitatem elementalem, & qualitates elementorum, quas in ſuam ſpeciem conuertit: inſembiliter autem ratione ſubſtantiæ, & virtutis vegetatiuæ quantificatæ, & qualificatæ. Duo ſunt arborum genera: quædam arbores ſunt, quæ fructus non faciunt, ſicut ſalix, & fraxinus & hoc eſt: quia in flore ſpecies earum conſeruatur: quædam verò, quæ faciunt fructus: & hæ magis continent de vegetatione & perfectione, ſecundum quam appetunt conſeruationem in ſpecie. Vnde quędam fructus faciunt, in quibus non eſt teſta extra, ſicut ceraſis: quæ habent oſſa intra; eo quod maxima humiditate vigent, quæ ſtat in extremis: & humiditas ſubſtentatur in medio, videlicet in oſ-

De corporibus elementatiuis, ſeu Metheorologicis Nonus tractatus.

CAPVT I.

VTRVM neceſſe ſit hunc mundum inferiorem lationibus ſuperioribus eſſe cótiguum: vt tota virtus eius inde gubernetur. *Concupiſcentia.*

DICO, quod ſic, intelligendum tamen eſt, *Veritas.* non ſecundum neceſſitatem ſimpliciter, & abſolutam, ita quod ſupranaturaliter, & miraculosè non poſſet regi iſte mundus inferior, abſque hoc quod eſſet contiguus mundo ſuperiori, cum Deus & prima cauſa, quæ operatur per ſecundas cauſas,& concauſas, ſit etiam operatiua per ſe ipſum immo pefectiori modo: ſed benè debes intelligere penes neceſſitatem: quæ attenditur ex non-poſſe aliter ſe habere ſecundum naturam, ex ſuppoſitione ordinis vniuerſi. Hac poſita hypoteſi dico concluſionaliter, quod neceſſe eſt ſecundo modo, mundum hunc inferiorem, hoc eſt ſphæram generabilium, & corruptibilium:quod aggregatum ex elementis & elementatis eſt, regi, & gubernari: non propriè: quod eſt per prudentiam,& ſapientiam dirigere gubernatum in ſuum finem, & in bonum, & optimum: vel ipſum in tali eſſe bono conſeruare: quod agenti per intellectum, & ſecundum propoſitum conuenit. Sed benè impropriè, & tanquam ab agenti inſtrumentali penes influentiā ſuperiori cauſæ ſibi communicatam dirigi,& diſpo

diſponi, ac conſeruari, quoniam mundus inferior continuè aliquam virtutem à cœlo recipit, per lumen & motum. Sed talis virtus: cum ſit accidens: non poteſt diffundi per vacuum naturaliter, eo quod ex ſe, non poteſt eſſe ſine, ſubiecto. Ideo neceſſum eſt, vt ſit contiguus mundus inferior ad mundum ſuperiorem, ſcilicet ad corpora cœleſtia.

Concupiſcentia. ET quia inter corpora ſublunaria ignis eſt ſuperius: ideo de ipſo, ac de eius impreſſionibus primum determinandum eſſe putaui. Quid ergo eſt ignis?

Veritas. EST corpus ſimplex, cuius naturalis locus exiſtit ſuper omnes elementarias partes, quæ eſt concaua ſuperficies cœli, cuius natura eſt calida, & ſicca: tamen puriſſimus eſt, adeo quod ſtupam ibi non conſumeret, ſi apponeretur: nec etiam lucet in ſua ſphera: quia ſic tegeret corpora cœleſtia, nec viſibilis eſt? Nam ſaltem nocte ardoris eius & candoris lux, videretur. Vnde videtur, comburit, vt in aliena materia eſt, & non per ſe ex quo impreſſiones aliquæ ignitæ ſunt.

CAPVT II.

Concupiſcentia. QVID eſt cauſa impreſſionum ignitarum?

Veritas. MATERIA impreſſionum ignitarum duplex eſt, ſcilicet remota, & propinqua, remota eſt corpus terreſtre habens aliquid de humido, aereo, pingui, & faciliter inflammabili. Propinqua verò eſt, exhalatio calida, & ſicca, ſiccitate oppoſita humiditati aquoſæ cauſa, efficiés earũdẽ eſt calefaciés huiuſmodi corpora, nõ enim fumant

mant corpora groſſa, & terreſtria, niſi prius ſint calefacta: calefacientia autem ſunt, ſol, & aſtra per ſua lumina ac alias virtutes, & influentias. ſed finis huiuſmodi ex halationum: eſt generatio ignis: remotus verò eſt viuentium ſalus. Quoniam exhalationes nonnunquam ſunt venenoſæ: ob id propter animantium ſalutem, ne cis noceant ſurſum eleuantur, ibique comburuntur, quæ exhalationes ſic generantur. Nam à ſolis calore exhalatio calida, & ſicca eleuatur, & poſtea ab igne inflammatur: vnde ſecundum diuerſitatem exhalationum in caliditate: & ſiccitate, denſitate, & raritate, grauitate, & leuitate in impreſſionibus ignitis, figurarum alietas, & colorum contingit. Non in eodem loco, & vbi omnes ignitæ impreſſiones generantur. quædam enim infra terram generantur quædam in terræ ſuperficie, aliæ in infima regione aëris, & quædam in medio. Cum igitur omnis impreſſio ignata., exhalatione calida, & ſicca fiat: vel illa exhalatio multum in calore excellet, & conſequenter in leuitate: itaquod ſufficiens ſit vſque ad ſupremam regionem aëris aſcenſum habere: & tunc talis exhalatio, aut eſt æqualiter ſubtilis in omnibus ſuis partibus: vel inæqualiter: ſi inæqualiter hoc duobus modis, aut plus habet de groſſo quàm de ſubtili: & tunc quando inflammatur, videtur ad modum columnæ piramidalis: aut habet tantum de groſſo quantum de ſubtili & tunc videtur ad modum lucernæ ardentis, ſi vero talis exhalatio ſit æqualiter ſubtilis in omnibus ſuis partibus, vel talis fumus

mus eſt continuus aut diſcontinuus,ſi eſt diſcontinuus tunc apparet,vt ſtipula ardés,vel ad modũ ſtipularum ardentium.Si autem ſit continuus , & paruus:& in vna parte ſit accenſus,& non in alia: tunc apparet per modum cãdelæ ardentis.Si verò magis diſtrahatur illa exhalatio in vna parte , quam in alia : tunc vocatur dalus ſiue titio. Huiuſmodi impreſſiones in ſuprema aëris regione generantur. At ſi talis exhalatio ſit mediocriter: calida:ita quod præciſe moueatur vſque ad mediam regionem aëris : tunc dico , quod vel eſt continua , vel diſcontinua. Si ſecundo modo: tunc ad modum ſtipularum ardentium videbitur. At ſi materia ſit conglobata , itaquod vnus globus primo inflammetur tunc aparebunt capræ ſaltantes, quas eges appellitant contingit etiam, quod talis materia,aut exhalatio circundetur nube frigida : & cum per antiperiſtaſim inflammatur , nubemque rumpit,in eo tunc ſintillæ ardentes apparent , ſed ſi exhalatio talis ſit continua : aut igitur eſt compactio , vel non , ſi non eſt , & ſucceſſiue intendatur: candela tunc ardens videtur , & ad modum candela ardentis apparet,ſi verò ſit cunglobata : aut ergo ſibi frigidum aliquod accidit , vel non , ſi non : tunc diu in aere permanebit ignis fatuus ſolet vocari ſiue ignis præcedens , ſi autem aliquod frigidum ei occurrat , tunc dupliciter eſſe poteſt ſecundum quod , vel ſuperius , vel inferius tale frigidum eſt,ſi ſuperius:quia ob impedimentum talis exhalatio non poteſt aſcendere , ſed localiter mouetur , appellatur ſydus volans , & aliquan

quando accidit,quod tale frigidum ante inflamationem ſibi occurrat, & ſic interius inflammatur,& incuruatur: vnde ad modum ſerpentis tortuoſi ſufflantis ignem apparet, ſi autem tale frigidum obuiet inferius: tunc temporis exhalatio aſcendet, itaquod ignis aſcendens videtur. At ſi exhalatio ſit debiliter calida: propterea in infima regione,aëris maneat ſtetque: tunc ſi materia ſit diſcontinuum quid, eſt ſimul accenſum: tunc apparent ſtipulæ ardentes, quo autem ad candelãs ardentes: dico, quod ex fumo viſcoſo & pingui, vt ex ſudore equi,vel alterius mixti generantur.

CAPVT III.

SEQVERE amabo pergratum hoc ſubiectum, vt impreſſiones ignitas omnes aliqualiter cognoſcam,vnum tamen eam rogatam velim, vt concedat, quod antiquorum opiniones in medium non inferat: ſed quod ſibi eſt conſentaneum ponat, vt ea ego facilius ſim imbuta, de quo ſit hiatus, & vorago? ac ſanguinei colores. *Concupiſcentia.*

DICO, quod ſunt de exhalatione calida, & ſicca: & ſignum eſt, quia cum talia apparent fiunt impreſſiones ignitæ, efficienter verò ſunt ex lumine alicuius aſtri, vnde hoc modo generantur.Nam per calorem ſolis, vel aſtri exhalatio calida, & ſicca eleuatur, quæ ob frigiditatem ſuperuenientem inſpiſſatur: & ſecundum quod lumen diuerſimode in aërem recipitur, apparent diuerſi colores. Vnde aliquando partes extremales *Veritas.*

les videntur albæ: & media nigra: & quia nigrum habet minorem vim motiuitatis ad viſum, quam album, vel ſanguineum: ob id illa pars nigra media magis diſtans apparet, quam partes extraneales. Qua de re, quædam apertura in cœlo intuetur, & çum magna eſt, vorago appellatur, cum verò parua, hiatus, propterea vorago, & hiatus non differunt, niſi penes magnum, & paruum. At ſanguinei colores ſunt ex lumine tranſeunte, per exhalationem opacam: quoniam album viſum per nigrum videtur ſubeum. Vnde quanto lumen ſupra exhalationem magis dominatur: tanto magis albedo apparet, & quanto minus: tanto minus claret albedo, ſed quando medio modo dominatur, apparet rubedo: quando totaliter, tunc apparet albedo, quando autem nullo modo, tunc videtur nigredo, omnes iſtæ impreſſiones vbiatiue ſunt in aëre: quamuis propter diſtantiam videntur eſſe in cœlo, & magis de nocte, quam de die apparent, quia lumen ſolis obicem ponit, ne appareat minus lumen: non oppoſitiuè, ſed potius exceſſiuè, quatenus excedit minus lumen: non autem opponitur minus lumini, tẽporeque ſereno fiunt. Nam tempore obſcuro venti, & nubes viſioni obuiarent, reſpectu harum impreſſionum.

CAPVT IIII.

Concupiſcentia. QVARE eſt cometa.

RESPONDEO primo, quia calor ſolis *Veritas.* aliorumue aſtrorum, nec non eleuatio exhalationis

nis terreſtris calidæ, & ſiccæ, groſſæ, pinguis, & viſcoſæ ſunt, ergo cometa eſt: dico ſecundo, quod finis bonus neceſſitatem rebus ad finem ponit. Ergo cum ſalus vniuerſi ſit bona, neceſſum eſt, quod omne ad ſalutem ordinatum quod ſit: ergo eleuatio per calorem ſolis, & aliorum aſtrorum exhalationis terreſtris: quæ eſt calida & ſicca: groſſa, pinguis & viſcoſa (nec creaturarum ſit interitus) eſt, qua de re hoc modo generatur cometa. Nam calore ſolis, necnon aſtrorum à corporibus terreſtribus hic inferius exiſtentibus viſcoſis eleuatur exhalatio terreſtris, calida, & ſicca, groſſa, pinguis, & viſcoſa: cuius partes ad inuicem multum circuniacent vſque ad ſupremam regionem aëris, ibique ob propinquitatem ignis, & motum circularem ſupremæ aëris regionis inflãmatur, necnon ad motum illius circulariter mouetur: propterea penes alietatem diſpoſitionis materię, diuerſimode extenditur cometa. Ideòque quando in medio eſt groſſioris ſubſtantiæ, & in extremis ſubtilioris: tunc in medio magis compactum apparet lumen, & in extremis magis clarum: & ſic vocatur cometa, quando vero illa materia protrahitur in longum, tunc vocatur ſtella caudata. Sicut primo ob lumen magis compactum in medio, & in extremis clarum nuncupatur ſtella cometa. Et quando inferius partes continuas, & ſubtiles concernit, barbata dicitur ſtella. Quapropter cometa eſt exhalatio terreſtris, calida, & ſicca, groſſa, pinguis, & viſcoſa, cuius partes multum circuniacent ad inuicem à corporibus cæleſtibus hic inferius exi-

ſtentibus, vſque ad ſupremam regionis eleuata: vbi propter vicinitatem ignis, & diſpoſitionem materiæ inflammatur, & mouetur circulariter ad motum ſupremæ regionis aëris: ex quibus patet, cometam de natura eſſe elementalem: ac raro in hyeme, & eſtate, propter nimiam caliditatem, & frigiditatem generari. Sed bene in vere, & in autumno: & magis in autumno, quam in vere: quia nimis viget humiditas. Diu durat, ac colorum diuerſitas in ea apparet: & hoc euenit propter viſcoſitatem, & materiæ groſſitiam. Vnde noua materia continue attrahitur, ob id durabilis, & quando illa materia, eſt bene inflammabilis: tunc videtur albi coloris, vel pallidi, at cum materia eſt mediocriter groſſa: tunc apparet rubeus, & quaſi carbo ardens.

CAPVT V.

Concupiſcentia. *Veritas.* QVANTAS, quot ve res ſignificat cometa. PRIMO ipſe eſt maximæ caliditatis ſignum, & ventorum. Secundo ſeditionum, traditionum, mortalitatum, peſtium, & bellorum eſt ſignum, & portentum: quoniam tempore generationis eius, caliditas ignia viget. Vnde caloris multum in hominibus augetur, eoſque ad iurgia, & bella incitat. Principum etiam mortalitatem ſignificat, cum ſint ipſi ob dilicacitatem nutrimenti ſubtilioris, & gracilioris ſint naturæ, & complectionis: vel quia frequentius in bellis cedunt.

CAPVT

CAPVT VI.

QVALIS eſt cometa,& galacia?

Concupiſcentia.
Veritas.

EST naturæ ſiccæ, quod ſignis,& experientiis claret. Primum ſignum eſt: quia tempore, quo apparet cometa, ſunt multæ ſiccitates. Nam multitudo aſpirationum calidarum ſurſum ceriatim aſcendit: vbi conſumitur: aërque repletur, humiditas depellitur, fontes exhaurit, terra multis exhalationibus ſurſum miſſis exſurgitur: inde infecunda, quia eſt imbribus commodis irrigua hinc penuria, peſtis præſagia morbi acuti venenati: quoniam humores cum ſanguine aduruntur ex circumiacente aëre torrido, qui per venas, & poros in corpora labitur. Vnde bilis incenditur: & per conſequens bella ſubſequuntur. Quare ſi cometa à ſole elongetur vndecim ſignis: tunc interitum Regis cuiuſdam, vel magni Principis in eó regno, in cuius cardine affulſerit, prænunciat. Secundum ſignum, quod ipſe ſit qualitatis ſiccæ, ventorum multitudo demonſtrat. at prima experientia eſt. Nam ſæpe expertum eſt: quod quando fiunt cometæ, tunc tempora, & anni ſunt multum ſicci, & magis ventoſi, quam aliis temporibus, alia experientia eſt ex Aegiptiorum cronicis collecta. Nã in fluuiis eorum cecidit lapis ex aëre, à vento eleuatus: & tunc fuit cometa, Item ſub principe Nicomacho factus fuit cometes, circa æquinoctionalẽ circulum: qui à veſpera faciens ortum paucis diebus durauit: & tunc vehemẽs ventus Corinthum vexauit. Igitur cometa eſt calidæ, & ſiccæ naturæ: magis tamen ſiccitas

 in eo

in eo viget: quantum vero ad galaciam dico, quòd per calorem ſolis, & aliorum aſtrorum, quamplurimæ eleuantur exhalationes calidæ, & ſiccæ, vſque ad ſupremam regionem aëris: in quibus exhalationibus recipitur lumen ſolis, & claritas magna apparet, & alba, quæ vocatur galacia, & ratio eſt à maiori: quia per virtutem vnius aſtri eleuatur materia, ex qua generatur cometa. Ergo per virtutem multorum aſtrorum poteſt eleuari materia, ex qua poteſt generari galacia, ſigno hoc etiam patet, quia galacia non apparet inter tropicos: & hoc, quia ibi eſt nimia caliditas. Tamen melius rem intuens dico quod galacia eſt circulus albus, ſiue lactens apparens in cœlo: tranſiens per pedes gemini, ad principium ſagitaris: iterum retinens ad ſignum geminorum: cuius cauſa materialis eſt vna pars cœli quæ eſt aliis ſpiſſior: & ideo recipit lumen, & in illa parte ſunt multæ ſtellæ paruæ, & quædam paruæ, quæ non videntur à nobis ad inuicem diſtinctæ. Ideo apparet quædam via lactea.

De impreſſionibus aeris.

CAPVT VII.

Concupiſcentia. QVANDO, aëris impreſſiones ſint ſcire, ac perſcrutari vellem.

Veritas. Poſt ignem aër cuius vna regio illi proxima, ab eo igne afficitur, vltima verò à frigidis elementis, cum quibus commercium habet: ſolus tenuiorum eſt facultatum, craſſiorum terra, mediocrum

diocrum aqua. Ideo aër humidior, mollior, & fluxior aqua. Vnde tale elementum eſſe oportebat, quod vndequaque nos circundat, cum propter reſpirationem, quam trahimus, edendo, & bibendo, ac alia agendo, tum etiam, vt ille permutaretur in nubem, rorem, pluuiam, niuem, & alia neceſſaria viuentibus. Quo ergo ad ipſius impreſſiones aduertere habes, quod ab ignitis impreſſionibus non differunt realiter, ſed tantum modaliter. Ignitæ enim dicuntur, quantum ad cauſam efficientem, quæ eſt ſol, & aſtra ſecundum lumen, & motum ipſorum: ſed aëreæ, pro vt in ipſo aëre fiunt, quam ob rem eædē impreſſiones poſſunt conſiderari tribus modis, aut vt à quo, & efficienter: & ſic ſunt ignitæ, vel vt in quo, ſeu circa quod: & huiuſmodi dicuntur aëreæ, aut vt quod, & materialiter: & hoc modo nuncupantur terreſtres, quoniam ſunt exhalationes calidæ, & ſiccæ, ſiccitate oppoſita humiditati aquoſæ. Quam ob rem ad aquoſas impreſſiones deſcendens, notandum eſt primo, quod aqua triplex eſt, ſcilicet aqua, Artificialis, Naturalis, & vſualis. Artificialis illa appellatur, quæ fit per actionem ignis decoquentis, & reſoluentis ex miſterio artificis applicantis actiua paſſiuis, & paſſiua actiuis. & talis aqua non eſt elementum, ſed corpus mixtum, vt aqua roſacea, & aqua vinea, vel vitis, & aliæ huiuſcemodi aquæ. At aqua naturalis eſt elementaris pura, tam permixtionem, quam per iuxta poſitionem. Vſualis verò aqua eſt pura permixtionem, licet non per iuxta poſitionem, quæ eſt eiuſdem ſpeciei, cum aqua naturali: quia frigida

Ariſt. probl. sec. 11.22. quæſt. 10.

Ariſt. 4. phiſi. c. 5.

frigida & humida eſt,ac aëris materia. Secũdo eſt aduertendũ. quod materiã remota impreſſionum aquearum eſt corpus aqueum: propinqua verò eſt vapor humidus,& calidus caliditate extrinſeca. Cauſa efficiens remota eſt ſol, cũm aliis aſtris: propinqua eſt media regio aeris, ſecũdum quod frigida eſt, vel frigiditas noctis. Finis propinquus eſt aquarum generatio, ſicut & remotus eſt ipſum bonum vniuerſale. Quapropter dico, quod impreſſiones aqueæ materialiter remotæ ſunt in quando euiternitatis, at materialiter propinquæ in quando tempotalitatis effectiuè fundamentaliter æuiterne, hoc eſt quo ad efficiens remotum,& effectiuè formaliter temporales non continuatiuè ſed diſcontinuatiuè, penes actionem ſolis & aliorum aſtrorum eleuãtium vapores humidos & calidos.

Ariſt. 2. Meth.c.1.

CAPVT VIII.

Concupiſcentia.

Veritas.

VBI ſunt impreſſiones aqueæ?

In media regione aeris. Sed aduertẽdum eſt. quo admodum generationis earum. Quoniam per calorem ſolis,& aliorum aſtrorum: à corporibus humidis, & aqueis hic inferius exiſtentibus, eleuatur vapor calidus,& humidus: humiditate aquea, vſque ad mediam regionẽ aeris. Vbi per loci frigiditatem condenſatur,& conuertitur in nubem, & nubes in aquam per guttulas deſcendentem. Vnde ſi illæ guttulæ paruulæ fuerint, perſecadès appellantur. Si verò magnæ & groſſæ ſunt, labroceræ vocantur. Quando autem

medio

mediocres extiterint:nomen commune ſibi vſurpant, & pluuiæ dicuntur. Propterea pluuiæ octo ſigna ſunt, & quinque accidentia. Primum ſignu eſt apparatio nubis, & aſſenſio vaporis ſurſum. Secundum eſt diminutio roris, & fontium: quando enim ros, & fontes diminuuntur, tunc multi vapores eleuantur, ex quibus generatur pluuia. Tertium eſt immutatio lapidum,& parietum: nam tunc viget conſtellatio conuerſiua aeris,& vaporis in aquã. Quartum eſt quod lampades ardentes ſintillant:tunc enim aër circundans oleum conuertitur in aquam:vel eſt plenus vaporibus humidis Quintũ eſt rubedo matutina, & pallor radiorum ſolis,eo quod pallor ſolis apparet per hoc, quod vapores ſunt inter noſtrum viſum,& ſolem:ſed contra rubedo ſerotina eſt ſignum ſerenitatis,ac portentum futuri diei in ſerenitate. Sextum ſignum eſt, quod tempore generationis pluuiæ non videntur multa aſtra,propter obicem vaporum. Septimum ſignum eſt cantus ranarum, & auium. Octauum vero eſt, quod pulices, & muſcæ fortius pungunt, & oues auidius comedunt, aueſque diligentius nutrimentum quærunt:nam eo tunc animalia corpora alterata ſunt. Vnde ex inſtinctu naturæ mouentur ad prouidendum ipſis de neceſariis Primum autem accidens pluuiæ eſt, quod ipſa deſcendit per guttulas rotũdas, vt magis aeri reſiſtat calido quo mediante deſcẽdit. Secũdum eſt, quod quãdoque guttulæ tales ſunt groſſiores, & nonnunquam ſubtiliores: quod ob materialitatem contingit. Tertium eſt,quod pluuia nonnunquam eſt

dulcis,& aliquando amara : quod euenit per diuerſam vaporis miſtionem: nam quando vapor multum terreſtitatis habet, tūc pluuia eſt amara: & cum eſt multum aqueus,tunc eſt dulcis. Quartum eſt quod citius pluuia omni alia impreſſione generatur, ex quo humida corpora facile eleuantur ad mediam vſque regionem aeris, quæ ſemper quam ſufficienter ad pluuiæ generationem eſt diſpoſita. Quintum autem accidens eſt, quod aliquando,& raro,ideo verum accidens pluuiæ, paruæ, ranæ, & piſces cadunt : quod accidit ex eo, quia cū vapore aqueo eleuatur exhalatio viſcoſa:quæ virtute ſolis tranſmutari poteſt ad ſuſcipiendam formam viuentis.

Concupiſcentia. *Veritas.*

V B I fit ros.

I N infima regione aëris hoc modo. Nam per calorem ſolis, & aliorum aſtrorum de die à corporibus humidis vapor ſubtilis eleuatur, qui frigiditate noctis temperatæ ſupraueniente in aquam conuertitur deſcendentem per guttulas, herbis,ac arborum foliis adherentem:cuius multa ſunt accidentia. Generatur enim, quo ad primum eius accidens,in locis temperatis temporeque temperato.Aliud eſt quod ros quandoque eſt dulcis. Tertium eſt quod blada in rore collecta cito putreſcunt:quia habent materiam viſcoſam. Sed calidum agens in humidum viſcoſum, eſt cauſa putrefactionis. Quartum eſt, quo ad oues experientialiter cognitum,quæ roridas humidas comedentes moriuntur : & hoc propter viſcoſitatem ipſius materiæ.Ros à pluuia in hoc differt, quia ros ex frigidiori vapore, & ſubtiliore,quàm

pluuia generatur : Vnde minus eleuatur quã vapor, ex quo generatur pluuia & ideo in infima aëris regione ros generatur:pluuia autem in medio. Pruina vero eſt vapor ſubtilis debilem habẽs calorẽ à corporibus humidis, vſque ad infimam regionem aëris,calore ſolis eleuatus : in qua adueniente frigiditate noctis cõgelatur, & deſcendens adhæret herbis. Ros vero & pruina differunt & conueniunt. Differunt.Primo quia vapor ex quo generatur pruina conuertitur in aquam, & congelatur. At vapor ex quo generatur ros conuertitur in aquam,& non congelatur.Secundo diſcrepant, quia ros generatur tempore temperato,nec non & loco temperato.Sed pruina in locis frigidis & tempore frigido.Tertio differunt, quia ros generatur flante vento auſtrali:& pruina vento boreali flante, vt in pluribus. Sed in hoc habent concordantiam, quia generantur ex vapore ſubtili, fiuntque tempore ſereno, ac in infima regione aëris generãtur. Pruinæ accidentia hæc,ſcilicet quod in nocte fit: & maxime in aurora tempore frigido, & in locis frigidis: quia congelationem requirit. Secundum eſt quod fit ex materia fætida:eo quia ex comiſtione exhalationis calidæ, cum vapore humido fit. Tertium vero eſt, quod materia pruinæ aliquãdo aſcendit ſurſum, & conuertitur in nubem : túncve pluuiæ eſt ſignum : ſed quando deſcendit, ſignum èſt ſerenitatis. Quantum ad niuem notandum eſt,quod hoc modo generatur.Nam per vim ſolis calidam,aliorumue aſtrorum vapor eleuatur calidus, & humidus vſque ad mediam regionem

aëris, in qua propter nimiam frigiditatem conuertitur in nubem, & nubes in niuem deſcendentem per partes groſſas: ſic quod antequam partes nubis in aquam conuertantur, in niuem conuerſionem habent: quia motus congelationis earum partium, præuenit mutatione nubis in aquam, ex quo patet, quod nix & pruina conueniunt in hoc, quia quælibet illarum per congelationem generatur: ſed differunt, quo ad diuerſa vbi, nec non, quia nix ex vapore groſſiori, quam pruina generatur. Propterea quatuor accidentia niuis aſſignari ſolent. Primum eſt, quia albeo colore eſt confecta, & cauſa eſt, quia frigiditas cauſatur. Nam frigidum agens in humidum, eſt cauſa albedinis. Secundum quia nix quandoque cadit per paruas petras, & aliquando per magnas. Tertium eſt, quod nix fruméta auget: quoniã propter ſui frigiditatem, terræ fores claudit: Terrãque calidã reddit per antipariſtaſin. Quartũ eſt, quod nix in montibus ſemper ſaluatur altitudine ingentibus, ob caloris defectum niuem calefacientis, & lique facientis. Circa impreſſiones æqueas notandum eſt, quod grando ſic generatur: quia per calorem ſolis à corporibus humidis calefactis: vapor calidus & humidus eleuatur, vſque ad mediam regionem aëris, vbi propter frigiditatem loci, conuertitur in nubem, & nubes in aquam deſcendentem per guttulas, quæ guttulę ádhuc infrigiditantur per antipariſtaſin ob infimam regionem aëris calidam: in tantum quod congelantur: & quanto illa congelatio magis fit prope terram: tanto magis ſubito & gran-
dines

dines fiunt maiores:grādines itaque magis fiunt in vere,& in autumno,quam in æſtate,& hieme. Nā in vere,& autumno eſt maior abundantia vaporum,quam in æſtate,vel hieme:tamē magis in æſtate quam in hieme, eo quia in hieme non eſt ſufficiens calor ad eleuandum vapores ſurſum, nec eſt tanta frigiditas in media regione aëris, ſicut eſt in æſtate. Vnde accidentia grandinis ſunt talia. Primum eſt, quod grando cadit deorſum per globos duos ad modum criſtalli. Secundum eſt quod grando ſæpe mortificat vegetabilia, propter ſui frigiditatem. Tertium eſt, quod tempore generationis grandinis quam magni audiũtur ſoni,& hoc ratione exhalationũ in nube grandinoſe exiſtentium,quæ petentes exitum mouentur per nubem & eam frangunt, ex qua fractione ſonus cauſatur. Quartum eſt quod aliquando cum grandine cadit pluuia, quod cõtingit quando eſt parua antipariſtaſis,eo quod in illo tunc non omnes guttæ congelantur. Quintum eſt, quod aliquādo eſt triangularis figuræ:& hoc eſt quando generantur prope terram : quando autem eſt circularis figuræ,hoc denotat quia remotius à terra generantur. Sextum & vltimum eſt,quod in grandinibus quando quidem animalium imagines apparent.

CAPVT IX.

QVOMODO fluuij & fontes generentur. *Concupiſcentia. Veritas.*
DICO quod in viſceribus terræ includitur aër : qui propter frigiditatem laterum terræ

inſpiſſatur

inſpiſſatur : & conuertitur in guttulas per poroſ terræ deſcendentes ad vnum locum,in quo conueniunt,& à quo fons oritur, & fluuius: & hoc patet:primo,per hoc ſignum, quod foſſores terræ non reperiunt aquam in vno loco aggregatam, ſed per diuerſos poros terræ eā guttatim deſcendere intuentur, ac ſi ipſa ſudaret. Secundum ſignum,quod in montibus quam plurimum oriuntur fluuij:& cauſa eſt,quia in illis montibus ſunt magnæ concauitates, & per conſequens magna frigiditas ſufficiens ad conuertendum aërem in illis concauitatibus exiſtentem:etiam prope magnos montes magni fontes naſcuntur, & raro in locis planis: & ſi ſint aliqui parui nihilhominus,eo quod ibi parum de aëre in concauitatibus terræ includitur. Vnde aduertere habes, quod aquarum, quædam ſunt fluxibiles, vt fontes, & fluuij: aliæ ſunt ſtationales, & immobiles,ſicut aquæ paludum.Fluxibiles ſunt duplices,quędam ſunt fluxibiles ſpontaneæ,ſiue ſine arte,quædam vero artificioſæ.Stationarię etiam ſunt duplices, ſcilicet ſpontaneæ,cuiuſmodi ſunt aquæ in palude exiſtentes,aliæ vero ſunt ſtationariæ artificioſæ,vt aqua putealis.His poſitis dico,quo ad aquā maritimam, quod mare non habet fontes exeuntes in terra, tanquam principia eius, eo quod ſi eſſet aliquod principium maris; maxime aqua fontalis eſſet,ſiue fluens:ſed omnes tales fluunt extra proprium locum,niſi detineātur, mare autem non.Non tamen ſequitur,quod ſunt aliquæ aquæ ſtationales,vt paludū:ergo ex his poteſt mare generari,eo quod nōeſt poſſibile,quod aqua in tanta

tanta parcitate, ſit tantæ aquarum multitudinis cauſa, & origo.

Qvomodo exhalationes terreſtres ſint, ſcire vellem, & primo ventorum naturam quomodo ſit, ac ipſi generentur, ne latum vnquem à tuo more ſolito declarando & exprimendo diſcedas. *Concupiſcentia.*

Peroptate materiam hanc, diu eſt me expectaſſe: ſed ſciendum eſt, quod ventus hoc modo generatur. Nam per calorem ſolis, & aliorum aſtrorum eleuatur exhalatio calida, & ſicca: non cito inflammabilis è corporibus terreſtribus, vſque ad mediam regionem aeris, quæ, propter frigus eiuſdem repercutitur inferius: & ob leuitatem nititur moueri ſurſum: & ſic mouetur lateraliter: eorum motiua cauſa eſt ipſa pluuia, ſicut & aliquando per ipſam deſinit eſſe. Nam nonnunquam terra eſt minus ſicca: itaquod ab ea nulla exhalatio fieri poteſt: & adueniente pluuia diſponitur ad hoc, vt ex ea poſſit generari exhalatio, quæ poteſt eſſe principium ventorum: ſed contra, ſi terra ſit bene diſpoſita, vt ex illa poſſint eleuari exhalationes calidæ, & ſiccæ: tunc adueniente magna pluuia admodum frigida, & humida deſtruitur materia ventorum. *Veritas.*

CAPVT X.

Cvm quo eſt ventus, ac aliæ exhalationes terreſtres? *Concupiſcentia.*

Respondetvr, vt ad præſens ſpectat negotium: quod ventus vniuerſaliter eſt cum *Veritas.*

aliis

aliis eſſentialiter:quoniam ratio vniuerſalis vniuoca eſt de eſſentia omnium particularium,quibus eſt ratio vniuerſalis. Vnde dicitur quando aliquid prædicatur de aliquo : hoc eſt quidpiam de quopiam , vt de ſubiecto, ea quæ de prædicato dicuntur , dicentur etiam de ſubiecto. Sed ventus particulariter vt hic , aut ille : ventus eſt cum aliis aſſocialiter qui hoc modo generatur. Nam per calorem ſolis , & aliorum aſtrorum: eleuatur exhalatio calida & ſicca non cito inflammabilis è corporibus terreſtribus , vſque ad mediam regionem aeris repercutitur inferius:& ob leuitatem nititur ſurſum moueri. Sed ob obicem : quæ frigiditas aeris eſt , non poteſt aſcendere , ideo mouetur circulariter.

Concupiſcentia.

Et quia ly cum quo quantum ad ventum particulariter : reſpectum aſſocialitatis denotat : ideo modo generationis ventorum cognito,quot venti ſint : ſcire peroptarem.

Veritas.

Svppono primò quod orizon eſt,vnus magnus circulus imaginatus in ſuperficie terræ : ſegregans partem cœli viſam , à parte cœli non viſa. Ideo verum eſt dicere , quod illa, quæ plurimum diſtant : contraria ſecundum locum ſunt. His poſitis ſignetur vnum punctum in orizonte, ſcilicet B. & ſit oriens æquinoctiale ,& ſignetur aliud punctum , quod ſit A. & tale ſit oriens eſtiuale , ponatur etiam aliud punctum:videlicet C. & ſit oriens hyemale , poſtmodum ab oppoſita parte orizontis , quæ occidens eſt. Tria alia puncta ſignentur , ſitque primum D. quod eſt occidens eſtiuale , & aliud ſit E. quod ſit occidens

cidens equinoctiale, & tertium ſit F. hócve ſit occidens hyemale: deinde verſus ſeptentrionem tria etiam puncta ſignentur, quorum vnum eſt G. & aliud H. & aliud I. ſic verſus meridiem alia tria puncta ſignentur ſcilicet K. L. & M. vnde ad propoſitum, occidens æquinoctiale dicitur punctus ille, in quo ſol occidit, quando eſt æquinoctium, & per oppoſitum dicitur oriens æquinoctiale punctus ille, in quo oritur ſol, cum eſt æquinoctium: quod euenit quando ſol eſt in Ariete, & in Libra. At oriens eſtiuale dicitur punctus, in quo oritur ſol, quando eſt in ſolſtitio eſtiuali: hoc eſt in Cancro, quando ſcilicet maximè aſcendit ſupra orizontem ad zenith capitis noſtri in meridie. Oriẽs autem hyemale nuncupatur punctus, in quo oritur ſol, cum eſt ſolſtitium hyemale: puta quando ſol eſt in Capricorno, & occidens hyemale eſt punctus, in quo ſol occidit: quando ſolſtitium hyemale eſt: itaquod ſol in meridie maxime recedit à zenith capitis noſtri, & accedit ad orizontem noſtrum. Propterea ventus flans ab oriente equinoxiali, videlicet à puncto B. vocatur ſubſolanus, ſiccus & ventus, qui flat ab oriente eſtiuali puta à puncto A. vocatur vulturnus, quaſi vultur. impetu delatus, alius eſt, qui flat ab oriẽte hyemali: videlicet à puncto C. & appellatur eurus notus, qui congerit nubes, & in auſtrum ſæpe conuertitur, principio ſiccus, finiens in humido, ſed ventus flans ab occidente eſtiuali à puncto D. dicitur Africus, auſter, ſeu zephirus, qui niues liquefacit: circa equinoxium veris

veris flat: quo tempore hirundinum ad nos fit reditus, ille vero qui flat ab occidente equinoxiali, ſcilicet à puncto E. dicitur fauonius, vel potius caurus, ſeu argeſtis, qui ſiccus initio, eſt humidus dum deſinit: at ille qui flat ab occidente hyemali à puncto F. chorus dicitur, at ille qui flat à puncto G. quod mediat inter oriens eſtiuale, & ſeptentrionem, Aquilo appellatur. ille autem qui flat à puncto I. quod mediat inter occidens eſtiuale, & ſeptentrionem nuncupatur Curcius. At flans à puncto K. qúod eſt medium inter oriens hyemale, & meridiem dicitur Eurus, auſter, & ille qui flat à puncto L. qui meridies nuncupatur eſt Auſter, peſtilens, & impetus validi, ſicut & reliqui meridionales: eó quod per mare à meridionali calore transfertur, à quo ſurgunt vapores quam plures, & ob id vt plerumque pluuias efundunt, vberiores: inde tempeſtates & procellæ ſi perſeuerat. hic robuſtior in ortu, nec non & in occaſu ſolis, in meridie quiètior: ſaltem in eſtate: calidi & humidi omnes venti meridionales ſunt. Vnde corpora debilitant, opplent cerebrum, viſum obtenebrant, mouent longiori tractu humores, chatarros, humóres quippe agitant, & forinſecus propellunt, ſubducunt aluum, & molliunt, apetitum expellunt, quoniam poros cutis aperiunt, & calorem naturalem difflant, vnde putredas febres etiam gignunt, at ille qui flat à puncto quod mediat inter occidens hyemale, & meridiem: Eurus. Africus dicitur. Quamobrem quadrupliciter poſſunt diſtingui venti, aut penes

puncta

puncta aſſignabilia, & circunferentia orizontis: & ſic eſſe poſſunt infiniti venti:alio modo ſecundū puncta aſſignanda incircunferentia orizontis naturaliter diſtantia ad ſe inuicē : & ſic à nautis ponuntur ſexdecim venti. Aut ſecundū cōbinationes qualitatū primarū : & huiuſmodi quatuor pręciſe ſunt vēti, videlicet, Subſolanus, Fauonius, Boreas, & Auſter. Quarto modo penes partium principalium Zodiaci alietatem, & diſtinctionem, quæ ſunt duodecim ſigna : Sub quibus ſol, virtutes habet ad eleuādum materiam eorum : & ſic ſunt duodecim: ſcilicet ſubſolanus, vulturnus, Eurus, notus, Affricus, Auſter, fauonius, Chorus, Aquilo, Boreas, Chircius, Eurus Auſter, Auſter Eurus, Affricus, Ventus ergo eſt magna multitudo exalationis calidæ & ſiccæ, motæ lateraliter ſuper terram ad multam diſtantiam.

De terræ motu, ſi ipſi placet aliquid intueri vellem, ac perſcrutari cuperem, cum plebeus heres, & Philoſophus indifferenter hoc peroptent. Sequere amabo ne dedigneris rogito. *Concupiſcentia.*

Dimissis quę vacillāter Philoſophorū cœtus dixerit, ſcias flagrantiſſima concupiſcentia, quòd terræ motus hoc modo generatur. nam per calorem ſolis & aliorum aſtrorum in viſceribus terræ exalatio calida, & ſicca gignitur. Et quia talis leuis eſt, exitum poſtulat: vnde de concauitate in concauitatem mouetur, aliquando. Concauitatum intermedia rumpens, & in tali motu cauſatur motus terræ. Primum ſignum huius eſt: quia tēpore tranquillo, maximi terræ motus fiunt: & ſic claret, quod exalationes, quæ materia ven- *Veritas.*

S totum

gnum,quòd ventus abſorbetur à terra:Et quando agitur vi ventorũ ,tunc ex partibus terræ cauſabuntur nubes groſſæ:ſed quãdo eſt ſubtilis, tunc aparent paruæ nubes. Nonũ & vltimum ſignum eſt,quod tempore Eclipſis Lunæ multi fiunt motus terræ :ſed ante eclipſim,eo quòd,ſi motus terræ ſit in principio noctis , tunc eclipſis in media nocte fit, & ſi eclipſis in aurora fit,tũc motus terræ in media nocte fit,&ratio eſt,quia quãdo Luna eclipſatur deficit calor eleuans exalationes.

. QVÆ accidũt ad terrę motum ediſcete pręcor. *Concupiſ.*

SEPTEM Philoſophus aſſignat terræ motus accidentia.Primũ eſt quod motus terrę quandoque durat per quadraginta dies:quandoq; per vnum annum : & aliquando per duos annos : & hoc ob multitudinẽ exalationum non poſſibilium de facili exire,ac per meatuum indiſpoſitionẽ.Secundum eſt quod in tempore terræ motus quandoque audiuntur magni ſoni in terra : & ſic apud vulgares, terra dicitur mugire.Tertiũ quòd tempore terræ motus aqua exire videtur , vi exalationem illam pellentium. Quartum eſt , quod quandoque motu terræ factum eſt diluuium particulare,vt Panormi,non eſt multũ tẽporis fuiſſe dicitur: quoniam exalationi velociſſimæ motæ obuiat ventus , & illa duo ſimul coniuncta eleuantia aliquas partes maris, transferunt eaſdem ad alia loca. Quintum eſt quòd terræ motus pro maiori parte , ſecundum paruam partem terræ fit : quia exalatio incluſa infra terram tantæ virtuoſitatis non eſt , vt magnam partem terræ mouere poſſit , nec multum dilatare ſe infra *Veritas.*

terram. Vnde ſequitur in morte Domini noſtri Ieſu Chriſti terręmotum non naturalem,ſed miraculoſum fuiſſe. Nam dicit Euangelium terræmotus factus eſt ſuper vniuerſam terrã. Sextum eſt quod quandoque eſt tanta multitudo exalationum vt terra adhuc ad latus moueatur: & talis motus propriè dicitũr tremor: quando verò mouetur ſurſum, talis motus dicitur Pulſus. Septimum eſt quòd rare fiunt terræmotus in locis humidis: quia humiditas impedit exalationem, vnde fit terræmotus.: & illa exalatio à terra exiens eſt effectiua aëris: præterea eſt aduertendum, quòd ſeptem ſunt ſpecies terræmotus ſcilicet ruina,quæ fit quando terra concauatur: & inde eſt quod aliquando maximæ ciuitates pereunt funditus,vt de Siracuſis dicitur. tremor eſt alia ſpecies,quæ fit quando exalatio non poteſt rumpere terram ob eius duritiem, ſiue fortitudinem:vnde facit præciſe contremere.Tertia eſt titubatio:& eſt quando terra nunc ex vna parte, & latere: nunc ex alio eleuatur. Quarta ſpecies eſt pulſus, quæ eſt quãdo exalatio eleuat terram ſupra ſe:ita quod altitudo terræ eleuatæ remanet per modum montis. Quinta eſt perforatio, quæ fit quando terra habet venas debiles, quas exalatio rumpit.Et per eas exitum habet. Sexta eſt ſubuerſio: & illa eſt quando infra terram eſt tanta exalatio,quòd vna pars terræ ad vnum latus proiicitur aliauc pars ad aliud latus, itaque inferior ſit ſuperior, & ſuperior inferior. Septima eſt ceſſio quæ fit quando terra rumpitur in longum,& non in latum.

De Tonitruis.

CAP. XI.

CVM quo, quo ad cauſam ſint Tonitrua, coruſcationes,cuneo fulminis, Etnephios, Tipho, & fulmen. *Concupiſcentia.*

NOTANDVM primo,quod Tonitruum hoc modo generatur : quoniam quandoquidem per calorem ſolis cum vapore exalatio calida,& ſicca eleuatur : quæ exalatio poſtmodum quòd vapores eleuati ingroſſati fuerint, & nubes facti in nube includitur : & per Antipariſtaſim fortificatur. vnde petens exitum ad nubis latera verberans cauſat ſonum : quod Tonitruum appellatur, vt patet à ſimili in ligno viridi poſito in igne : quia per calorem ignis pellitur humor calidus exterius,& id quòd eſt à coſmo exit per extrema ligni,& groſſum,& terreſtre vnitur ab infra.Quod vnitum & calefactum petit exitum:vnde frangit lignum, & ſonum cauſat. Itaque diuerſa diſpoſitione nubis in raritate & denſitate partium tonitruorum ſoni ſunt diuerſi. Quando enim exalatio ad partem denſiorem percutit,maior fit ſonus, quàm quando percutit ad partem minus denſam. vnde ſonorum tonitrui tres ſunt gradus, vnus eſt tumultans, & hoc contingit quando exalatio mouetur per nubem non frangendo ipſam.Alius eſt diruptus; & eſt cum exalatio frangit aliqua intermedia nubis, & nihil frigidi eſt ſibi obuium. Alius dicitur tridens : & eſt quando exalatio frangit nubem, & nonnullum frigidũ ſibi obuiat, vt claret de gutta aquæ intus oleum calidum poſita:tunc illud oleum ca- *Veritas.*

lidum dicitur ſtridés.Quantũ verò ad coruſcationem aduertito,quod fit quando ob forté motum exalationiş nubes frãgitur , & exalatio pellitur à nube,quę propter velocẽ motum exigua inflammatione accenditur:ex quo ſequitur, quod coruſcatio eſt exalatio calida , & ſicca à nube expulſa & inflãmata: Tonitruũ prius eſt coruſcatione,licet coruſcatio pri⁹ intueatur,cuius cauſa eſt:quia viſus anticipat auditũ , eo quod viſibile nõ prius mouet mediũ, quam oculũ, ſed ſonus cum motu locali diffunditur,qui eſt ſucceſſiuus.Sed conſequenter dictis meis inuigila,quod tonitruũ,cuius nubes eſt nigra eſt parum timendum : quia tunc ſignũ eſt,quod exalatio debilis eſt,&non eſt magna vaporis abundãtia.Sed tonitruũ cuius nubes eſt alba eſt valde formidandũ.Nã ſi exalatio fuerit magna cito inflãmabitur, ſi parua & alba ſignum eſt , quod tonitruũ non erit maximæ actiuitatis:& per conſequens periculoſum:At Tonitruum,cuius nubes eſt rubea eſt multũ timẽdum, quo ad inceſſionẽ:quoniã ſignum eſt, quod exala tio eſt magna, & admodũ intenſa,& frigidum eſt paruum.Id idem dico de tonitruo,cuius nubes eſt viridis:& ſignũ eſt quod exalatio eſt fortis,& fri giditas eſt magna:ideo poteſt eſſe percuſſio multum violẽta & magna accenſio. Quò vero ad cuneũ fulmen dico : nã ſicut per calorem ignis aliquod molle,poteſt indurari: in tantum quod fiat lapis,vt patet de lateribus,&tegulis & huiuſmodi:ita etiã quando exalatio eſt calida,& ſicca alicui humido eſt pręſens:quia cõtinue per calorem diſgeritur : Tunc vnus lapis cauſatur qui cuneus

ful

fulminis vocatur:& quia illud quod eſt ſubtilius in generatione lapidis accendit: ob id talis lapis eſt acutus in parte anteriori. At Etnephias ſic fit: quia quandoq; infra nubẽ ſummè frigidã includitur exalatio maximè calida, & ſicca, groſſa & terreſtris: quæ per Antipariſtaſin vireſcit ac fortificatur in calore: Et mota continue inquirendo exitum. Poſtremo frãgit nubẽ in debiliori parte: & tunc exalatio calida à nube violẽter mouetur lateraliter terrã verſus. Vnde Etnephias magnus ventus eſt per frigiditatẽ nubis motus trãſuerſiue erga terrã. Ideo habet obſcurare aerẽ, inquantum eſt exalatio multũ groſſa, & afferre pluuias, & flere plurimũ ante magnas pluuias, & quãdo magna tonitrua fiunt. Sed typho eſt paruus vẽtus dilatus ad terrã à nube expulſus, & circũgiratiue motus: & quia in hoc vẽto prima pars à terra reflectitur, & lateri parti deſcẽdẽti fit obex. Vnde ſe inuicẽ inuoluunt illæ partes & mouentur circungiratiue: & ille ventus quandoquidem eleuat pulueres, & aliquando euellet arbores. Fulmen vero eſt ignis ſubtilis in materia rara genitus. Cum violentia à nube deorſum proiectus: & hoc modo cauſatur. nam per calorem ſolis cauſatur exalatio calida ſicca, quæ in nubem frigidam conuertitur, à qua expellitur exalatio calida ſicca in magna violentia: quæ propter velocitatẽ motus intenditur, & inferius velociſſimè, & impetuoſiſſimè mouetur: ob id eſt quoddã fulmen penetrans, ſ. quod habet materiã ſubtilem, & raram, & velociſſimè mouetur. Aliud eſt adurẽs corpora, quod propter denſitatẽ materiæ eadem colorat: quare

quare fulmen comburit velocius corpora dura, & ſolida, quam mollia: itaquod comburit corpus hominis ſine læſione veſtis: & oſſa ſine combuſtione carnium, & cultellum ſine combuſtione vaginæ. Item Corpora fulmine percuſſa ante percuſſionem mouentur: quoniam ſemper fulmen præcedit ventus. Imo animalia dormientia percuſſa fulmine inueniuntur oculos apertos habere: & ſi vigilauerint è contra cuius ratio eſt: qnando enim percutiuntur in ſomno oculos aperiut: itaquod antequam clauſerint mortua ſunt. Sed quando percutiuntur in vigilia claudũt oculos: & mortua ſunt prius, quòd poſſint aperire. Itē Corpora venenoſa percuſſa fulmine veneno purgantur: quoniam fulmen conſumit humores ſubiecto oppoſitos alioſque derelinquit. Corpora etiam fulmine inflammata cum difficultate extingui poſſunt, eoquod materia fulminis eſt multum viſcoſa, & maximè adurens.

Finis primi tractatus.

TYPVS OMNIVM SCIENTIARVM, ET PRAESERTIM THEOLOGIAE SCHOLASTICÆ, IN QVO OMNIA quæ ad Chriſtianam Philoſophiam ſunt neceſſaria, continentur.

AVTHORE REVERENDO PATRE, F. Aegidio Moncurſio, Siculo, ſacræ Theologiæ, ac humanarum artium profeſſore ſubtiliſſimo:

Ordinis Minimorum D. Franciſci de Paula, ad modum Dialogi concinnatus. Interlocutores, Concupiſcentia & Veritas.

ARTES introductoriæ, ſimillimæ eſſe debent vijs publicis, quæ ſine vllis diuerticulis ac ſemitarum erroribus circuitibúſque, ad metam propoſitam rectà perducunt. Vnde cùm ad Theologorum Philoſophorúmque omnium doctrinam aſſequendam, operepretium ſit formalitatũ cognitionẽ habere, quibus facilior aditus, ac breuior introductio pateat. Ratus hunc noſtrum laborem prouectioribus non omnino ſuperuacaneum, tyronibus futurum perutilem: Plurima quæ in vſum tantùm meũ olim congeſſeram, viſum *Veritas.*

A fuit

fuit mihi nunc in publicum edere ac typis mandare, quod vt facerem, fateor me amicorum hortatu ac plurimorum ſcholaſticorum precibus expugnatum: ſatius eſſe ducens nominis mei iacturam ſubire, quam illis quidquam negare. Latent apud me nonnulla alia, quibus nondum ſummam manum admoui, non minus fortaſſe vtilia quàm iucunda, quæ aliquando in lucem, (Deo fauente) exibunt, vt primum ſeſe offeret occaſio. Scio equidem plurimos eadem de re ſcripſiſſe, verùm id ſparſim, non quod ſciam, ex profeſſo. Sed nec fortaſſe ita dilucide ac methodice tractarũt, vt nos conati ſumus: id ſi præſtiterimus, aliorum eſto iudicium, certè nobis conſilium fuit, dubiis fidem, obſcuris lucem, nouis gratiam adferre, tum vetera nouis armis firmiora reddere, noua pariter veterum authoritatibus digniora illuſtrio ráq; reddere. Placuit etiam axiomata quædam Theoſophiæ perſcrutari, inter quæ, de ſanctæ Trinitatis ineffabilibus miſteriis nonnulla, nec vulgaria, adiecimus, hæc ad conuincendam Iudæorum, Mahumetanorum, Gentilium ac omnium hæreticorum verſutias & calumnias, non parum, opinor, conducere poterunt. Factum eo conſilio, vt lectores, pro ratione palati (ſi tamen hæc noſtra aliqui legere dignabuntur) habeant, quo ſitim ſuam ſedare aliquando poſſint. Procedimus in multiplicibus & æquiuocis, diuiſionibus: in vniuocis, deffinitionibus: in re per principia, & cauſam propriam cognoſcenda, rationibus demonſtratiuis: terminos abſtruſos vocibus facillimis declaramus, exemplis omnia illuſtramus, & dialogiſmis, Platonis & Ciceronis more, vſi ſumus, vt mutuis interrogationibus & reſponſionibus, Veritatis & Concupiſcentiæ, quid verum ac certum ſit eliciatur. At quoniam

niam acumine diſſerendi Iohannes vnus Scotus, primas iandudum in ſcholis obtinuit Aureolas, à cuius ſcriptorum ſubtilium lectione, ſtudioſorum turma, plerumque difficultate & obſcuritate deterretur: non negabo me magnopere curaſſe, vt difficultatibus tanquam griphis ac nodis ſublatis, viam ad illius intelligentiam, necnon ſancti Thomę, patefacerem, tum etiam illorum, qui eos ſunt ſecuti & aſſecuti. Potuiſſem ſtilo paulo ornatiore, ſi animum induxiſſem vti, niſi aſſuetum nobis eſſet, in hac arte, à terminis noſtris, à magiſtris vſitatis, ne latum quidem vnguẽ diſcedere, ſicut in re haud abſimili cecinit poeta. Ornari res ipſa negat contenta doceri. Sic reliquæ ſcientiæ ſuas peculiares habent voces, à quibus nephas eſt recedere: adde quòd, non vni omnia, ſed omnibus omnia, rerum prouida mater naturá, vel potius Deus, ſecundum ſubiectorum modulum, & capacitatem largita eſt. Fruſtra autem me non laboraſſe iudicabo, ſi Minimos meos, ipſe omnium minimus, vel minimùm iuuero, erga quos, qua incredibili ſim affectus charitate, dici non poteſt. Nec me ad ſcribendum gloriæ cupiditas appulit: verum ne inutilis ſeruus, perexiguum talentum humi defodiam. Sed audiamus vnà Concupiſcentiam cum Veritate inuicem colloquentes. Neſcias profectò, an hæc maiori teneatur ſtudio veritatis, vel (è puteo Democriti, quòd aiunt) eruendæ, an illa eiuſdem ardentiori flagret cupiditate adipiſcendæ, & cognoſcendæ.

Pergratum eſt, Cõcupiſcentia, te ita veri diſquirẽdi voluntate teneri, vt tu ais, & ipſa mihi facile perſuaſi. Itaque cum me rebus omnibus in vniuerſum ſuperius applicuerim, vt omnimode tibi ſatisfaciã, ab Ente auſpicari libet, quod commune eſt ad finitum & infini- Veritas.

tum deinde ad proprias difficultates deſcendemus. Vtinam autem quorumcumque mortalium honeſtum deſiderium explere detur, vt quicunque ſitiuerint fontis limpidiſſimi aquam ſalientem hauriant, quod illis in vitam æternam cedat, vt latrantibus hereticis os obſtruere liceat, ac nouatoribus iſtis qui reuerendorum patrum noſtrorum doctrinam aſpernantur, ac ludibrio habent, nimirum ſuæ ignorantiæ conſcij. Sed de his aliàs commodius, tu interim quære, ſi quid vſui tibi eſſe poſſum, à me quod videbitur. Siquidem omnes labores, vigilias ac ſtudia in communem deuoui vtilitatem, præcipue eorum, qui ſimplicitate morumque candore freti, nihil antiquius ducunt, quàm vt à tenebrarum caligine expediantur ac in lucem caput exerant, pro quibus, vel morti occumbere non dubitarem.

DE NOMINE DISTINCTIONIS IN COMMVNI, AC EIVSDEM FVNDAMENTO, QVOD EST ENS.

CAPVT PRIMVM.

MVltifariam multiſque modis olim Theologorum ac Philoſophantiũ ſchola, magiſtris ipſis nedum ſcholaſticis, viſa eſt obſcuritatis, & tenebrarum plena, deſideratiſſima Veritas, nouiſſime autem, mira induſtria, multas difficultates diſcutiebas, tum illas, quæ circa formalitates verſantur, præſertim cum Concupiſcentiam, tui flagrantiſſimã & ſtudioſiſſimã videres, vt ipſam dignareris tuo in comitatu accipere: potes ſi vis, nam tẽporis inſtat plenitudo. Aggredere igitur, vt optatis meis correſpondeant vltima primis. *Concupiſcentia.*

Ne dubites Concupiſcẽtia, quin ipſa tuo ſcientiarum ſtudio ſatisfaciam: nam ſemper mei ſitientiſſimos alumnos colui: eoſq; qui ſe Veritatis cognoſcendæ (vt ſciant) inuentiuæ cupidos profiterentur. Quo amabò pacto paruulis lac petentibus filiis negabit mater, aut filij in matris dignitate non gaudebunt cum eorũ ſit ipſa beatitudo, & fœlicitas: à te abſum, & tibi inſum: abſum vt ſcibilis, inſum vt ſcientia: abſum priuatiue, inſum complacitiue. Ne abſim ſed inſſim, eſt notandum primò, quòd in omni ſcientia contin- *Veritas.* *Ariſt. 1. phiſi. tex. 1. & tex. 5.*

 git

git ſcire per principia, cauſas,& elementa, vt incognitarum rerum, è magis cõmunibus ac notis, ad mimus communia & nota habeatur cognitio. At quia in doctrina de formalitatibus quatuor hæc frequentius vſurpantur, videlicet diuerſitas vel alietas, diuiſio vel ſeparaiio, diſtinctio vel differentia, & non identitas: ideo ab ipſis exordiri neceſſe eſt, quæ per modum magis & minus ſe habent,& ſecundum alias, & alios formalitatis alietatem ſignificant.

Concupiſcentia. Ergo: aliud eſt diuerſitas, aliud eſt diuiſio, aliud diſtinctio,& aliud nõ idẽtitas:quod videtur mihi impoſſibile. Nam diuerſitas ſonat nõ identitatem aliquorum ex ſe, vel intellectus operatione,aut cuiuſcunq; alterius potentiæ ab intellectu, ſic etiam diuiſio, necnon diſtinctio,& non indentitas. Vnde exẽpli gratia, ſi accipiãtur duę formalitates, ſcilicet a,& b.aut igitur a,&b ſunt aliquæ res,aut nullæ res:ſi nullæ res,bene ſequitur quòd erunt nihil: quoniã quod omnino nulla res eſt, nullum ens eſt. Si verò ſunt aliquæ res,igitur quæ diuerſificãtur, diuidũtur:& è contrariò. At quę diuiduntur,diſtinguuntur,& quæ diſtinguntur, diuiduntur,ſuntq; nõ eadem:quia dato oppoſito, ſequitur quod res diuerſæ ſint eadem, patet: nam quãtò magis rés diſtinguitur ab vno extremo, tantò magis conuenit cum altero: ſi a & b diuerſificãtur ergo diuiduntur: at a,& b. diuerſificãtur ſed non diuidũtur per te, ergo ſunt eadem, non diuidi enim æquipollet entitati. *Aug. 1. de doctr. chr. c. 1. & 2.*

Veritas. Terminorum naturam & formalitates ignorare, eſt hominis hinc inde vacillantis ac titubantis.

bantis: vnde ſi ſcires, veram propriamque inter hęc quatuor diſtinctionē, certe argumentulis ſophiſticis non ſuccumberes. At nota quòd diuerſitas vel alietas eſt inter ea, quæ non conueniunt in aliquo quiditatiue, quaſi non idem ens includentia, vt ſunt vltimæ differentię entium, de quibus ens quiditatiue non prædicatur. Quare dicit Ariſt. quòd omnes differentiæ differentium, reducuntur ad aliqua primò diuerſa, quæ in nullo conueniunt & in omni alio differunt. Et ſic diuerſitas & alietas aliquorum in nullo quiditatiue conuenientium, quemadmodum ſunt vltimæ entium differētiæ, & ipſius paſſiones, de quibus nec in ſua maxima cōmunitate reali ens quiditatiue prædicatur. Ob id ſubiectum in diffinitione ſeu deſcriptiua notificatione propriarū paſſionum, quæ vltimas ipſius circumloquutur differētias, vt additum & quid per accidens cadit: vt riſibilitas eſt aptitudo hominis ad ridendū, ad denotandū, quòd ens, quodlibetue ad ipſum inferius, quod ſubiectiua, aut quęcunque pars ſit, de differentiis vltimis, vel propriis paſſionibus quiditatiue non prædicatur. Propriæ paſſiones, cum à principiis intrinſecis ſubiecti pullulent emanentue, quod eſt à ſubiecto emanare, rationem affectus habēt, ſubiectum verò cauſæ. ſed effectus nō ſunt idem formaliter cauſę: quia tunc cauſa eſſet effectus & effectus cauſa quod. nemo ſanæ mentis dixerit. Quamobrem omnia quæ diuerſificantur diuidun tur, & non cōtra: eo quòd diuiſio eſt alietas duarum partiū integralium materialiúmve, aut partium eſſentiatiuarum, non materialium quantarum

Quinto metha. cap. de diui.

rum,exemplum primi,vt alietas inter duas partes ligneas,ab eodẽ ligno abſciſas.Exemplũ ſecũdi, vt alietas inter duas partes,ſubſtantiæ materialis à quãtitatibus terminatis,interminatiſue pręciſe.

Concupiſcentia. En quid intelligo, Veritas, nam ad declarandam diuerſitatis, diuiſionis, aliarumq; alietatum differentiam vel concordantiam terminos inſolitos auribus meis te adducere ſentio, ac nouam doctrinam fingere, ſcilicet quod ens, quælibetue eius pars ſubiectiua,de ſuis differentiis vltimis quiditatiue minimè prædicatur:quia vltimas differentias entis & ipſius paſſiones,primo diuerſas eſſe dicis,vnde ens eſſe quid commune,parteſq; ſubiectiuas habere concepi. Quomodo ergo illud fieri poſſit explicare te velim. Poſtea quomodo materia quantitate ſpoliata, materialiſque ſubſtantiæ eadem præciſa, in partes eſſeitatiuas diuidatur,exprimere ne graueris. Nec me latet hac in re te nonnihil ab Ariſtotele diffidere. Ait autem ille, quod diuiſio eſt paſſio quantitatis. At paſſio cum fluat emanetque à principijs intrinſecis ſui ſubiecti, non poteſt competere alteri per ſe aut per accidens,à ſuo ſubiecto. Idque docet primò poſt dicẽs proprium eſſe quod proprie,per ſe, & ſecundum quod ipſum prædicatur de ſuo ſubiecto. Igitur diuiſio non poteſt cõpetere alteri à quantitate:nam quod partitur,per quantitatem partitur eſtque partibile.

Quinto metha. text. co. 24.

1. Poſt. cap. de perfect.

CAPVT II.

Veritas. OPortunè (Concupiſcẽtia) & perſpicaſſiſſimè dubitatiunculas tuas in modũ declarandas de ipſo ente,videlicet communi eiuſq; partibus, nec

necnõ ipſius in ſuas partes ſubiectiuas diuiſione, partiuitateue cõtuliſti, cum totius noſtræ tractationis fundamẽtum ſit. Ideo notandum eſt, quòd ens prima ſui diuiſione diuiditur in ens communiſſimè,& in ens cõmuniter,in ens propriè,& in ens propriiſſimè.Quæ in bimembrem entis diuiſionem reduci poteſt, hoc modo. Ens aliud reale & aliud rationis eſt cõmune his, vt æquiuocum analogum in ſua æquiuocata analogata,ſicut eſt dicere de homine, reſpectu hominis veri & hominis ad parietem depicti qui eſt quid æquiuocum analogũ ipſis. Aequiuocum dico quia præciſe,ſecundum nomen eſt quid commune, & ſecundum alias & alias rationes: analogum verò, in quantum per prius de homine vero dicitur, & per analogiam ipſius, poſtea de homine picto dicitur. Sed ad primam entis diuiſionem aures habeas rectas, qua legitime intellecta expreſſaue,ſecundam concipies. Ens ergo cõmuniſſimè accipitur, pro omni eo quòd diſtinguitur contra nihil. Ita quòd obiectibilitatem apud intellectum, cum aliqua correſpondentia ad rem extra habèt, ens hoc modo dici poteſt, & contra nihil diſtinguitur Vnde nihil aliud nihilitate nihil dicit;& omni nihilitate quòd videlicet non eſt aliquod vnum intelligibile, vel vnitate obiecti cum obiecto, vt chimera, hyrcogergus, quæ non ſunt vnum intelligibile vnitate obiecti cum obiecto, vel vnitate modi obiecti cum obiecto. Non eſt vnum intelligibile primo modo, quia illud tale eſt intelligibile quoddam,aut conceptus cauſaliter,& effectiue cauſatus ab intellectu,cum cor-

Scotus in quo 9.3. art.1.

reſpondentia ad rem extra,vt in fundamẽto materiali, in re ipſa cognita,vt in fundamento formali. Et ſic ſecundæ intentiones reſpectu ſecundarij relicti in rebus exiſtentes, quibus res apprehenditur ſub forma rationali per opus intellectus euentæ iuxta, proprietatem vel propriam naturam ipſius rei,hoc eſt,ſuper quam fundatur, & ratione actus exerciti ipſarum, intellectus facit actus ſignatos de ipſis,ſunt vnum intelligibile, quod etiam aggregatum ſecundùm quid dicitur : quia eſſe eius vnit virtualiter & ſuppoſitionaliter diuerſas naturas, vt in vno concreto formæ & rei ſubiectæ : vt ly, genus quod includit naturam communicatam vel communicabilem pluribus ſpecie differentibus, vt rem ſubiectam & formam ab intellectu cauſatam, ſub qua illa natura concipitur formaliter, hoc eſt, in ordine ad inferiora. Nec eſt vnum intelligibile vnitate modi obiecti cum obiecto,quia illud eſt omne obiectũ intellectum,vel res cognita ſecundum aliquẽ intelligibilitatis gradum ac modum intrinſecum,vt intelligere ignem in ſuptemitate caliditatis vel in inferioritate caliditatis,aut in medietate cuiuſmodi primò intellecta contingunt intelligi.Quare ens communiſſimè dicitur, quod habet aliquam obiectibilitatem apud intellectum, quæquæ motiua ſit aut terminatiua, cum reſpectu tamen ad rem ſubiectam tali rationi obiectiuæ. Et ſic res ſecundo intellectæ & logicales ens dicũtur, cum quoddã intelligibile ſint quoditate & vnitate ipſarum ad primò intellecta, quorum ſunt rationes formalis & aliquatiuæ.

quatiuæ. Ens vero communiter accipitur, pro omni eo quod habet vel habere poteſt aliquam eſſeitatem, extra intellectus ratiocinationem: quod eſt diſtingui vel diſtinctum à nihil, non omneitate nihil: ita quòd conuenit cùm ente cõmuniſsimo, à quo etiam diſtinguitur, inquantum aliquam eſſeitatem formalẽ includit. Illud enim præciſe eſt vnum obiectum vnitate obiecti cum obiecto, iſtud autem, præter illam obiecti rationem (quæ terminatiua eſt) eſt vnum obiectum, vnitate modi vel quiditatis cognitæ, quæ non habet eſſe ab intellectu ſimpliciter ſicut illud, ſed tantum ſecundùm quid: ita quòd habent verum eſſe extra animam, ſecluſa omni collatione potentiæ intellectiuæ, aut cuiuſuis potentiæ. At ſic ens reale commune ad Deum, creaturas, ac ad decem prima principia ens eſt hoc modo, hiſque vniuocum eſt prædicatũ. Ens verò propriè accipitur, pro omni eo, cuius eſſeitas non eſt formaliter ad aliud: Et ſic ens reale, hanc iuxta formalitatem ad tria præciſe contrahitur: ſcilicet ſubſtantiam, quantitatẽ, & qualitatem. Alia enim prædicamenta non ſunt res, ſed aliquid rei ac habitudines, non tantùm ratione eſſeitatis, quia in hoc omnia nouem genera conueniũnt; ſed etiam ratione habitudinis & formalis reſpectus ad aliquid. Ens propriſsimè illud eſt, cui primò & per ſe competit eſſe, & ſic tantum ſubſtantia dicitur ens vel res, quia ipſi vt prima ſubſtantia eſt, quæ proprie & maxime ſubſtare dicitur, competit eſſe. Per ſe verò dico, propter ſecundas ſubſtantias, quæ de primis ſubſtantiis

ſtantiis quiditatiue & eſſentialiter dicuntur.

Notandũ eſt ſecundò, quòd ens communiter eſſeitas extra rationem collatiuam exiſtẽs, commune eſt ad ens propriè, & ad ens propriiſsimè, necnon ad habitudines per ſe entitabiles. Ens reale recentiores appellitant, non realitate hac, vel illa præciſe, ſed vt eſt indifferẽs ad ens reale realitate ſubſiſtentiæ, exiſtentiæ, & ad ens reale realitate eſſentiæ. Ens reale realitate ſubſiſtentiæ dicitur, quod eſt incõmunicabiliter exiſtens, vt quo & vt quod, ſicut ſunt primæ ſubſtantiæ, quæ duas includunt rationes, ſcilicet quare ſunt per ſe entitates, ob id rationem inhæſibilitatis non habẽt, & ſunt entitates ſubſiſtẽtes, ita quòd entitates ſunt habentes vltimum actu, vnde non ſunt ordinabiles ad vlteriorẽ actum. Et hoc quia talis actus, eſt tertia entitas reſultata ex vnionẽ materiæ, vt ex per ſe potẽtia, & formæ, vt ex per ſe actu, quæ præciſe rationem partis habent. Ideo ad alium actum ordinabiles ſunt, qui quid totum per ſe exiſtens & ſuppoſitale, materia vel forma non eſt. Vnde nõ eſt ordinabile ad actum vlteriorem, & ſic eſt incommunicabile, vt quo & vt quod: quæ duæ rationes oppoſitæ, duplici communicatione ſunt formæ, videlicet, quæ vt quo communicatur, & rationis vniuerſalis, quæ per modum eſſentiæ indiuiſibiliter communicatur. Quapropter cum forma non ſit, aut vniuerſale incommunicabile eſt, vt quo & vt quod, hoc eſt, non eſt in ſubiecto & non dicitur de ſubiecto. Ens reale realitate exiſtentiæ dicitur, quod verè exiſtit per ſuam entitatem, aliaue ſuum ad exi-

ſtere

ſtere realitate non indigẽs. Bene tamen ad ſuum formale exiſtere,& hoc modo materia ens reale dicitur,quia terminus eſt creationis ac Deus poteſt ipſam in eſſe cõſeruare: ſine forma quia magis Deus poteſt facere, quàm intellectus noſter intelligere. Sed intellectus materiam ſine forma poteſt intelligere. Ergo Deus poteſt facere factamque conſeruare. Item forma educitur de potentia materiæ. Si ergo forma materiæ eſſet cauſa exiſtentię,tunc exiſteret anteaquam eſſet,non ſolùm potentialiter, ſed etiam actualiter & formaliter,aliter de nihilo educeretur, & quòd materia & forma non duæ ſed vna eſſet pars,aliaque (ſi daretur hoc) ſequeretur incõuenientia,vt veritatem intuẽti recte patet. Ob id quis materiam ſine forma, eſſe entitatiuũ habere, ac verum ens eſſe,negauerit (licet reſpectu formæ potentiale ſit) niſi mente captus. Quare dico, quòd omne prædicamentum, ens reale realitate exiſtentiæ eſt. Nam præter eſſe eſſentiæ, concernit quòd aliud ab alio diſtinguitur,quòd per eſſe eſſentiæ non eſt: cum illa cõmunis ſit & fundamentaliter cuilibet rei eſſeitas. Eſſe autẽ exiſtentiæ ratio eſt, qua quodlibet ens in ſuo eſt prædicamento & in eſſe tali. Sed diceres,ſi quodlibet prædicamentũ eſſe exiſtentiæ habet, ergo eſſe exiſtentiæ, non proprium,ſed cõmune eſt ipſis.Ergo per tale eſſe à ſe inuicem nobis diſtinguntur. *Dubitatio.*

Dico quod omne prædicamentum habet eſſe exiſtentiæ,non vniuocum,ſed æquiuocum. Nam ſecundùm idem nomen & diuerſas exiſtendi formalitates ipſa exiſtunt: imo alia eſt ratio formalis

lis exiſtentiæ ſubſtantiæ, alia quantitatis aliaue cæterorum. Quamobrem non ſequitur, quòd per eſſe exiſtentiæ formalis prædicamenta non diſtinguantur, cum per illam talem in eſſe proprio conſtituantur, ſcilicet, quod omne prædicamentum, per ſuam rationem formalem exiſtentiæ eſt in eſſe, & diſtinctum à quocunque quod non habet ſuum eſſe. At ens reale, realitate eſſentiæ eſſeitas rei eſt abſolute, qua præter negotiationem potentiæ intellectiuæ, aut alterius potentiæ collatiuæ habet eſſe, ac cuiuſcunque eſt ratio eſſendi. Et hæc eſt radix cuiuſlibet rei, & obiectum adæquatu intellectus ſub iſto eſt bonum: eò quòd cum ens eſſentiæ ratio ſit eſſeitatis omnis entis, non eſſet niſi per bonitatem; quia dare eſſe, eſt communicare eſſe. Sed communicare eſt à bonitate, vt diximus in primo tractatu, cap. de bonitate. ſub bono eſſe, eſt ens exiſtétiæ; ſub ente, eſt ſubſtãtia vel materialis vel immate. terialis: ſub ſubſtãtia materiali corpus: ſub corpore eſt ſenſibile ſub ſenſibili homo, capra quæ omnia præter eſſe reale realitate eſſentiæ, habét eſſe reale realitate exiſtentiæ. Sub homine ſunt Petrus, Martinus, & cæteræ ſpecies humanæ indiuiduæ, quæ præter illas duas realitates, habent eſſe reale realitate ſubſiſtentiæ. Quapropter ens reale, commune ad ens reale realitate eſſentiæ, vel ad ens reale realitate exiſtentię & ad ens reale realitate ſubſiſtentiæ, non ſolum nomine, ſed eandem ſecundùm entitatis realis rationem & conceptionem eſt, eò quòd, quodlibet talium ens eſt, ſecluſo opere collectiuo intellectus ac

vniuo

vniuocum dictum eſt. Vnde vnitas eſt conceptus realis, ex natura rei intellectui repræſentatus vel repræſentabilis: quod dupliciter conſideratur, abſtractiuè videlicet & concretiuè. Abſtractiuè dico, prout ſub ratione abſoluta concipitur, & ſecundùm ſe, quare eſt ratio eſſendi cuiuſque rei, iuxta propriam formalitatem rei: & ſic dicitur eſſeitas Concretiuè verò; inquantum reſpicit actuale rei eſſe, aut quòd ſubſiſtentiæ vel exiſtentiæ aut eſſentiæ ſit. Cuiuſmodi habet Deũ Angelum, æuiternum, cœlum, hominem, ſenſitiuum, vegetatiuum & elemẽtariuum, quantum ſine quantitatem, qualitatem, ad aliquid, paſſionem, actionẽ, ſitum, habitum, vbi & quando: vt partes ſubiectiuas, ſicut in primo tract. diximus.

Notandum eſt tertiò, quòd duplex eſt diuiſio, entitatiua, ſcilicet vna, formalis ſeu quãtitatiua alia. Prima eſſeitatiua dicitur, quare aliquid in partes eſſeitatiuas & eſſentiales eſt partibile: ita quòd ex ſua natura, diſcretas formaliter, eſt aptũ natum habere partes, ſicut eſt ſubſtantia carnea, aut quæcunque alia ſubſtantia quantitata, quæ ex ſe eſt apta nata habere alias & alias partes ſubſtantialeis, ſi non actu diſcretas, ad minus ſeparabiles, quod per quantitatem non eſt. Nam nullum prius, quo ad ea quæ ſunt eſſentialiter ipſi, per ſuum poſterius, eſt tale: Sed vna pars ſubſtantiæ non eſt alia, vel poſſibiliter non eſt alia, ergo ex ſe & ex ſua natura, eſt in eſſe tale, cum eſſe ſubſtantiam talem, eſſentialiter ſit ſubſtantia, & non à quantitate: quia tunc ſequeretur etiam, quòd ſubſtantia Petri eſſet di-

ſtincta

ſtincta à ſubſtantia Martini per quantitatem. Sed tunc ſic eodē conſtituitur res & diſtinguitur principio. Ergo aut dicendum, quòd ſubſtantiæ accidentaliter diſtinguntur, & ſunt ſubſtantiæ, quod ſanæ mētis nullus dicet, aut ꝙ ex ſe eſt apta nata ſubſtantia habere partes & partes, hoc eſt diuiſione entitatiua diuidi. Diuiſio vero formalis & quantitatiua eſt, qua aliquid actu in ſuas partes materiatas & quātitatiuas partitur. Hæc verò quantitatis eſt paſſio. Vnde aliquid actu diuidi, eſt illud formaliter alias & alias partes habere: idue tale differentiis circumſcriptiuis, aliqua in vbietate eſſe. Vt lignum quod in diuerſas partes ligneas ipſum integrantes, diuiditur: quod non poteſt eſſe, niſi per quantitatem eius ſubſtantia eſſet induta. Igitur quando inter illas partes per differentias circumſcriptiuas determinatas ens diuiditur, diuiſione formali & quantitatiua diuidi eſt intelligendū. Idcirco aliud eſt ſubſtantiam materialem partiri, in diuerſas partes actualiter, vt in partes cum eſſeitate & nūchitate determinatas ſenſuique obiectiuabiles, aliudve eſt dicere, quòd aliquid eſt aptum natum habere alias & alias partes: primum eſt à quantitate materiæ, ſecundum vero à materia quantitabili. Igitur dico, quod in plus ſe habet diuiſio, quā diuerſitas: quia omnia quæ primò diuerſa ſunt, diuiſa ſunt, non autem omnia quæ diuiſa ſunt, diuerſa ſunt. Nam ad diuerſitatem alietas eſſentialis rerum requiritur, quæ in eadem ſubſtantia eſſe non poteſt. Sic diuiſio concordātiam cum differentia habet, quæ eſt alietas, reſpectu eorum quæ ſunt eodem

in

in ente prædicamentali. Itaque omnia quæ diuiduntur aut ſeparantur, diſtinguntur habentque differentiam, non autem è conuerſo: quia diſtinctio vel differentia, eſt alietas duorum poſitiuè exiſtentium extremorum; quorum rationes formales vel numerales, aut formales numeratæ, à ſe inuicem ſecluduntur; aut quod materiales res ſint aut immateriales: Sufficit quòd realitates poſitiuæ ſint. Diuiſio autem vel quòd entitatiua ſit, vel formalis quantitatiua, ſemper partes materiatas quãtitate, actu vel aptitudine habet. Diuiſio entitatiua, licet quanta non ſit aptitudinaliter, tamen quanta eſt. Dicimus ergo quod duo Angeli diſtinguntur à ſe inuicem, non autem diuiduntur. Diſtinctio etiam inter intellectuale & intellectuale eſt, vt inter Deum & Angelum, vel inter Angelum & Angelum, vel inter Angelum & animam. Inter intellectuale & ſenſuale, vt inter animam & corpus, & inter ſenſuale & ſenſuale, vt inter corpus & corpus. Diuiſio vero inter ſenſuale & ſenſuale, præciſe eſt, imò proprie inter ſenſuale & ſenſuale eiuſdem corporis quanti. In plus ergo ſe habet diſtinctio vel differentia, quàm diuiſio vel ſeparatio. Sic omnia quæ diſtinguntur ſunt non eadem. Non autem omnia non eadem ſunt diſtincta, quia non identitas eſt alietas aliquorum poſitiuè priuatiuéque opponibilium extremorum. Poſitiuè dico, prout includit omnia diſtinguibilia, quæ eadem non ſunt. Priuatiuè vero, prout ſe extendit ad omnia quæ poſitiuæ non ſunt, vel habitus & priuatio, viſus cæcitas & aliaue priuatiuè includit oppo-

ſita. Quamobrem diſtinctio iſta non identitate eſt minus communis, cum præciſè ipſa poſitiuè opponibilia concernat. Non identitas autem, præter illa ad priuatiue oppoſita ac opponibilia ſe extendit, ideo communior. Quapropter entis realis cõcretiuè partes ſubiectiuæ, Deus, ſcilicet, Angelus, æuiternum, cœlum, homo, ſenſitiuum, vegetatiuum, elementatiuum, nouemque accidentia, entitatiuè realiter diſtinguuntur. Vnde vnum ſine alio eſſe poteſt, vel inter tales eſt alietas, qua vnum ſecundum ſuam rationem formalem, non includit aliud, nec ab alio includitur. Angelus enim homo non eſt, nec homo Angelus: eſſeitatiuè dico, non autem appropriatiuè.

Notãdum eſt quarto, quod ens cõmuniſſime, vt ſupra determinatũ fuit, cõmune eſt ad vnum intelligibile, vnitate modi obiecti cum obiecto, & iuxta aliàs voces, ad ens reale, & ad ens rationis, in quæ diuiditur, vt totum vniuerſale in ſuas ſubiectiuas partes. Ens reale eſt illud, quod habet eſſe præter operationem collectiuã intellectus, vel quãcunque eiuſdem operationẽ cuiuſlibetve potentiæ collatiuæ; & hoc ens reale, communiter ens alias appellatum, in ens eſſentiæ, ens exiſtentiæ, & in ens ſubſiſtentiæ eſt diuiſum. Vnde inquãtum dicitur, quòd ens reale eſt id quod habet eſſe, præter operationem collectiuam intellectus reſpicit ens reale realitate eſſentiæ, quod ad ſuum eſſe omnem non excludit intellectus operationem, cum, inquantum cognitum eſt, ab intellectu habeat eſſe: ſcilicet vt primariè operatiuè, excludit tamen operationem

nem collatiuã qua ſecũdo operatur: eò quod tale ens, reſpectus non eſt relictus in re, & à potentia cognoſcitiua cauſatus. At prout dicitur ens reale eſt quod habet eſſe, præter operationem, Intellectus aut cuiuſcumq; potentiæ ab intellectu, hoc ratione entis realis, realitate ſubſiſtentię vel exiſtentiæ eſt intelligẽdum, eo quòd nullum talium eſt cauſatum, vel ab intellectu cauſabile, aut ab alia quauis potentia animæ ratiocinatiuæ. Ens vero ratione triplex eſt, ſcilicet, ſubiectiuè, obiectiuè & collatiuè. Ens rationis ſubiectiuè, id dicitur, quod in ratione tanquam in ſuo ſubſtentatiuo & ſubiecto, ſicut eſt ſpecies actus & habitus, & quoduis accidens materiale & corporeum, à ſuo ſubiecto, quo ſuſtentatur habet eſſe, aliqualem tamen dat illi operationem. Species autem actus & habitus, ſubiectiuè in anima ſunt: quia ab ipſa & obiecto producuntur, ac operationem aliqualem eidem cauſaliter affluunt. Species id circa quod habet operari, originatiue animæ dat, quare poſt ipſa habet actum & operationem, quibus frequentatis habitus in ipſa generatur, quo operatur promptè ac quando vult, rationi conformiter, aut non Dico rationi conformiter, ob habitus virtualis quorum oppoſitis ſcilicet, vitijs rationi non conformiter operatur anima. At ne termin⁹ videlicet ſpecies, multiplex & æquinocum quid exiſtens, intellectui tuo pariat confuſionem, animaduertere debes quod ipſa tripliciter accipitur, aut prout eſt naturalis corporis diſpoſitio, qua corpus eſt congruis membris legitimiſque coloribus diſpoſi-

tum, vnde dictum eſt Priami ſpecies imperio eſt digna: aut capitur inquantum eſt ratio fundata in aliqua natura cōmuni, ſecundū quam illa natura communis habet, ad ſua ſubijcibilia ordinē ſub formalitate prędicati, & ad magis cōmune ſubiecti reſpectum, & ſic ſpecies nihil aliud eſt, niſi id quod prædicatur de pluribꝰ numero differētibus, vel quæ ponitur ſub aſſignato genere. Vel dicitur ſpecies ſimilitudo in aīa, ab obiecto, aut à phantaſmate rei à dextra impreſſa. Vnde dato ꝙ obiecta præſentia non ſint, quorum ſunt ſpecies, per ipſas tamen eadē intelligere, ac de ipſis ratiocinari poſſumus. quæ in triplici ſunt differētia, ſcilicet puræ infuſæ, puræ acquiſitæ, & aliæ medio modo ſe habentes. Species puræ Infuſæ, dicuntur eſſe rerum earū, quæ per ſe, aut per accidēs ſenſui non ſubiacēt ac à ſenſu non dependēt. Et de his loquitur Paulus. *Vidi arcana Dei quæ nō licet homini loqui.* Species puræ acquiſitæ illæ ſunt, quas doctrinaliter anima noſtra vel inuentiue à re extra, habet aut quod materialis ſit, aut immaterialis. Doctrinaliter dico, reſpectu rerum immaterialium, quæ per accidens ſenſibiles ſunt, ſcilicet ſuos ob effectus. Inuentiue verò ratione materialium, quæ per ſe ſunt ſenſibiles, à quibus omnis fit doctrina & diſciplina. Ob id dicit Ariſt. nihil eſt in intellectu ſcilicet doctrinaliter vel inuentiuè quin prius fuerit in ſenſu, vel nihil eſt in intellectu, acquiſitiuè, quod prius non fuerit in ſenſu, per ſe aut per accidens. Species autem mediæ, dicuntur, quæ à nobis habiles non ſunt, niſi primo radicaliter, originatiueque infundentur,

Libr. de ſens. & ſenſa.

quas.

quas ex frequēti ſacræ ſcripturæ ſtudio, formaliter & habitualiter poſſidemus. Vt ſpecies de theologicis virtutibus quę nobis in baptiſmate infunduntur. deinde in adepta ætate, quo ad modū ex frequenti ſtudio ſacræ ſcripturę, aut diuini verbi auditione, hiſq; neceſſaria volūtatis adhæſione, fiunt. Vnde ſacra theologia potius ſapientia, quàm propriè ſcientia dicitur, quia magis eius finis intrinſecus eſt, mouere affectum ſecundum rei bonitatem, quam informare intellectum per rei veritatem, licet à veritate non diſcrepet.

CAPVT III.

QVAM dilucidè quid ſpecies ſit me docuiſti, Iam ſequitur quid ſit actus, quid habitus vt explices, nequid eorum quæ in anima ſubiectiuè ſunt ignorem.

Rei actualitas Eſſeitaſq;, ac eiuſdem operatio, actus eſt. quare duplex actus, eſt, primus ſcilicet qui actualitas rei eſt, rem in eſſe formali, in eſſe, ſimpliciter, & in eſſe hoc reddens, & talis triplex eſt. Entitatiuus vnus eſt, quo res habet propriam eſſentiam extra ſuam cauſam, cuiuſmodi materiam primam, præter eſſe formale actum Entitatiuum habere dicimus. Quoniam vera res èſt, extra ſuę cauſæ obiectū realiter habet eſſe. Alius actus formalis eſt, quo aliquid habet eſſe ſpecificum eſſentialiter, à quolibet alio, quod in ſua non continetur eſſentia formaliter ſpecifica diſtinctum: & talis actus forma eſt, quæ dat eſſe rei hoc eſt ſpecificum, remque conſeruat in eſſe, ſcilicet formali. Vnde forma præciſè dat eſſe formale ipſi materiæ, quia dato oppoſito talis Veri-

tatis, ſequeretur compoſitũ non conſtare ex duabus partibus: quod patet, quia illa pars quæ materia dicitur, vel habet eſſeitatẽ à propria actualitate, qua eſt,& ſic habeo intentum. Si vero habet eſſeitatem ab actualitate formæ,ergo vna eſt eſſeitas formæ & materiæ;& per conſequens vna pars. Quod eſt contra rectam rationem, & intelligentiam,vt manifeſtum eſt.Et tertius actus hypoſtaticus & ſuppoſitalis dicitur, quo res eſt hoc aliquid,& incommunicabiliter exiſtens: vt quo & vt quod. Omnes hi actus primi dicuntur, eo quòd primo rem actuant in eſſe entitatiuo ſeu proprio vel ſpecifico,aut ſingulari,eandẽ ponunt, in eſſe. Secundus verò alius, aliquis actus eſt: eò quòd à primo fluet non ab omni,ſed ab eo qui formaliter aut ſuppoſitaliter habet operari. Cum actiones ſuppoſitorum, ſint immediatè & completiue.Mediate vero & incõplete à forma, & talis triplex eſſe poteſt. Naturalis. ſ.qui ab agente naturali originatur, hoc eſt,quia actiuum,agere,& agibile,eiuſdẽ ſunt naturæ,&eſſentiæ. Alius neuter eſt,qui à potẽtia neutra fluit:quę ita eſt ad hoc quod & ad oppoſitũ,& talis actus non dicitur neuter formaliter & vt eſt circa obiectum actualiter ſed benè radicaliter.Qui licet ſit potẽtia eſſentialiter ipſa tamen neutra dicitur pro vt ipſa ita eſt apta,nata ad obiectum quod eſt etiam & ſi ad oppoſitum:at dicitur actus, prout id quod erat in potentia,remota, ad oppoſita obiecta,ſit in potẽtia propinqua. Sicue nonnulli actus humani gratia gratum faciẽte, non informati ſed potius gratia gratis data, reſpectu acceptionis diuinæ poſſunt

dici

dici neutri: vt dicitur ad Cain & ad opera eius, non reſpexit, quoniam charitate informata non erant. Vnde ita erant ordinata ad acceptionem diuinam, quòd & ad oppoſitum: quia radix talium quæ voluntas eſt, erat talis. Tertius vero eſt actus ſupranaturalis, quo potentia operatur circa obiectum à quo, non eſt nata naturaliter moueri, ratione cuius, potentia ipſa eſt in potentia obedientiali. Et ita ſufficiẽter proportionata ad hoc vt ab ipſo moueatur, per aſſenſum cauſatum in ipſa, cuius aſſenſus etiam, ipſa potentia eſt naturaliter capax, vt habere fidem & habere charitatem. Nam ſicut poſſe habere fidẽ, & poſſe habere charitatem, naturæ eſt hominum, id eſt, illa potentia obedientialis ad fidem & charitatem, eſt in natura hominum, & non in natura leonina. Habere autem, gratiæ eſt fidelium, quare actus ſupranaturalis dicitur. Habitus vero, eſt animi promptitudo & cognitio, ex pluribus experientijs aut demonſtrationibus facta, qua anima operatur quando vult. Si ergo ſcilicet ſpecies actus & habitus, in anima ſubiectiuè ſũt eo quòd ipſam ad modum informant, eidemq; circa obiectum actualem dant habitudinem. Ens verò rationis obiectiuæ, vt eius ſonat ratio vocabuli, idem eſt, quod res circa quam Intellectus habet actũ, aut quod ſub ratione prima obiecti, habet rationem obiecti, aut ſub ratione ſecunda, aut ſub ratione prima & ſecũda ſimul. Illud enim habet primam ratiõnem obiecti, quod id, quo eſt obiectum, omni alio circunciſo habet, ſcilicet, potentiæ actum terminare. ſicut ſunt quiditates

Auguſt. in lib. de prædeſt. ſanct.

vniuerſales. Et ſic quælibet res quocumque modo ſit, actum potentiæ terminat, vel rationem habet, vt ad ipſum potentia tendat. Ratio vero ſecunda obiecti illa eſt, ſecundũ quã obiectũ mouet potentiã, ſpeciemq; ſuã & ſimilitudinem imprimit in ipſa cuiuſmodi eſt exiſtentia particularis, rei quæ non niſi per accidẽs facit, vt obiecti & potentiæ ſit vnio: quæ per operationẽ actiuam & paſſiuam vtrorumq; eſt vel quia non omni rei competit, quę inquantum res eſt, adęquatũ obiectum intellectus eſt. ratio vero prima & ſecunda obiecti ſimul, eſt qua obiectũ vtramq; concernit conditionẽ terminatiuã, ſ. & motiuã. Vt ens, quod indifferenter ſe habet ad exiſtentiã, & ad non exiſtentiam, hoc ens obiectiuè dicitur rationis, quia in intellectu eſt, tanquã cognitũ in cognoſcente. Vnde mouet terminatq; actũ potẽtiæ vt exiſtens eſt, mouet. Sed vt indifferẽter ſe habet ad exiſtentiam, & non exiſtẽtiam, terminat: & quia cognitum in cognoſcẽte poteſt eſſe dupliciter, aut ſecundùm ꝙ eſt cognitum, aut ſecundùm quòd eſt cognoſcibile. Ideo ens odiectiuè eſt duplex ſcilicet habituale, quod ante actũ dicitur, & actuale, quod poſt actũ appellatur. Ens obiectiue primo modo, nõ eſt aliud niſi ſpecìes intelligibilis, non actu cognita ab intellectu, ſed in potentia proxima ad cognoſcibilitatem. Ens vero actuale obiectiuum illud eſt, quod actu intelligitur ab intellectu, & ſic ſpecies vniuerſalis, vel vniuerſalitate prædicationis, vel vniuerſalitate eſſentialitatis, ens obiectiuum actuale dicitur: quia actu mouet, imo actu intelligitur. Hoc ens rationis, aut quod

obiecti

obiectiuum ſecundũ actum primũ, aut obiectiuũ, ſecudnũ, & ens rationis ſubiectiue ſecũdùm quid, ens rationis dicũtur. Eo quòd, non ſecundum totum ſuum eſſe dependẽt à ratione, ſed per accidens, inquantum vnum eſt in ratione, tanquã forma accidentalis, in eo cuius eſt ens rationis obiectiuum. Aliud autem vt cognitũ in cognoſcente, quod eſſe nõ eſt quid eſſẽtiale rei ſed eſt quid per accidens adueniens, ſ. à comprehenſibilitate potentiæ: quare non differunt ab ente reali, nec contra ipſum diſtinguntur. Vnde ſub ente communi contineri poſſunt, Ens vero rationis collatiuæ illud dicitur, quod abintellectu cauſatur ſuper rem cognitam, ſecundum naturã & proprietatem rei cognitæ, quod eſt correſpondenter, rei cognitæ, vt genus cauſatur ab intellectu, ſuper naturã rei communis ad extra, vt eſt ſecundùm ſe cognita. Ideo duo habet in ſe, ſ. rem ſuper quàm fundatur: & hoc ens reale eſt, aliud quod rationem habet cum reſpectu ad naturam, ſuper quam fundatur. Vnde ponitur in concreto, vt daret intelligere ſuum fundamentum & rationem formalem, ſecundùm quam fundamentum quod habebat in actu exercito, habet in actu ſignato. Ens rationis collatiuæ, ens purè rationis non eſt: nam aliud eſt, ens rationis, aliudve ratio entis rationis, ſicuti eſt duplex ratio entis rationis, ſcilicet, ratio entis rationis prima, & hoc nihil aliud eſt, niſi ipſa ratio: & conceptus primarius rei ab intellectu primo apprehenſus, quo ipſum ens ſecundùm ſe eſt conceptum, vt concipere animal, ſecundùm ea quæ ſunt de eius intrinſeca natura,

quod eſt ſub ratione, qua animal. Ratio vero ſecunda entis eſt, qua apprehenditur ens ſub aliqua forma relatiua, fundata in ipſo, non repugnanter naturæ ipſius, vt apprehenſiuitas animalis, ſub ratione qua prædicatū, vel genus. Quare ex his patet, quòd duplex eſt ens rationis: ſcilicet ens rationis rationabile, & ens rationis ratiocinatum. Primum eſt ens ipſum, ſecundùm ſuam realitatem & eſſentiam cognitum, quod rationabile dicitur, inquantum à ſecundo actu intellectus, ſub aliqua forma ſibi de nouo adinuenta, iuxta ipſius proprietatem ratiocinari poteſt: quod etiam rem primæ intētionis aliqui appellarunt. Ens vero rationis ratiocinatum, eſt ipſum concretum formæ rationalis, & rei ſubiectæ, quod in ordine ad ſua inferiora, habet actum exercitum ex natura rei, & actum ſignatum ex forma de nouo adinuenta: Ratione primi dicitur, hoc eſt hoc, quod facit res ſubiecta: Ratione ſecundi dicitur, hoc dicitur de hoc, quod facit forma rationalis concretiua rem ſubiectam hoc ens rationis ratiocinatum, eſt ens rationis collatiuæ: quia in ſua conceptibilitate cum alio concipitur & ad aliud.

CAPVT IIII.

Concupiſcentia. SVPEREST primò, Entis realis, in quas ſecernitur partes determinare quoniam opinionum varietas inexplicabilem ſtudentium ingeniis ingerit laberinthum.

Veritas. ENS prima ſui diuiſione, in Ens quantum primi & in Ens non quantum diuiditur, quàm infinitum & in infinitnm, vel in ſubſtantiam & accidens:

cidens: eò quòd finitum & infinitum quantitati congruit. Ens ergo quantum accipitur, pro eo quod quantitate virtutis & non molis quantum eſt:& ſic nihil aliud eſt, niſi ens perfectum poſitiuè: & hoc cum quantum ſit per quantitatem virtutis, quæ per eſſentiam & participationem alia & alia eſt. Commune eſt hoc ens ad ens finitum, quod eſt ens quantũ, per participationem & imitationem, ad ens quantum per quantitatem virtutis eſſentialis, quod eſt ens infinitum. At, ens non quantum ſcilicet quod non eſt neque finitum neque infinitum, tale aut tale poſitiuè, licet benè identicè & ſubiectiuè ratione termini, cum quo eſt idem eſſentialiter, ac ratio accipiendi. Ob id eſt animaduertendum, quod relationes diuinæ, quæ ens non quantum ſunt, poſſunt conſiderari dupliciter. Vno modo quo ad iuitatem & fundamentaliter, ſcilicet in quantum ſunt in diuina eſſentia, primo. ſunt ipſamet diuina eſſentia, quæ cum perfecta & infinita ſit, perfectæ & infinitæ ſunt relationes: Alio modo conſiderantur quo ad aditatem & formaliter, & ſic cum diuiſim & diſtinctim, ſuo modo conſtituant diuinas perſonas, non poſſunt dici infinitæ & perfectæ poſitiuè, quia tunc vna perſona haberet infinitatem & perfectionẽ, quam alia non concerneret haberetue, quod falſum eſt. Ob autem vim conſtitutiuam, infinitatem & perfectionem dicunt negatiue, hoc eſt, ita dicunt perfectionem vni, quòd ab alia eandem non preſcindunt, vnde dicunt dicunt perfectionem & infinitatem huic. Ens in quantum, in ens finitum &

infini

infinitum diuiditur. Ens finitum eſt, quod ſpecificationem determinationem, & dependentiæ terminum includit: ob ſpecificationem, ſpecies & genera in ipſis, ſicut ratione determinationis indiuidua, & concernentiã dependentiæ, quodcumq; ens citra Deũ, ens finitum dicuntur Ens. Infinitum aliud priuatiuè & contrariè, ſicut peccatum infinitũ dicitur quò anima gratia & Deo (quod infinitum ens eſt) priuatur: vnde non poſitiue eſt infinitum, quia peccatum malum eſt, quod eſt non eſſe, ſicuti & bonum eius oppoſitum eſt eſſe. Aliud vero eſt infinitum, cuius ſemper ſecundum quantitatem accipientibus, vt eſt quantumcumque accipientibus reſtat aliquid accipere, & hoc non ſonat aliud, niſi interminatum. Vnde dupliciter hoc eſſe poteſt, ſcilicet, cathegorematicè & ſyncathegorematicè. Primo modo eſt aduerbium priuatiuè oppoſitum huic termino, finitum valens tantum quantum interminatum, & quia infinitum quantitati congruit, quæ triplex eſt, extentionis multitudinis & vigoris. Infinitum extenſiuè eſt infinitum ſine termino. Vnde quoddam eſt ſimpliciter infinitum terminatum, ex aliqua parte, nec ſecundum longitudinem nec ſecundum latitudinem nec profunditatem aut poſitionis differẽtiam. Eſt & quoddam infinitũ ſecũdùm quid, quòd, ex vna parte, vel ſecundum vnã dimenſionem, eſt terminatũ, & non ſecundum aliam, vt infinitum ſecundum longitudinem & non ſecundùm latitudinem, vel ſecundum longitudinem ſurſum & terminatum deorſum, infinitum quod quantitati diſcretæ congruit

congruit, ſcilicet, multitudinis eſt non terminata multitudo, aut non numeralis. Quod vero quantitati vigoris vel virtutis congruit, eſt perfectio non terminatæ, quæ excedi non poteſt: quare non eſt maior perfectio imaginabilis, vel ſimpliciter vel ſecundùm quid. Prima competit Deo, ſecunda eſt in genere. Ita quòd non eſt terminata in eadém ſpecie, quia in eadem ſpecie excedi non poteſt, cuius ſcilicet non eſt dabilis gradus vltimus ſuæ perfectionis. Vnde cum infinitum hoc modo actiuum ſit, non intereſt præponere vel poſtponere. vt dicere dies futuri ſunt, infiniti, & infiniti ſunt dies futuri, capiendo infinitum cathegorematicè. Syncathegorematice ſumitur, non vt terminus ſimplex eſt, ſed vt æquiualenter valet, cum hac oratione aliquantulum, & non tantum quid mauis, vel aliquantulum, & quamtumlibet mauis. Et hoc modo multùm refert præponere vel poſtponere: Eo quòd tali modo terminum ſequentem quem determinat, facit ſignificare confuſè. Vt dicere, partes continui ſunt infinitæ, & infinitæ, ſunt partes continui. Quapropter concludo, prout ad noſtrum ſpectat propoſitum, infinitum aliud eſt negatiuè infinitum, & ſic eſt id quod actu nec aptitùdine finiri poteſt. Poſitiuè infinitum eſt, quàntum ad ſe, & hoc modo vnum ens infinitum datur, quod Deus benedictus eſt, vt dictũ eſt ſupra. Præterea ens quantum, vt totum in partes ſubiectiuas in ſubſtantiam à ſe, per ſe, & ad ſe: & in ſubſtantiam quæ non eſt à ſe, per ſe, ſed in alio, diuiditur: pro cuius declaratione animaduertendum eſt, quòd

ſubſtantia poteſt cõſiderari tribus modis. Primo, pro eſſe eſſendo, quatenus aliquod eſſe habeat extra ſuam cauſam, & ſic hoc modo ſubſtantia communis terminus eſt ad omne ens reale vnde Ariſt. vocat hanc rationem ſubſtantiæ. Alio modo ſumitur pro per ſe eſſendo, vt dicitur, ſcilicet, in quantum ipſi propriè & per ſe competit eſſeitas, & ſic ſubſtantia accipitur pro eſſe abſoluto ipſius & includit in ſe ratione ſuæ commumutatis, ſubſtantiam quæ dicitur à ſe, per ſe, & ad ſe, quæ eſt Deus benedictus, cui competit eſſe ſubſtantiæ pro per ſe eſſendo, à per ſe eſſendo, & ad ſe eſſendo, non poſitiue, quod ſit, à ſeipſo per ſe ipſum & ad ſeipſum cauſaliter, quod eſſe eſt poſt non eſſe, cum nihil ſit cauſa ſui ipſius ſed negatiuè à ſe eſſendo. Hoc eſt, quia non eſt ab alio effectualiter, non eſt per aliud materialiter, nec ad aliud formaliter. Non eſt ab alio effectualiter, quia æternus: non per aliud, quia actus purus: non ad aliud, quia per ſe ſubſiſtens. Subſtãtia autem tertio dicitur à ſubſtando, quatenus alteri ſubſtat & hoc modo ſubſtantia eſt ens, primum aliis entibus natura, quia eſt cauſa illorum, efficienter non ſuppoſitaliter: ſicut figulus reſpectu vaſis, ſed fluenter: ſicut homo reſpectu viſibilitatis, vel tamquam cauſa quam effectus naturalis concomitatur, vt ſolem ſplendor in genere cauſæ materialis. Eo quòd per ipſam ſubiectantur ipſique inhærent: atque in genere cauſæ finalis, eo quòd propter ſubſtantiam intenduntur, & ab agente particulari generantur, ad integrandam, qualificandam, ab

aliis

aliis formalitatibus ipſam cognoſcendam. Scilicet vbietale, quantitale, paſſiuitale & actiuitale. Quiditate & deffinitione etiam primum eſt ſubſtantiæ, accidentibus & hoc propter primam rationem: quia ipſorum eſt cauſa, & hoc modo ſubſtantia dicitur per ſe,& ad ſe,& non à ſe,ſicut ſunt ſubſtantiæ prædicamentales, incipiendo à genere generaliſſimo, vſque ad indiuidua ſubſtantiæ incluſiuè, nam per ſe dicitur,quia nõ habet ſubſtantiam per aliud à ſe. Materialiter eſt ad ſe,quia eſt incõmunicabiliter exiſtens,quantum ad rationes indiuiduales: quo eſtate, quantum ad rationes vniuerſales. Subſtantia autem, vt dicitur ab eſſendo, dupliciter eſſe poteſt: vno modo,ab eſſendo ſimpliciter:alio modo formali ſubſtantiuitate: & hoc modo eſt vna ſubſtantia, quæ non eſt à ſe, cum ſit ab alio per ſimplicem emanationem vel generationẽ: nec per ſe, quia ſunt per aliud, ſubſiſtenter eidem ipſi, communicabiles exiſtentes:vt quo. Et hoc modo formæ ſubſtantiales, ſubſtantia dici poſſunt. Accipitur ſecundo modo ens, vt diuiditur contra ſubſtantiam. Et hoc modo accidẽs ens dici poteſt, cum contra ſubſtantiam, & non vt ipſa, eſſe habeat. Quare accidens duobus modis accipitur: vno modo, pro omni eo quòd extruncatur à ratione formali alicuius: ita quod non ingreditur deffinitionem eiuſdem, & ſic inferius poteſt dici accidens, reſpectu ſui ſuperioris, cum extra illius rationem formalem ſit. Et hoc modo accidens tractatur in Elenchis. Alio modo accipitur accidens, pro omni eo quod aduenit rei, poſt eſſe ipſius

ipſius complictũ ad accidẽtaliter ipſam perficien dam. Ita quod abeſſe & adeſſe ipſi poteſt, præter rei ipſius corruptionẽ: & hoc modo accidens eſt vnum de quinq; prędicabilibus: ex quo ab ipſius habitudine, ad ſubiectum cui aderit, fit præpoſitio accidentalis & de materia contingenti.

CAPVT V.

concupiſcentia. IN te ſitum eſt, & velle lubenter alios erudire & pro tua eximia doctrina, poſſe. Itaque cum tantopere progreſſus ſim non committam quin alias entis diuiſiones explices.

Veritas. Pudet in his tractandis, me cogi vocabulis triuialibus inhærere. Verum ſic loquimur in ſcolis *Scotus 1. ſent. diſt. 36.* noſtris. Res ergo aliquando venit, à ratus, rata, ratum quod idem eſt ac quaſi res rata & firma. Et hoc modo omnis res, præter eſſe in ſua cauſa propriam & ſpecificam exiſtentet habet realitatem, & eſſe: & ſic creaturæ poſtquam creatæ fuerunt, eſſe ratum & ratæ res dictæ ſunt. Alio modo res dicuntur à reor reris, quaſi opinor opinaris & ſic res ante mundi creationem habuerunt eſſe, quod eſt intelligendum, quantum ad ſuam realitatem, non autem vt ſunt cognitum in cognoſcente: eo quòd, idẽ ſemper habuerunt eſſe imo habent verius eſſe ratum in ipſo diuino intellectu, quam in ſe ipſis res enim vt venit à ratum, & vt venit à reor reris, in ente vniuocãtur. Quare vniuocatio duplex eſt, i. generica & nõ generica. Generica eſt quando ratio prædicati includitur in ratione ſubiecti, ſecundum aliquod quinque prædicabilium, & ſecundum iſtam vniuocationem, nec res rata, nec res vt venit à reor reris, ſub re

vel

vel ente vniuocantur vt patet, rectè intuenti. Vniuocatio autē nō generica, vel tranſcendens, ea eſt qua aliqua in vnitate conceptus immediatè abſtracti, à re vniuocantur. Et hoc modo, cum res à reor rearis, & à ratus rata ratum, in rei ipſius conceptu, ab intellectu immediatè abſtracto, ab ipſis, conueniant: intellectus certus eſt de illo, & dubius de duobus. At quando intellectus eſt certus de vno & dubius de duobus, habet conceptum de vno alium, à concepto de duobus: quod non poteſt eſſe in æquiuoca, de quibus intellectus non poteſt habere conceptum communem, alium ab æquiuocatis. Ens etiam reale in vnum & multa diuiditur, tanquam integrale totum in ſuas partes, Sed quia in ſcientia arboris multa de hac re, & de diuiſione dicimus alibi: Ideo tibi præparatum animum altioribus his ſciendis, vt habeas, ſuadeo. Quoniam autem de diſtinctionibus & de identitatibus perſcrutabaris nuper, de his agemus. Diſtinctio igitur identitaſque formalitatis ſpecies oppoſitæ cum ſint, quid formalitas ſit primo monſtrandum eſt ab ethimologia, quod ſi vniuerſalia, ſuis particularibus natura doctrinaque priora ſunt, ideo aures oculoſque adhibeas, atque adeo ipſum animum, vt vocum omniū proprietates intelligas, de quibus hic agimus. Formalitas à forma originem ac deriuationem habet. Et quia forma terminus æquiuocus eſt, ad formam quæ eſt altera pars compoſiti, ad formam communem, ad formam accidentaliter perfectiuam ſubiectum, ad formam immaterialem, & ad formam quæ eſt ratio repreſenta

De nomine diſtinctionis in generali.

ſentatiua alicuius: penes idem nomen,& ſecundum diuerſas rationes dicitur de illis. Forma quæ eſt altera pars compoſiti, actus primus eiuſdem dicitur: vt corpus organicum eſt in potentia vitam habens. quoniã terminus generationis particularis eſt: vnde ea habita motus huius materiæ deſinit eſſe, non reſpectu formæ habendæ, ſed bene habitæ. Forma autem ſecundo modo quæ totius dicitur, eſt totalis ratio eſſendi ipſius compoſiti, abſtracta ab his quæ ſuppoſitũ ipſum concernunt, & huiuſmodi forma terminus generationis eſt: eo quòd genito & generanti communis eſt, ratione cuius generans ſibi ſimile in ſpecie, & in ratione ſpecifica generat. Forma accidentalis dicitur, quæ aduenit rei poſt eſſe completum eiuſdẽ, non vt ſit, ſed vt tale & quale ſit: & hæc poteſt adeſſe & abeſſe ſubiecto, preter ſubiecti corruptionem, ex quá & ſubiecto, propoſitio fit in materia contingenti. Forma autem immaterialis illa eſt, quæ à materia nec ſubiectiuè, nec obiectiuè eſt dependens, ſicut ſunt ſubſtantiæ abſtractæ, quæ formæ dicuntur, non ob informationem, ſed aſſiſtantiam & operationem, ſeu motum, quem materiæ communicãt. Forma quinto modo dicitur ratio repreſentatiua, imo ipſa repreſentatiuitas, qua res ſecundùm ſuum eſſe, & ea quæ ſibi non ſunt repugnantia, concipitur. Et talis forma formalitatis originatiua cauſa eſt, & à forma, primo modo proportionabiliter eſt affluitiua. Ideoque formalitas, eſt ratio obiectiualis, ſub qua vnaquæque res ex natura rei, eſſentialiter concipi poteſt, quare formalitas dicitur iuxta

iuxta formam quinto modo, quia illa eſt ratio repreſentatiua & repreſentatiuitas ipſa, ſic ipſa formalitas eſt ratio obiectiualis, qua aliquid repreſentatur, & ex natura rei concipitur, à forma etiam primo modo, & ſecundo modo dicta deriuatur proportionaliter: Nam ſicut illa forma eſt ratio cognoſcendi, eſſendique formalis rei, cuius eſt forma, ita & formalitas: quia iuxta formalitatum numerum ſunt conceptibilitates & intelligibilitates rei.

CAPVT VI.

FORMALITATIS originem ac deffinitionem copioſè & clarè patefeciſti mihi. Verũ quædam animum meum torquent, quæ vellem ſoluere ſi tibi placeret. Primo enim quæro, quomodo formalitas obiectiualis ratio poſſit eſſe, cum de ratione obiecti ſit, quòd moueat potentiam cuius eſt obiectum. At quia ſunt multæ res quæ proprias habent formalitates intellectuſque earũdem poſſidet cõceptibilitates, & tamen propter talium minimam entitatem & latẽtiam potentiam mouere minime poſſunt: vt eſt materia, prima relationes & vltimæ rerũ differentiæ, quæ nos latẽt. Vnde cum potentiã non moueant, ſimilitudineſque, ipſa, talium nõ recipiat, rationes obiectiuæ non ſunt. Secundo quæro: quo pacto eſſe poteſt quòd ſecundum numerum formalitatum, intelligibilitatum ſit menſura, intelligibilitas enim adęquata entis paſſio eſt. Et quia de paſſionis quiditate eſt quod vltra non tendat à ſuo ſubiecto, nec quod ab ipſo excedatur. Ergo cum in vna re plures eſſe poſſunt formalitates

Concupiſcentia.

Dubitatio contra prædicta.

pluralitas & geminabitur intelligibilitatum. Sed cum intelligibilitas eſt adequata entis paſſio, & paſſio ſuũ adequat ſubiectũ, Sequitur quod cum vna re, plures ſunt formalitates, & per conſequẽs intelligibilitates, ſic vna res erit plures res. Conſequentia patet, quia multiplicata per ſe adequatiua ratio paſſionis ſubiectum multiplicatur & ratio ſubiecti. Hęc omnia, vt manifeſtum eſt, ſunt falſitati adheſiua. Quamobrẽ malè dicitur, quod formalitas ratio ſit obiectiualis, & quod ſecundùm formalitatum numerum, intelligibilitatum ſit menſura. Ens autem quia omniũ eorum quę ad philoſophiam ſpectant, præſertim quæ veritatem intuentur, communiſſimum eſt ipſis quæſtionibus ergo reſpondebit, quod vt faciat libenter illam etiam atque etiam rogo.

Veritas. Venerat mihi idem in mentem exprimendum quòd à te modo in dubium verſum eſt: quoniam autem te iſtus diſciplinę auidam, vel potius helluonem perſpicio, nõ patiar, vt aliqua in re officium poſſis deſiderare meum. Animaduertẽdum eſt ergo, quod cuiuſlibet obiecti duę ſunt formales rationes, vna quò ad quid obiecti, alia quò ad modum obiecti. Ratio quò ad modũ eſt, qua obiectum habet monere, ſpeciemque ipſius, per modum potentiæ cuius eſt obiectum imprimere: & hoc modo ens ſub ratione, qua exiſtens eſt intellectus, formalitatẽ obiecti habet, vnde dicitur, ſemper exiſtimabitur aliquas ſpecies mouens, quæ iuxta talem formalitatem eſſe non poteſt, niſi exiſtentiam non concernat & actualitatem. Ideoque dicit idem ariſt. Omne ſcitum & cogni-

Ariſt. 3. phiſ. text. 17.

Lib 9. Met. tex com. 20.

rum

tum,in quantum eſt in actu cognoſcitur:ſic inuẽniuntur diagramata actu. Exempli gratia, color in pariete vel in quauis materia medio illuminata,ſpeciem ſuam inviſiua potẽtia inprimit,quam minimè non imprimeret,niſi non exiſteret.Quare dicit ariſt.in li.de ſenſu. Nihil eſt in intellectu quin prius fuerit in ſenſu. Ratio autem obiecti quo ad quid eſt qua obiectum terminat finitque adequatiuè actum potẽtiæ.Et ſic obiectum quod entitatem habet aliquam, vel bonitatem poſſidet,rationem obiectiuam hanc habet,nec terminare actũ intellectus valet Et ſic nihil,quod eſſe nõ poteſt aliquod vnũ intelligibile, nõ eſt vel vnitate obiecti cũ obiecto, ſicut eſt reſpectu eorũ quæ vnã rationẽ formalem habẽt,vt definitio & definitum:vel vnitate modi obiecti cum obiecto vt eſt reſpectu eorũ,quę nõ ſolum in ratione formali, Sed etiam in vnitate gradus formalis conueniũt,vt eſt de duabus albedinibus,quo ad quatuor, quæ non ſolũ in ratione ſpecifica albedineitatis,ſed etiam in eodem gradu albedinis identificantur. Ita quod non exiſtens aliquod vnum obiectum penes has duas obiectiuas vnitates, non habet rationẽ obiecti, nec quo ad modum, que motiua nec quo ad quid quæ terminatiua dicitur. Primum patet, quia non eſt exiſtens: ſecundum etiam patet, quia vt potentiæ actum finiret terminaretque, neceſſe eſt quod eſſeitatem aliquam includat: itaque ad minus aliquod intelligibile ſit vnum, vel vnitate obiecti cum obiecto, vel vnitate modi obiecti cum obiecto.

Per vnum obiectũ primo modo, potes intelli-

gere omnes ad aliquid entitates concretas, quæ cum innitate habitudines relatiue conueniant: quare ad vnius intelligibilatem alia intelligitur ſicut ad eſſe vnius, aliud eſt non cauſaliter ſed additaliter. Et hoc modo intelligitur, quod vnũ relatiuum alterius eſt cauſa. Per vnum obiectum autem vnitate modi intelligere poſſumus ſecundas intentiones concreatas, quæ duo in ſe includunt, rem ſubſtractam tanquam obiectum, & rem formalem tanquam modum obiecti, quæ ex ſe actum intellectus non terminaret, niſi in re ſubſtracta non fundaretur. Quare ratio obiectiua quo adquid ipſi obiecto eſſẽtialis eſt, ex eo quod obiectum non poteſt eſſe obiectum, quin actum potentiæ terminet. Quod autem ſuam potentiam moueat, ac in ipſam ſpeciem imprimat, obiecto accidit. Nam ſecundum actum exiſtẽtiæ ſibi competit quid vel quod à ſeipſo ſit, vel à quantitate, aut à materia ſignata, ſemper ad ipſum eſſe, poſterior eſt. Quamobrem à ratione formali ipſius extraneatur. Ideoque & ratio obiecti, quo admodum eſt: tum quia non competit omnibus obiectis, Sunt enim multæ potentiæ ſimpliciter actiuæ, reſpectu ſuorum obiectorum, & quibus omnimode ab ipſis non patiuntur aliquid, vel ab ipſis recipiunt: vt eſt nutritiua & augmentatiua, reſpectu alimenti. Tum quia relationes, materia prima, vltimæque differentiæ eſſeitates exiſtentes, obiectiuas rationes includunt. Nam cum intelligibilitas adæquata entis paſſio ſit, ſequitur quod habentes eſſeitatem, obiectibilitatem, intelligibilitatemque includant. Quare hæc ratio

obiecti quo ad quid, competit obiecto, pro quanto eſt: & circa ipſum potentiæ operatio verſatur, vel pro quanto potentia in ipſum tendit obiectum, aut per attingentiam, vel per tendentiam vt in terminum ſuæ actiuitatis. Quod ratio obiecti quo ad modum, ſiue motiua, ſit per accidens, ad obiectum patet: quia ratio mouendi, poteſt competere alteri alio ab obiecto potentiæ. Vnde poteſt Deus infundere alicui intellectiuæ potentiæ geometriam, alioſque intellectuales habitus, Deus moueret talem intellectum, ad recipiẽdum habitum geometricum: & non obiectum & tamen Deus nõ eſt obiectum geometricum cognitum ab intellectu, vel per talem habitum infuſum ex quibus concluſiuè dicitur, quod ratio quo ad quid eſt eſſentialiter obiecto, quia nullum potentiæ obiectum eſt, circa quod potentię operationon verſetur, & in quod potentia, vt in terminum, non tendat. Ratio vero quo ad modum, accidẽtaliter eſt: tum quia omnibus obiectis non eſt acequatiua, tum alteri ab obiecto competere poteſt. Quapropter ad primum à te mihi propoſitum dubium circa formalitatis quod quid eſt, deffinitionemque reſpondetur: Quod formalitas eſt ratio obiectiualis, nõ ſub ratione quo ad modũ obiecti & motiua, quæ accidentaliter eſt ad obiectum. Quia nullum quod quid eſt debet dari conſtituique per ea quæ accidunt ipſi, ac ab ijs quæ à ratione formali extraneantur. Bene tamen obiectiualis ratio eſt, quo ad rationem obiecti, quo ad quid, & terminatiuam quæ de ratione formali ac obiecti eſſentia eſt. Sic enim materia, re-

 lationes

lationes & vltimæ differentiæ, proprias habent formalitates ac intellectui obiectiuabiles ſunt. Ad ſecundum eſt ſciendum, & tibi notum eſſe ex prædictis credo, quod realis entitas, quæ eſt ſine intellectus opere, vel ſine eiuſdem collatione cuiuſque potentiæ collatiuæ, triplex eſt, ſcilicet ſubſtantiæ, quæ eſt res incommunicabiliter exiſtens, vt quo & vt quod. Itaque duplici communicabilitati opponitur, ſcilicet formæ, aut vniuerſalitatis. Quare dicitur entitas incommunicabilis, vt quo. Caret etiam communicabilitate rationis vniuerſalis, ideo dicitur etiã incõmunicabilis, vt quod: & ſic ſunt primæ ſubſtantiæ, eo quod ipſæ ſunt entitates habentes vltimum actũ, non ordinabilem ad vlteriorem actum. Alia eſt res exiſtentiæ, quæ nec aliud eſt, niſi res verè exiſtens per proprium actum entitatiuũ, ſeclusa omni operatione potentiæ cuiuſuis collatiuæ: & ſic materia ſine forma eſt res exiſtens. Eſſeitas autem eſſentiæ, eſt reſpectu eorum quæ ſecundum rationes vniuerſales concipiuntur, ac à conditionibus materialibus præciſe dicuntur. Quibus poſitis, dico, concedendo quod intelligibilitas ſit adequata entis paſſio, quaſi quod nihil intelligitur, niſi ſub ratione entis, & quod quælibet formalitas habeat propriam intelligibilitatem. Non dico per ſe, Sed per ad hoc, hoc eſt, non per propriam eſſeitatem, ſed per additatiuam eius rationem ad aliud. Ideo dicimus, quod non habet intelligibilitatẽ in ſe, ſed cum alio. Eo quod formalitas cum ratio intelligendi ſit, rem ex natura rei, ſemper ſua intelligibilitas eſt cum re,

cuius

cuius eſt formalitas. Quare non ſequitur, quòd vna in re, ſint plures entitates: quia formalitas non requirit ad ſuam propriam intelligibilitatem, eſſeitatẽ in ſe, ſed in alio: quod cum in vna re ſubſiſtentiæ ſint plures rationes exiſtentiæ, & in vna re exiſtentiæ plures res eſſentiæ. Hoc eſt conceptibilitates & per conſequens formalitates. Quælibet enim entitas propriam habet formalitatem, ita quòd in vna re ſubſiſtẽtiæ, poſſunt eſſe plures entitates eſſentiæ, vel ſimpliciter vel nõ repugnãter: intelligẽdo per pluralitatem eſſentiarum, non naturæ, ſed repreſentationis tantùm, vt excludatur diuina eſſentia, quia cum vnitate eſſentiæ ſtat pluralitas entitatum ſubſtantiæ. Nam alia eſt entitas ſubſiſtentiæ pater, alia filius & alia ſpiritus ſanctus: & hæ tres entitates, vna natura vnaque eſſentia ſunt.

CAPVT VII.

QVam magnopere lætor te quæſtionibus ac dubiis tibi à me propoſitis, lucem adhibuiſſe perge altiſona veritas, quia iuſtat hora, breuiter, vt ſoles, explana, quod ſupereſt de diſtinctionibus ac identitatibus, vt me tui ſitientiſſimam ipſius humanitate eruditiorem factam, eandem te aliquando non indignam habeas. *Concupiſcentia.*

Quia oppoſitorum eadem eſt diſciplina, & oppoſita, iuxta ſe poſita magis eluceſcunt: diſtinctio identitati oppoſita exiſtens, iuxta ipſam poſita, magis elucidabitur. Vnde ſcitu dignum eſt, quod identitas nihil aliud eſt, niſi vnio aliquarum entitatum, extremitate vigentium in aliquo, quo non ex natura rei, non per collatiuum opus intel- *Veritas.*

lectus,aut cuiuſuis potentię ab intellectu diſtinguntur. Pro primo exemplum eſt. Aegidius eſt Aegidius: Cum in hac propoſitione ſubiectum non ſit à prędicato diſtinctum,niſi ſecundum rationem ratiocinatiui intellectus. Idcirco dicitur hoc reſpectu identitatum ex natura rei formalis eſſentialis, realis,totius ſubiectiue & obiectiue: reſpectu ſecundæ,exemplum eſt, vt Aegidius eſt Aegidius. Omnia enim quæ vnum numero ſunt, habent ſic conceptum indiſtinctum ex parte rei & intellectus identitatem hanc cauſantis, dum actu recto obiectum ſpeculatur. Ideoque identitas ſecundùm hanc deffinitionem in ſeptem genera identitatum ſecluditur, ſcilicet, in identitatem ex natura rei, formalem,eſſentialem,realem, totis ſubiectiuè ac totis obiectiuè iuxta autem illam particulam, eſt vnio aliquorum extremorum vel aliquarum entitatum extremitate vigentium, in aliquo conuenientium, quæ non ex natura rei alietatem habẽt:in identitatem rationis etiã diuiditur. Et hoc colligitur per illam particulam,non per opus intellectus collatiuum aut cuiuſuis alterius potentiæ collatiuæ. Quanto *Concupiſcentia.* magis (humaniſſima veritas) ego proficio, ac tuo acumine differendi, ex ignorantiæ tenebris me eximis,tanto vehementius ardeo cupiditate plura ſciendi, Cupio ſcire de qua vnitate loqueris, quænam diuiſio ſit iſta, an per ſe, ita quod generis in ſpecies, totius integralis in ſuas partes, ac vocis in ſignificata, quod ſi non per accidens erit ſcilicet, ſubiecti in accidentia, accidẽtis in ſubiecta, vel accidentis in accidenta. Quia quanto

magis

magis medium ab vno recedit extremo, tanto magis alterius concernit naturam.

Periucundum eſt quod indefatigabili ſtudij amore ac deſiderio tenearis. Quod vnitas, vt ad præſens ſpectat negotium, quadruplicis eſt naturæ, ſcilicet, per aggregationem, per accidens, per ſe & identitatis. Vnitas per aggregationem nihil aliud in ſe realitatis concernit, quàm ordinem aliquarum partium ſitualiter diſpoſitarum. Qui ordo ſimpliciter accidẽtalis eſt. Ita quòd non eſt de neceſſitate ex natura partium inſurgitiuus ordinatarum. Nam quæ prior pars eſt, poſterior iuxta ſitum eſſe poteſt: Imo partium ordo accidentalis eſt. Quia quælibet pars ſimpliciter eſt in actu, & vna non eſt potẽtia, vel impotentia, & altera actus reſpectu alterius. Vt ordo inter partes cumuli vel aceruì qui ordo ſitualis, aut ſecundum ſitum eſt vnde ſimpliciter aliter eſſe, vel ſe habere eſt. Vnitas autem per accidens eſt vnio aliquorum eſſentialiter ordinatorum vel ordinabilium: vt vnum eſt potentia reſpectu alterius, alius actus in ordine ad illum vt homo albus. Quare hæc vnitas duo importat, ſcilicet, ordinem eſſentialem inter partes vnitas vel vnibiles, qui ordo ex natura rei partium eſt. Vnde ſubſtantia ex ſua natura neceſſarioque cauſa cum ſit accidentis, prior ipſo quod ſit, oportet etiã informationis reſpectu vnius ad aliã partem habere, quod vnã eſt actus informans aliam vt potentiam. Sed tamen quia talis actus eſt adueniens ad potentiam in facto eſſe, ac in eſſe cõpleto ipſius. Ita quod dicitur adeſſe & abeſſe illi poſſe, præ-

Veritas.

Ariſt. 7. thaph.

ter

ter ſubiecti corruptionem. Accidentalis eſt potentia quæ talem actum per ſe non reſpicit, ita quod ex potentia & actu per ſe quid fiat, hoc eſt quòd dicit Ariſt. lib.7.methaph.text. Comm.24. Quod homo albus ideo eſt vnum, quia homini ineſt albedo. Vnde ſic ab hac, per ſe vnitas differt. Quia illa vnitas per ſe miſſibilium alteratorum vnio eſt: aut quædam realitas qua per ſe actus, per ſe ineſt potentiæ, vel habitudo ſimpliciter actus & potentiæ, qua actus per ſe ineſt, vel inheſibilis eſt ad ipſam potentiam. Quare ſequitur ex his, quòd ea quæ ſunt vnum per vnitatem per ſe, vltra eſſentialem ipſarum partium ordinem, quo vnum dicitur actus reliquum vero potentia perſeitatem actus, & perſeitatem potentiæ includunt. Sic quod potentia ipſius vniti, per ſe & eſſentialiter, reſpicit ſuum actum: quia eſt eius eſſentialis actus, actualiter, cum ratione formali in eſſe tali, ponens. Quarta & vltima vnitas, eſt identitatis, quæ eſt perfecta vnitas, ipſarum extremitatum, in aliquo conuenientium, quæ non ex natura rei, non per opus collatiuum intellectus; aut cuiuſuis alterius potentiæ ab intellectu diſtinguntur. Ob id ex hac vnitate excluduntur quæ ſunt vnum per aggregationem: Quia in illis ex natura rei & realiter diſtinctio eſt, quæ ſunt etiam per accidens excluduntur: eo quod ex natura rei præter alietatem eſſentialem, habent diſtinctionem. ea etiam quæ per ſe vnum ſunt, excluſa ſunt. Patet, eo quod extrema in tali vnitate, licet ita ſe habeant quod vnum ſine alio eſſe non poſſit, natura tamen non

Potentia includunt.

non patitur eorum ſeparationem, imo ſecundum diuum Thomam, de potentia Dei abſoluta Deus nõ poteſt facere quodvnũ, ſine alio ſit: quia ex natura rei, & per opus tantum intellectus diſtinguntur. Quapropter concluditur, quod nõ de vnitate aggregatiõa, per accidens, vel per ſe loquitur definitio: ſed de vnitate identitatis. Ad ſecundum motiuum, eſt ſciendum, quod diuiſio per ſe illa eſt qua diuidẽtia per ſe adueniunt ad diuiſibile ita quod diuiſibilis ratio nomenque vel nomen tantum, ipſius includitur in ipſis diuidentibus intrinſicè, vel extrinſicè. Ex qua deſcriptione concludi poteſt quod per ſe diuiſio in generis ſpecies, totius integralis in ſuas partes, vocis in ſignificata diuiditur. Nam inquantum dicitur quod per ſe diuiſio eſt, qua diuidentia ad diuiſibile, accidentaliter non adueniunt, ſed ipſius ratio & nomen illis eſt ratio & nomen, dicitur ratione diuiſionis generis in ſpecies, vel totius integralis in ſuas partes. Alia, & alia tamen formalitate, illis actualiter competens. vt homo eſt animal. Cæteris tamen obliqualiter, vt caput eſt pars corporis, ſecũdum vocem tantum, dicitur ratione diuiſionis vocis in ſignificationes. Diuiſio verò per accidens ea eſt, qua diuiſiua, per accidens aduenіat ad ipſum diuiſibile hæc ve in diuiſionem ſubiecti in accidentia. Ita quod ſubſtantia in ea quæ poſt eſſe eius complectum, & ad ipſi ſecundum quid dandum eſſe: adueniunt. Quare dicitur animalium aliud album aliud nigrum. In diuiſionem etiam accidentis, in ſubiecta ſecluditur, hoc eſt, poſterioris per

accidens

accidens aduenientis in eiuſdem ſubſtantiam, vt alborum aliud dulce, aliud amarum. Non prætereundum eſt quin notes vltra, quod diuiſio generis in ſpecies, (accipiendo genus quo ad modum, & non quo ad quid, eo modo quo vniuerſale ad quinque vniuerſalia genus eſt, hoc eſt generis modum habet) duplex eſt; ſcilicet tranſcendens & limitata. Illa limitata dicitur, quæ reſpectu generis quoad quid eſt, quod de pluribus, ſpecie differentibus, aptum natum eſt, iuxta rectam predicamentorum lineã à Porphirio aſſignatam prædicari. At tranſcendens eſt reſpectu vnitatis conceptus; ex natura rei potentis prædicari de pluribus generibus generaliſſimis, vel de vno genere generaliſſimo, vel de aliquo non reponibili in prædicamento: his ergo ſic poſitis dico diſtinctionem hanc identitatis, in ſeptem identitates ſuperhabitas: genericam tranſcendentem eſſe, in ſuas ſpecies, eò quod nõ eſt in aliqua natura generica decem prædicamentorum, vt rectè hæc ipſa ſpeculanti patet. Ideoq; vnitas conceptus ex natura rei abſtracti ab omnibus vnitatibus ipſa eſt. Et quia vnitas, entis paſſio eſt cum eo conuertibilis, imo ipſo ente communior, quia cum bonitate conuertitur: quæ ente prior & communior eſt, vt poteſt videri in primo tractatu.

De identitate & diſtinctione in particulari CAPVT VIII.

Concupiſcentia. ERGO hæc vnitas, vt ex tuis ſonat verbis, diuiditur in has vnitates, ſicut analogum genus in ſua analogata. Ideoque quod vnitates ſunt?

EST

EST vna propoſitio iamdiu agitata inter Thomiſtas & Schotiſtas, ſcilicet vtrũ omnia quæ reali diſtinctione diſtinguntur, formali etiam diſtinctione, ſint diſtinguibilia. Quæ abſolutè ſimpliciter à Thomiſtis conceditur: qui tantum duo diſtinctionis genera ponunt, ſcilicet realem & rationis, ſed à ſcoticis negatur, eò quod medias alias diſtinctiones ponunt, ſcilicet formalem ex natura rei, eſſentialem, totis ſubiectiue, & totis obiectiue, quæ non ſunt iuxta realem, vel rationis diſtinctionem. Quare non tantum duo ſed ſeptem ſunt idẽtitati s vel diſtinctionis genera. *Veritas.*

Certè ſi loqui mihi liceret potius in Thomiſticum inclinarẽ dogma quam in ſcoticum. Nam quæ formaliter diſtinguntur, realiter diſtinguntur. Vnde accipio duas formalitates ad hoc probandum, quæ a, & b. ſunt aut ergo a, & b. ſunt aliquæ res: aut nullæ res, ſi ſunt aliquæ res, ergo quæ formaliter diſtinguntur realiter diſtinguntur: ſi vero nullæ res, ergo ſunt nihil: quia quod omnino nulla res eſt, nihil eſt ex diuo Auguſtino. id patet etiam ratione: res enim & ens conuertuntur, vt dicitur ab Ariſtotele. Quare quod nullum ens eſt, nulla res eſt, & ſic erit nihil. Ergo quæ formaliter diſtinguntur, realiter diſtinguntur. *Concupiſcentia.* *Lib. 1. ca. 1. de doctri. chri-ſti.* *4. metha. textu 2. 4. & 10.*

Ex tuo argumento, te vel immemorem, vel Veritatis oppugnatricem, aut diſputandi cauſa id facere concipio. Meminiſſe, enim me ſuperius rem in triplicẽ differentiã, ac eſſendi circunſtantiam diſtinctam liquiſſe: ſed inſuper notandum *Veritas.*

eſt quod iſta differunt,ſcilicet res,realitas,& conceptus realis. Res enim accipitur pro ipſa entitate concretiua, rationem ſe habentem vt ſubiectum,& rationem ſe habentem vt forma talis,vt album quod eſt entitas concretiua,lignum,& albedinem informantem ſecundum quid & denominatiuam accidentaliter ipſum lignum. Realitas vero accipitur pro ipſa ratione formali, qua res eſt talis, vnde res vel ſubſiſtentiæ. ſcilicet includens entitatem cum conditionibus materialibus vt hoc aliquid,vel eſt res exiſtentię,ſcilicet includens entitatem per ſe exiſtentem per ſuum actum entitatiuum ſine opere intellectus vt maria prima,quæ verè eſt pars compoſiti. Alia tamē eſt res eſſentiæ, ſcilicet concernens entitatem in ſe & à differentiis materialibus, vel poſſibiliter materialihus præciſam : vt ſunt quiditates & rationes vniuerſales. Ita quod res ſemper habet concernere conditiones hecetizatas actualiter & potentialiter,vel potentialiter tantum & cum aptitudine eaſdem conditiones materiales intueri. Realitas verò accipitur pro forma vel ratione formali determinatiua quæ duplex eſt, ſ. obiectiua & ſubiectiua prima eſt realitas illa qua res habet ſubiici,& eſſe in ſuis inferioribus ſuorumque inferiorum ratio eſt quiditatiua. At ratio obctiua eſt quicquid poteſt eſſe obiectum alicuius potentiæ & actum potētiæ terminare. Vnde hæc eſt in ſe & abſtracta ab exiſtentia, & ab his quæ concernunt exiſtantiam quemadmodum indiuidua : obiectiua realitas illa eſt qua aliquid eſt obctum alicuius potentiæ & ipſius actum poteſt termi

minare. Et hęc duplex eſt, quędam enim eſt contrahibilis, per aliam realitatē actualem: & eſt potentialis ad ipſam: ex quibus fit vnus conceptus realis eſſentialis, qui dicitur abſtractiuè definitio, concretiuè definitum, vel ſpecies, & ſic ſunt generaliſſima, ſubalterna, imo ſpecies ſpecialiſſimæ, quæ habent eſſe entitatiuè, contrahibiles, per realitates indiuiduales & ſuppoſitales. Alia eſt realitas, extendendo nomen realitatis ad conceptum realem quæ non eſt contrahibilis per realitatē ſed præcisè per modos intrinſecos, qui in hòc differunt à realitate contractiua primo modo: eo quòd licet contractiua realitas eadem ipſi ſit realiter, tamen in hoc differunt quià variat rationem formalem, cuius eſt realitas non autem modus intrinſecus rationem formalem cuius eſt modus. Vt infinitas quæ eſt modus intrinſecus entis. habetque determinare ens, tamen non habet facere variationem eſſentialem entitatis, ſicut eſt Realitas rationalitatis, quæ habet conſtituere aliquid in ſpecie, & eſſentialiter variare conſtitutum ab eo, quod ab alia realitate cōſtituitur. Vnde in plus ſe habet realitas quàm conceptus realis, qui eſt conceptus quidam abſtractus ex natura rei à pluribus generibus generaliſſimis: vel ab aliquo non ponibili in prædicamento: quod rationem tranſcendentis reſpectu talium habet. Quoniam commune eſt ad finitum & infinitum & ſic conceptus entis reſpectu Dei decemue prædicamētorum, eſt realis & non realitas propriè, licet realitas impropriè & extenſiue dici poſſit, quia talis conceptus eſt

D finitus

finitus, vel infinitus negatiue, eo quod excludit finitatem & non includit poſitiue quid repugnãs infinitati, vnde patet diſtinctio, quę eſt inter infinitum negatiue, & infinitum contrarie & poſitiuè; quod nil aliud eſt niſi quod non tantum excludit finitatem, verum etiam ponit aliquid repugnans ad infinitatem. Conceptus autem entis licet infinitatem excludat, non tamen quid finitati repugnans ponit: ideo eſt conceptus infinitus negatiuè, cuiuſmodi Deus non eſt ens infinitum ſed bene poſitiue & contrariè. eo quia eſt ſubſtantia ſimpliciſſima à ſeipſa habens eſſe: inquantum enim eſt ſubſtantia ſimpliciſſima, excludit finitatem: & prout eſt ſubſtãtia à ſeipſa, excludit, ponitque quid repugnans finitati. Quibus poſitis dico quod illę formalitates, ſcilicet a. & b. ſunt aliquæ realitates & non propriè aliquę res. Sunt enim potius aliquid rei, & conceptibilitates rei, quando autem infertur ergo diſtinguntur realiter: verum eſt accipiendo diſtinctionem realem, pro omni alietate quæ eſt ſecluſo opere collatiuo intellectus, non tamẽ diſtinguntur realiter accipiendo diſtinctionem realiter, pro ea quę eſt inter rem & rem ſubſiſtentiæ, vel exiſtentiæ, quare concluſionaliter dicimus, quod a. & b. vt ſunt fundamenta diſtinctionis formalis, non ſunt res ſed aliquid rei vel realitates. Ideo diſtinguntur realiter largè, prout non eſt alietas ex opere collatiuo intellectus. Tamen nõ diſtinguntur realiter, propriè quæ eſt inter rem ſubſtantiæ & exiſtentiæ.

Concupiſcentia. Quamuis hæc ſolutio (optatiſſima veritas, ardua

dua ſit, ſubeſt tamen nonnihil adhuc difficultatis. Quia iſte realitates quas vocas a. & b. ex natura rei diſtinguntur vel non. Quod ſi primo, ſic arguo illa quæ diſtinguntur ex natura rei, ſunt diſtincta realiter, vt ex vi vocabuli manifeſtum eſt: nihil autem videtur eſſe diſtinctio ex natura rei, quàm diſtinctio realis, & è contra, ergo quæ diſtinguntur per realitates, Realiter diſtinguntur: ſi non tunc peto, diſtinctio per realitates, vel eſt alietas extra intellectum, vel nō, ſed ex collatione intellectus. hoc patet ex ſufficienti diuiſione ponentium diſtinctiones, & formalitates in genere. ſi ſunt extra intellectum, meus ſequitur intentus ſi ſecundum. tunc erit diſtinctio rationis, quod eſt contra formalizantes. Vnde debet dici neceſſario quod ex natura rei, inter has realitates, alietas exiſtens quod realis ſit, & ſic habeo propoſitum.

Acutè ac ingeniosè contra noſtram reſponſionem inſurgis, ac vrges, notandum eſt tamen. quod quando dicitur, illa quæ diſtinguntur ex natura rei, diſtinguntur realiter, accipiēdo diſtinctionem raliter, id eſt per realitates ex natura rei: non tamen ſicut res & res, quia alia eſt diſtinctio rei alia realitatis & alia ex natura rei, nā cū identitate ex natura rei ſtat diſtinctio per realitates. *Veritas*

Rurſus contra tuam iſtam reſponſionem oppono, & arguo per locum à tranſmutata proportione ſicut ſe habet res ſubiecti, ad realitatem ſubiecti, ita res propriè paſſionis, ad realitatem propriæ paſſionis, tūc ſic ſicut ſe habet res ſubiecti, ad rem propriæ paſſionis, ita realitas ſubiecti *Concepti ſcentia.*

vel formalitas ſubiecti ad realitatem, vel formalitatem propriæ paſſionis, ſed res ſubiecti, eſt eadem cum re propriç paſſionis per te (vt ſcotizans doces) nam res ſubiecti, & res propriæ paſſionis ſunt eadem realiter, & eſſentialiter. Ergo realitas vel formalitas ſubiecti eſt eadem cum realitate, vel formalitate, propriæ paſſionis. Quapropter cum identitate ex natura rei non ſtat alietas formalitatũ. Igitur omnis diſtinctio vel erit realis vel rationis.

Veritas. Quam argutè, affectuoſiſſima Concupiſcentia, contra meam reſponſionem, & ſolutionem aliquid noui adfers: verum argumentum tuum fallax eſt in eo maximè, cum ita ratiocinaris: ſicut ſe habet res ſubiecti, dico, quòd hic non eſt locus verè à tranſmutata proportione, quia vbi eſt locus vel proportio tranſmutatiua, oportet quòd ſint res diſtinctæ. Nam proportio eſt tantum rerum, & perconſequens fundatur in illis quæ ſunt res & res. Cum igitur res ſubiecti, nõ ſit alia res, à re propriæ paſſionis, ſed eadem & indiſtincta res, cum res vna illa ſit, non poteſt inter tales realitates, fundari formalitas proportionis, & per conſequẽs ratio, quã aſſignas à tranſmutata proportione deficit in eadem enim eſt ſimilitudo & diſsimilitudo, ſimilitudo eſt ſicut res ſubiecti nõ poteſt eſſe, ſine re propriæ paſſionis: ita formalitas ſubiecti, non poteſt eſſe ſine formalitate connotatiua propriam paſſionem. Diſſimilitudo autem ob quam claudicat argumentum, quia res ſubiecti tranſit in identitatem realem, cum re propriæ paſſionis, & è cõtra. At formalitas ſubiecti non

cti non tranſit in identitatem realem cum formalitate propria paſſionis, nec e contra Quare non ſequitur quod illa quæ ſunt eadem ex natura rei, nõ poſſunt diſtingui per realitates aut formalitates.

Contra tuas reſponſiones, non contentionis, aut contradictionis cupiditate, at veritatis indagãdæ gratia, conabor probare. Quod quæ diſtinguntur per realitates vel formalitates ſunt realiter diſtincta, & per conſequens non debet dari aliqua alia diſtinctio media. ſic inſurgo, quod eſt ſubſtantia eſt vera res, ſed realitas vel formalitas ſubſtantiæ eſt ſubſtantia, ergo formalitas ſubſtãtiæ eſt vera res Maior patet quia eſt prædicatio ſuperioris de inferiori, quare prædicati ratio, in ratione includitur ſubiecti. Minor etiam manifeſta eſt quia formalitas ſubſtantiæ eſt, quo quid eſt ſubſtantiæ, ſed quod quid eſt, eſt idem eſſentialiter cum re cuius eſt, igitur quodquid eſt formalitatis, eſt id quod eſt quod quid eſt, eius cuius eſt formalitas. Tunc ſic, quæcumque per verá rem diſtinguntur, realiter diſtinguntur, ſed quæ formaliter & per realitates diſtinguntur per veram rem diſtinguntur: ergo quæcumque formaliter diſtinguntur realitate diſtinguntur. *Concupiſcentia.*

CAPVT IX.

SVBTILITER more tuo, iterum exagitas, quæ mòdò pro reſponſione diximus. Dum inſtas probatione, tuoque argumento, ais: formalem diſtinctionem non eſſe aliam à reali. Quare ab oppoſito dico, quod quando dicitur formalitas ſubſtantiæ, eſt vera res reſpondeo. Quod om- *Veritas.*

nis talis eſt vera res,ſi ſit ſubſtãtia in recto. Vnde eo modo quo talis formalitas eſt ſubſtantia, eſt res, ſed non omnis formalitas ſubſtãtiæ, eſt ſubſtantia vera res, in recto, ſed aliqua in recto, & aliqua in obliquo. tamen nota quod formalitas eſt duplex, ſcilicet quædam eſt totalis & adæquata, qua aliquid habet totale & adequate ſuum eſſe formale, eo modo quo humanitas, eſt id quo homo habet adequatè eſſe quiditatiuum formale hominis, etiam eſt ei ratio eſſendi in tali eſſe adequato, & totaliter. Alia verò eſt formalitas partialis, quæ eſt principium, & ratio formalis, qua aliquid habet eſſe qniditatiuum partialiter. Formalitas primo modo qua aliquid habet eſſe quiditatiuum completè & adæquate: eſt verè res. Vnde ſecundo modo homo non dicitur ſubſtantia, ſed ſubſtantiæ, & ſic non res, ſed rei: extendendo tamen prædicationẽ ſubſtãtiæ, ad quodlibet poſitiuum, quod eſt extra nihil, de prædicamento ſubſtantiæ, vel extra tale prædicamentum ſubſtantiæ: cui poſſit competere, ratio ſubſtantiæ, aliquo modo conceditur quod quælibet formalitas ſubſtantialis, ſit ſubſtantia, ita quod ſit res, extendendo nomen rei: ſed iuxta talem ſubſtantiam, vel rem extenſiuè, non concluditur diſtinctio realis, ſed preciſè formalis, aut ex natura rei. Et ſic non ſequitur cõtra intentũ meum, vel dicere potero. Quod ſicut res quæ eſt fundamentum diſtinctionis realis, eſt exiſtens vel incommunicabilis eſſcitans, iuxta duplicem incommunicabilitatem, ſcilicet quo & quod. Ita ſubſtantia quæ eſt fundamentum diſtinctionis realis

eſt

eſt exiſtens & ſubſiſtens, ſimiliter formalitas abſtrahens ab exiſtentia vel ſubſtantia, aut res penes quam attenditur diſtinctio realis, ſed bene eſt aliquid ſubſtantiæ, aut rei, penes quam attenditur per realitates aut formalitates diſtinctio.

TVÆ reſpóſiones (pace tua dixerim flagrantiſſima Veritas) ſunt ſimillimæ hidræ, vt eſt in fabulis, è capitibus, cui vno amputato, duo ſubnaſcebantur, ita non ego poſſum tot difficultates ac dubia proponere quin diſſoluas, neque tot obiectiones adferre, quin nouas ſolutiones, in contrarium adducas. Itaque herculea claua mihi opus eſſet: quapropter ſic arguo. ſi hoc eſſet verum quod cum vnitate rei, eſſet in eſſe, diſtinctio per realitates: Tunc ab vno & eodem, vnitas & pluralitas ſumeretur, quod veriſimile nõ eſt. Aſſumptum patet per te. Quia ab vno & eodem dicis in quo eſt vnitas rei, & eſſentiæ, ſumitur pluralitas realitatum, quod rationi minime eſt conſentaneum. Quia vt ait Ariſtoteles, quod idem, inquantum idem, non eſt natum niſi facere idem. Item ſi hoc eſſet verum quod cum identitate rei & eſſentiæ ſtaret pluralitas realitatum, vt exemplis docuiſti ſupra, cum ageremus de ſubiecto, & propria paſſione: quæ ſunt idem realiter & tamen habent alias & alias formalitates. Vnde accipio formalitatem ſubiecti, quod ſit, a, & formalitatem paſſionis quod ſit, b. Tunc quæro, vel a, & b. habent aliquid commune, vel nihil commune. Si nihil commune ergo a, & b. ſe totis diſtinguntur, ſed quæ ſe totis diſtinguntur, realiter diſtinguntur, ſed per te ea ſunt eadem realiter.

Concupiſcencia.

Lib. 2. de genera.

ter. Ergo illa quæ in nullo ſunt eadem realiter, vel non ſunt eadem realiter, erunt eadem realiter, quod manifeſtam includit contradictionem. At ſi detur quod a, & b. aliquid habent commune, quo ſunt eadem realiter, vel illud tale eſt entitas realis vel rationis, ſi ſit entitas realis. Ergo illa ſunt entia realia, & ſic faciet diſtingui realiter, illa exiſtente entitate communi reali ad ſubiectum & propriam paſſionem. Si autem ſit ens rationis, ergo illæ formalitates erunt entia rationis, & facient illa: qnorum ſunt formalitates diſtingui ratione: preciſè quod eſt ſecundum ſuam doctrinam: quæ habet quod diſtinctio per realitates, eſt maior quàm diſtinctio rationis.

Veritas. Acutiſſimè, vt ſoles, noſtra, conaris euertere duabus conſequentiis ſyllogiſticis. Primo ſic, ab vno & eodē ſumeretur pruralitas & vnitas quod eſt falſum. Dico quod ab vno & eodem poteſt ſumi pluralitas & vnitas, ſcilicet vnitas rei, & pluralitas formalitatum, quæ non opponūtur inter ſe, repugnaret ab vno & eodem ſumi vnitas rerum & pluralitas rerum. Secundo cum dicitur, accipio formalitatem ſubiecti, & formalitatem propriæ paſſionis, &c. Amitto totum: at cum poſt dicitur vel his formalitatibus ſubiecti, & paſſionis eſt aliquid cōmune; vel nihil commune, dico quod nihil eſt commune vniuocum vniuoce dictum: habent tamen vnam realitatem ſubiectiuam, in qua conueniunt realiter ſubiectiuè.

Concupiſcentia. Licet hæ ſolutiones rem acutè tetigerint: attamen ex tua reſponſione ſecunda duæ difficultates ſuboriuntur, adhuc diſcutiendæ, videlicet

cet

cet quid intelligas per commune vniuocum vniuoce dictum, & quid per realitatem ſubiectiuam, quamuis hoc alias te explicuiſſe memini, quando quidem nondum plane rem concepi, ob id quod cœpiſti obſecro progredere, vt euadam tua humanitate melior ac doctior. Ver.tas.

SCIAS quod aliud eſt, vniuocum prædicatum, aliud vniuoce prædicari, vniuocum nanque prædicatum, eſt, vniuerſaliter, quando quid ſecundum conceptum obiectiuum immediatè abſtractum, ex natura rei & in ſe vnus eſt: ſi res primæ intentionis eſt. hoc modo album de ligno dictum, & lapide, eſt predicatum vniuocum & per oppoſitum: illud eſt prædicatum æquiuocum, quod non ſecundum vnitatem conceptus obiectiui, immediatè abſtrati: prædicatur. Vnde inter vniuocum & æquiuocum non eſt dare medium, vt patet ex eorũ rationibus: vniuoca enim dicuntur, quorum nomen, eſt commune & ratio ſubſtantiæ ſecundum illud nomen, eſt eadem, æquiuoca verò cum nominis identitate aliam & aliam ſubſtantiæ rationem ſortiuntur, ſed habere eandem rationem: & non habere, eſt contradictio quæ eſt extremorũ non compoſſibilium in medio. ex quo infero quod cõmune analogum vel eſt vniuocum vel equiuocum. Vniuocè vero dici eſt quando ratio predicati includitur in ratione ſubiecti, & ſic non prædicatur albũ de lapide, nec vniuerſaliter quodcunque accidens de ſubiecto ſiue proprium, ſiue cõmune, nec inferius de ſuperiori, nec genus de differẽtia, & ecõtra vel modus intrinſecus, ſed preciſe qui habet, conce-

ptum quiditatiuũ qualeficatũ, vel qualeficabilẽ: qui ad primu modum pertinẽt dicẽdi per ſe vnde ſubiectum, cum paſſione propria, non habẽt quid commune vniuocum vniuoce dictum: ita quod ratio ſubiecti diffinitiua, ſit eadem ratio predicati habent tamen communem realitatem ſubiectiuam. Vnde nota quod iſta tria ſe habent ſecundum magis & minus ſcilicet indiuiduũ ſubiectum & ſuppoſitum, omne enim indiuiduum, eſt ſubiectum ſed non è contra, ſicve omne ſubiectum, eſt ſuppoſitum non autem conuertibiliter, ideo indiuiduum dicitur, quaſi indiuiſum in ſe, & diuiſum à quolibet alio, ita quod denotat aliquid non eſſe partibile, per alias differentias indiuiduales quia eſt hoc aliquid conſtitutum per ipſas & hoc, commune ens eſt, & res ad ſuſtantiam, & accidens nam non ſolum ſubſtantia poteſt eſſe, entitas in ſe indiuiſa, & à quolibet alio diuiſa ſed etiã accidens, licet accidens ſine ſubſtantia, vt indiuidua eſt, eſſe nõ poſſit. Nihilominus cum oĩs res, ſit de ſe hæc, per propriam hipoſtaſim: ſubſtantiæ & accidenti indiuiduitas, vel indiuiduabilitas competere poteſt ob id omne indiuiduum, ſubiectũ eſt, cum ratio ſubiecti idem denotat quod ratio entitatis, indiuiſe tamẽ non omne ſubiectum eſt indiuiduum. Nam aliqua entitas indiuidua eſt, vt accidentia particularia ſcilicet hęc planities hęç albedo, tamẽ ſubiecta non ſunt proprie ex eo quod de ratione ſubiecti eſt, quod ſit entitas ſubiectiua & ſubſtentatiua. At quia accidentis non eſt ſubſiſtere, conſequens eſt quod non ſunt ſimplici conuerſione,

conuer

conuertibilia ſubiectũ & indiuiduũ Quare magis commune eſt ſubiectum quam indiuiduum ſic omne ſubiectum eſt ſuppoſitũ. Subiectum enim ſubſtantialem hipoſtaſim denotat quam & ſuppoſitum concernit. Tamen non omne ſuppoſitum eſt ſubiectum: ex eo quia ſubiectum denotat præter ſubſiſtentiam & actum quo ſubſiſtit, habitudinem ſubſtentatiuã accidentis,& informabilitatem ab eodem cuiuſmodi non ſunt entitates & hipoſtaſes in diuinis, quæ præter actum hipoſtaticum quo incommunicabiles ſunt, vt quo, & vt quod non habent reſpectum informibilitatis vel ſubiectabilitatis; ad ens accidentale,quia tunc non eſſent actus purus & ſic omne ſubiectum eſt ſuppoſitum, non autem è contra. vnde ex his ſequitur quod entitas ſubiectiua, vel realitas, nihil aliud ſit, niſi quicquid ex natura rei, eſt in idiuiduo, ſubiecto, vel ſuppoſito exiſtente, ita quod concernit exiſtentiam eandem actualem. Cuius eſt realitas, ſubiectum ergo & propria paſſio, cum vnam ſubſtantiam habeant ſubiectiuam: vnam habent realitatem ſnbiectiuam,vnũ vt cauſa,aliudue vt cauſatũ. Exiſtentia enim ad vnius exiſtere, aliud exiſtit, & quia eſſentialiter non diſtingũtur cum in vno & eodem prædicamento ſunt vnã habent exiſtentiã actualem,ideo paſſio, eſt eadem ſuo ſubiecto: quia in eius deffinitione, ſubiectũ includit:non ſolũ additamentaliter,ſicut quodlibet accidens ſuũ ſubiectum,ſed etiam eſſentialiter: tanquã id, quod ex ſuis principiis intrinſecis à quibus fluit Riſibilitas enim eſt aptitudo hominis ad ridendum.

Contra

Concupiſcentia. Contra hanc reſponſionem reſolutiſſima Veritas, vt à te tua flagrantiſſima Concupiſcentia, aliquid addiſcat. Inſurgo nam dicis quod iſtæ realitates, ſcilicet, ſubiecti & propriæ paſſionis, habent aliquid commune non vniuoce dictum, ſed eſt realitas quædam ſubiectiua, quam vtriuſque formalitas côcernit. ita quòd ad poſitionem vnius, aliud ponitur, & ad vnius remotionem, aliud remouetur. Quare côcludis quod cum identitate realitatis ſubiectiuæ, ſtat alietas formalitatum, vnde alia eſt formalitas ſubiecti aliaque formalitas propriȩ paſſionis. arguitur ſic, illa quȩ diſtinguntur quiditatiuè, diſtinguntur realiter, & per conſequens in realitate ſubiectiua cum multum poſterius ſit cauſa identitatis, vel diuerſitatis ſui prioris, ſed quạ quiditas, eſſentia, natura, & res ſunt idem, at quæ diſtinguntur formaliter, diſtinguntur quiditatiuè, patet per te: nam dicis quod formalitas nihil aliud eſt, niſi quiditas, ergo quæ diſtingûtur formaliter diſtinguntur realiter, & eſſentialiter: quapropter cum ſubiectum & propria paſſio, formaliter diſtinguantur realiter & diſtinguntur. Sequitur quod, idem eſſet diuerſum, & idem quod eſt falſum.

Veritas. Pro ſolutione tuæ replicæ, vt in omnibus tibi ſatisfaciam: ſciendum eſt primò quod quiditatiuè capitur ſex modis. Primo modo eſſentatiuè, & ſic illud dicitur quiditatiue quod dicit totam eſſentiam. reſpectu eius de quo quiditatiuè dicitur, & ſic ſpecies ſpecialiſſima quiditatiuè dicitur de ſuis diuiduis: cum totam eſſentiam eorum dicat at notandum eſt quod eſſentia, capitur dupli

dupliciter,reſpectu illius,cui dat totum eſſe vno modo prout eſſentia, eſt ratio formalis qua res habet eſſe, & hoc modo dicimus, ſpeciem totum dare eſſe ſuis indiuiduis, ſcilicet rationẽ formalem eſſendi, per formam totalem abſtractam à per ſe potentia & à per ſe actu alio modo accipitur eſſentia pro eo modo eſſendi, vel eſſeitate, (vt rectius loquar) quæ nõ ſolum dat totum eſſe: ſed etiam vnum eſſe & hoc modo ſpecies nõ dat totum eſſe ſuis indiuiduis,nam indiuiduum prę- ter naturam ſpecificã, includit quid abſolutum, quod eſſeitas dicitur qua ipſum indiuiduum eſt vnum eſſe,& hoc aliquid. quapropter cum illud per ſe includatur in inferiore, non vt realitas pullulans à ſpecie, aut quod concernit ſpecies concluditur. Hoc modo ſpeciem non dicere totam eſſentiam indiuiduorum. & quia aliud eſt eſſe, aliudue vnum eſſe Eſſe enim eſt a quiditate rei. Vnum verò eſſe, eſt à re, prout eſt completa, & numeralis. Quare vnum, & multa paſſiones ſunt rei, paſſio, vt paſſio non habet ponere rem in eſſe:ideoque id quod addit indiuiduum ſuprà ſpeciem, non ad eſſentiam rei pertinet: ſed ex- conditionibus materialibus, determinantibus ipſam rem. Ideo potius. determinare eſſe: dicitur id, quod ſuper addit indiuiduum: quam dare eſſe. Vnde ex hoc logici ponunt alietatem:inter prædicationem veram, & inter prædicationem veram & appropriatã ſimul, per prædicationem veram approprietatemq; intelligunt illam prædicationem, qua verè prædicatum affirmatur de ſubiecto: ac id, quod eſt, aptum natum eſſe præ-

dica

dicatum, prædicatur, & quod eſt, aptum natum eſſe ſubiectum ſubiicitur: quæ in quatuor modos, dicendi per ſe, diuiditur. Prædicatio vera tantum, illa eſt. qua prædicatum, verè affirmatur de ſubiecto, & hoc modo idem prædicatur, de ſe ipſo, dicit enim Boetius primo prehermini. nihil verius prædicatur, quàm idem de ſeipſo. vnde patet, quod indiuiduum vltra ſpeciem, non addit quid quiditatiuum: & ſic prædicaretur prædicatione vera, & appropriata, tamen non repugnat quod, per id, quod addit: non poſſit prædicari, prædicatione verà, male & chimericè argueretur per ſyllogiſmum expoſitoriu: ſinon eſſet prædicatio eiuſdem de ſe ipſo. Cum expoſitorius ſyllogiſmus, non ſolum conſtat ex propoſitionibus veris & appropiatis, ſed etiam ex propoſitionibus veris, precisè vt dicere. Petrus, eſt Petrus, Franciſcus eſt Franciſcus: ergo Franciſcus non eſt Petrus, de hoc, inde vniuerſalibus quæſti. de indiuiduo. quæſtiones noſtras videas. Secundo modo dicitur quiditatiuè, conſtitutiuè, & ſic, illud dicitur quiditatiuè, quòd intrinſicè conſtituit aliquam rem: vt materia, & forma, compoſitum, actus & potentia, ſubſtātiam abſtractam. genus. & differentia ſpeciem. Et hoc quia vnum eſt per ſe actus, & aliud per ſe potentia, vel quia in conſtitutione diſſimilia æqualiter proportionantur, vniunturque: quam ſimilia, diſſimilia enim naturaliter appetunt terminum naturæ, & communicationem, ſed quia terminus, non eſt idē, quod res terminabilis: Ob id non proportionatur ſimile, cum ſimile intermino naturæ, quæ vnio eſt.

ſed

ſed potius diſſimile cum diſſimile. Tertiò modo capitur quiditatiuè quod ſpecifice quiditat, & hoc modo differentia, quiditatiuè dicitur de eo, cuius eſt differētia. Quarto modo aliquid dicitur quiditatiue per repræſentatiuitatem : & ſic id quod habet repreſentare aliquid, vt propria ſpecies id, cuius eſt propria ſpecies, habet quiditatiuè repreſentare, quare actus intelligendi, ſiue ſpecies intelligibilis, dicitur quiditatiue repræſentatiuū.Quinto modo aliquid dicitur quidi tatiue indicatiue idcirco, id eſt quiditatiuū quod indicat eſſe rei, per eſſentialia : ſicut diffinitio, reſpectu diffiniti. Sexto modo aliquid dicitur quiditatiuè prædicatiuè apropriatę, vnde, illud, præciſe,quod in quid prędicatur dicitur quiditatiuum. Septimo modo poteſt addi aliquid dici quiditatiuè, ſed impropriè, pro eo quod cōſequitur eſſentiam,& quiditatem alicuius,& hoc modo propriæ paſſiones conſequentes naturam ſui ſubiecti,ex cuius principiis pullulāt,poſſunt dici quiditatiuè.His ergo poſitis dico quod quęcunq; diſtinguntur quiditatiue, &c.Nego conſequentiam,ad probationem autem dicitur quod quiditas & res, idem ſint. Verum eſt,ſed in adequate, nam cum vnitate rei poteſt ſtare pluralitas forma litatum,vel poteſt dici, quod quiditas, & res eſſentiæ, ſunt idem, ſed non quiditas, & res exiſtentiæ, quia inter quiditatem & talem rem, eſt diſtinctio ex natura rei.

Contra hanc reſponſionem, arguitur ſi eſſet verum quod, cum identitate rei, pluralitas formalitatum ſtaret : aut ille formalitates ſunt ens, *Concupiſcentia.*

aut

aut nihil non ſecundum, vt patet, ergo primum, tunc ſic, nulla propria paſſio, protenditur vltra ſuum determinatum ſubiectum, ſed diſtinctio, eſt paſſio entis: ergo non extenditur vltra ens. Sed omne ens, vel eſt reale, vel rationis, ergo omnis paſſio, eſt realis, vel rationis, & ſic nulla, erit diſtinctio media, inter diſtinctioné realem, & rationis, & ita non erit dare diſtinctionem formalitatum, vel per formalitates, nec ex natura rei, itaque non valet dicere, quod, quæ diſtinguntur, quiditatiuè, non diſtinguantur realiter.

Veritas. LICET ſubtilis, ſit replica hæc, tamen, aduertendum eſt quod illa propoſitio, ſcilicet nulla paſſio, &c: Conceditur maior: ad minorem dico, quod diſtinctio, non eſt paſſio adæquatiua entis, ita quod ſit vnica ſimpliciter, ipſius paſſio, quæ de omni, per ſe, & ſecundum quod ipſum, prædicetur. Quia ens, ad quodlibet comparatum: non ſemper, eſt diſtinctum Sed bene eſt idem, vel diſtinctum, tamen dato quod diſtinctio, ſit adequatiua entis paſſio, totus conceditur proceſſus, vſque ad minorem pro ſyllogiſmi in qua dicitur omne ens eſt reale. Scilicet ſecluſo omni opere intellectus, vel rationis, id eſt dependens ab opere intellectus: ſed poſtea, cum infertur. Ergo omnis diſtinctio, vel eſt realis, id eſt non dependens ab opere intellectus, vel rationis, id eſt dependens ab opere intellectus. Et ſic concedo, diſtinctionem non dependentem, ab o- opere intellectus, eſſe realem, & dependentem, ab opere intellectus, eſſe rationis & talis diſtinctio, eſt: quoddam genus, ad omnes diſtinctio-

nes

nes, at ſi diſtinctio realis, accipitur vt eſt ſpecies diſperata, & cōdiſtincta, contra alias ſpecies, ita quod fundamentum ipſius, eſt. res, & res ſubſiſtentiæ, negatur quod omnis diſtinctio, non dependens ex opere intellectus, ſit realis, aut natura rei, nam præter rem ſubſiſtētiæ, ſuper quam, fundatur realis diſtinctio, datur res exiſtentiæ, & eſſentiæ, ſuper quas res, fundatur aliqua diſtinctio, non ex opere intellectus dependens, quæ realis non eſt, (vt videbitur.) Nec rationis, vt patet: qua de re præter realem, & rationalem diſtinctionem, eſt aliqua media diſtinctio.

CAPVT X.

MIROR (reſolutiſſima Veritas) quot in errores, ac defectus, de rerum diſtinctionibus, *Concupiſcentia.* Antiqui philoſophi, ac nonnulli ſcolaſtici theologi immerſi ſunt. Vt tuis ex documentis paulatim rem ipſam intuor. At vt veritas, me robuat in omni, quod: opinatiuè alij dixerint, medias has diſtinctiones auctoritatibus ſcire peropto.

OPORTVNE, quod modò ſcrutari inten- *Veritas.* debam, poſtulaſti. Nam nil iucundius quæro: quam, rationibus, & authoritatibus, quod dico ſit ratum. Non nouū de diſtinctionibus, & identitatibus mediis, dogma hoc eſſe, iudices: ſed longis, ex temporibus, agitatum. dicitur in præ- *cap. 5. de quali.* prædicamentis quod idem calor numero, qui eſt de prima ſpecie qualitatis, ſcilicet diſpoſitio, eſt de tertia ſpecie qualitatis, ſcilicet paſſibilis qualitas, ſed certum eſt, quod idem calor numero,

vnus eſt realiter, & eſſentialiter idem : & tamen alias,& alias facit ſpecies, vel ſub diuerſis, ponitur ſpeciebus. Ergo diuerſas habēt formalitates. Obid in diuerſis ponitur ſpeciebus, imo ex natura rei, noſtro intellectui alias, & alias importat repræſentatiuitates quod non eſſet, ſi præciſè ratione diſtinguerentur.

Concupiſcentia. QVID Ariſt. intelligat neſcio : vult enim quod idem calor numero vnus, diuerſas faciat ſpecies, cum ſit : quod, quæ ſpecie ſunt differentia, in vno numero non ſunt poſſibilia. Vnde hirco, ceruus quæuiſque ſpecie diuerſa, vnum numero eſſe, eſt chimera. Ergo non eſt verum quod idem calor numero diuerſas faciat ſpecies.

Veritas. PRO huius auctoritatis, intellectu, eſt aduertendum quod prima, ſecunda, & tertia qualitatis, ſpecies, penes iſta:alietatem habeant, ſcilicet eſſe qualitatē faciliter à ſua ſubiectiua ſubſtantia, mobilem, & quo ad ſecundam, eſſe principium naturale, actiuitatis, vel paſſiuitatis, cum facilitate, vel cum difficultate, & quoad tertiam, eſſe formam immutatiuam alteratiuè ſubiectum: quæ tria, modi eiuſdem qualitatis ſunt oppoſiti, per quos diſtinguntur ſpecies qualitatis, intelligendo per ſpecies diuerſas, non diſperatas, & incompoſſibiles, quemadmodum ſunt homo, & Aſinus, hirco, & ceruus: ſed modos graduſue ipſius qualitatis in numero:vel etiam per iſta tria intelligendo quaſdam accidentales differentias. Formas eſſentiales conſequitiuas : quæ cum ſint nobis ignotæ, circumloquuntur per iſtos nobis notos

notos modos, vnde vno, vel alio quouis, intelligamus modo, ſemper eſt quod idem, vt vnum numero calor, poteſt diuerſas concretas habere ſpecies: ac in diuerſis reponi ſpeciebus, at cum diuerſæ ſpecies diuerſas ſortiantur diffinitiones, ac alias & alias apprehenſibilitates, ſequitur quod cum vna eademque re numero, & exiſtentia alietas, erit formalitatum. Ob id cum tu, arguis. Quod diuerſa ſpecie nō ſunt in vno numero compoſſibilia, conceditur: de his, quæ ſunt diuerſa ſpecie, diuerſitate diſperata, non autem de his, quæ ſunt diuerſa modaliter, & per differentias accidentales.

SEQVERE amabò. (Aequiſſima Veritas) ſequere rogito. *Concupiſcentia.*

PHILOSOPHVS dicit: quod actiō & paſſio, cum idem ſignificent realiter in numero, habent tamen quod quid erat, alterum & alterum diſtincta. Sed diſtinctio per quod quid erat, arguit diſtinctionem formalitatum: ergo cum eadem re eſſentialiter, ſtabit alietas formalitatum. Non alietate per negotiationem potentiæ, quia dato quod intellectus non operaretur, actio non eſſet paſſio, nec paſſio actio. *Veritas.* *3. Phyſic.*

HANC, ob rationem formalitatum alietas, ex rei natura, luce clarior eſt. Sed capax minime eſſe poſſum, quo pacto, actio, paſſioque idem ſignificant realiter in numero, cum agens & patiens ſint realiter diſtincta: idem enim inquantum idem, agens & paſſiens eſſe non poteſt. Et quia agens dicitur per actionem, & formalitatem actualem, ac per poſſe agere, & patiens per *Concupiſcentia.*

paſsionem, quæ in paſsibili recipitur. & actionis reſiſtentia, ſcilicet paſsiuitas ipſa, qua paſsiens recipit. At actiuitas qua agens eſt, non eſt paſsiuitas, quia tunc eadem ratione formali agens ageret, & paſsiens eſſet, quod eſt falſum.

Veritas. Pro hac difficultate excutienda, notandum eſt, quòd duplex eſt actio, ſcilicet actio acta & hæc, actio & paſsio eſt: Actio prout eſt ab agente, & paſsio inquantum recipitur in paſsibili: vt calor, qui actio dicitur in ipſo calefacere, & in ignitiua, paſsio verò vt eſt in ligno ſubiectiuè, vel materialiter. Alia eſt actio formaliter, qua agens natum eſt agere formaliterque agit. Hæc tamen ita eſt actio, quòd non poteſt eſſe paſsio. Quia formalitas, qua aliquid, eſt eſſentialiter quod, non poteſt eſſe reſpectu alterius, penes oppoſitam quoeitatem, niſi quoeitas ipſa, aliter non ſit, & ſe habeat. Quòd non poteſt contingere in forma ſimplici, quæ inuariabilis eſſentia eſt. Ad argumentum autem, dico quòd ſtat in æquiuoco, ſcilicet de actione formali, ad actionem actam, quæ actio, & paſsio eſt. Verùm eſt enim, quòd agens, non poteſt eſſe agens, & patiens, per actionem formaliter, ſicut & paſſiens per paſsionem formaliter, at non implicat contradictionem, nec dicit impoſsibilitatem per actionem actam, quæ actio & paſsio, ſecundum diuerſas formalitates dicitur.

Concupiſcentia. Estne aliquis Alius locus, ſiue contextus, in quo de diſtinctionibus his mediis fiat mentio.

Veritas. 4. Meth. textu. col. 103. Habet Philoſophus, quòd ens, & vnũ ſunt vna natura: Diſtincta verò rationis quiditatiua, & per

& per conſequens eadem ſunt realiter, diſtincta autem formaliter. Ergo cum identitate eſſentiæ & eſſentiæ, rei & rei, naturæ & naturæ, ſtabit diſtinctio formalitatum: Vnde ſi dicatur non reſolutiuè ſed præteritiuè, ſicuti conſueuerunt aliqui male Tohonizantes Philoſophum, vbi ſupra, intellexiſſe ens & vnum, eſſe diſtincta ſecundum rationem potentiæ ratiocinatiuè, ſcilicet intellectus ratiocinantis. Arguitur ſic magis diſtinguitur ens, ab vno, quàm ens, ab ente, ſed ens ab ente diſtinguitur ratione, Ergo oportet: quòd ens ab vno aliqua alia diſtinctione maiori, diſtinguitur, quàm per intellectum. Hoc etiam manifeſtari poteſt per autoritatem moralem vt apprehendere poſsis doctrinam hanc formalitatum, non particularem, ſed vniuerſalem, non chimericam, ſed veram eſſe. Dixit etiam Ariſtoteles, quod iuſtitia, & virtus idem ſunt, eademque res, tamen per rationem quiditatiuam diſtincta. Sed diſtingui per rationem quiditatiuam, eſt, diſtingui formaliter, ergo cum identitate reali ſtat pluralitas rationum formalium: Vnde ſi ratio formalis virtutis, & ratio formalis iuſtitiæ, eſſent vna ratio formalis, quicquid eſſet virtus moralis, eſſet iuſtitia: & ſic virtutes cardinales, non quatuor ſed vna eſſent, quod eſt falſum. Tamen virtus & iuſtitia ſunt vna res: vnde cum eadem re ſtat pluralitas formalium. *4. Topi. cap. 1.* *1. ethi. c. 5*

Dic Rogito, ſi ex theologicis dogmatibus, pluralitas hæc formalitatum haberi poteſt. *Concupiſcentia.*

Qvid dicat diuus Auguſtinus: notum tibi eſſe hæſitare deſino: ſcilicet, quòd præter rela- *Veritas.*

 tiones

tiones,omnia ſunt eadem in diuinis: Vnde certum eſt, eſſentiam diuinam, à ſuppoſitis, puta à patre, & filio, & ſpiritu-ſancto, non eſſe diſtinctam eſſentialiter, & realiter. Quia ſi hoc daretur, iam eſſet pluralitas rerum in diuinis: quòd non ſolum fidei catholicæ, eſt repugnans, ſed etiam rerum naturæ, & vniuerſi ordini, quod eſt impoſſibile, & tamen quòd alietas formalis ibi non ſit,ſane mentis non eſſet quis negans: quia pater, dicitur ad filium, & filius ad patrem, & pater & filius, ſub ratione vnius ſpiratoris ad ſpiritum ſanctum. Eſſentia autem, non eſt ad aliud, vel dicitur ad aliud quia ratione ſuppoſitalis haberet, vnde generaret, vel generaretur, aut ſpiraret, aut ſpiraretur quod eſt contra id de ſumma trinit. Vbi confitetur cum magiſtro Petro Lombardo, in diuinis eſſe quandam ſummam rem communem filio, ſpiritui ſancto, quæ non eſt generans, neque genita, neque procedens. Ex quibus Verbis,noſter roboratur intentus,ſcilicet quod in diuinis ſit Vnitas eſſentiæ per id quod dicitur eſt quædam ſumma res pater, filius, & ſpiritus-ſanctus, & alietas formalitatum, per id quod dicitur & illa non eſt generans, neque genita, neque procedens, vnde per non eſt, eſſe abſolutum ſed per eſt,ſcilicet generans &c. Eſt eſſe ad aliud. Hoc etiam patet per id quod dicit quod ad aliud dicitur, non eſt eſſentia. ſcilicet formaliter, intelligendum eſt:non autem eſſentialiter. Hoc idem dicitur alibi quod eſſentia diuina eſt principiũ formale quod vnum quodque in diuinis habet eſſe, quod ſi eſſet alia, & alia

cap. damnamus.

alia eſſentia, non vnum quodque habet eſſe ab ipſa eſſentia, ſed quodlibet haberet eſſe, à propria eſſentia. Vnde ex his patet quod cum identitate eſſentiæ ſtat alietas formalitatum.

Qvo ergo pacto dictum præhabitum Auguſtini, ſcilicet quòd omnia in diuinis præter relationes, ſunt eadem: verum eſſe poteſt. Nam quæcunque vni & eidem ſunt eadem, inter ſe ſunt eadem. Sed relationes diuinæ, ſunt eadem eidem eſſentiæ. Ergo inter ſe ſunt eadem, vnde aut dicendum quod falſum, falſus eſt Auguſtinus, aut quod in diuinis nulla ſit diſtinctio: nec realis reſpectu relationum, inter ſe nec formalis, ratione eſſentiæ, & relationum: quòd neutrum dicendum eſſe oportet. *Concupiſcentia.*

Vt quid penes catholicam, ac naturæ ipſius veritatem, tenendum ſit, tibi pateat. Duo ad propoſitum ſunt aperienda. Primum quod ex diuina ſimplicitate, in diuinis idem ſecundum rem, eſſentia & perſonę ſunt. Quare dicitur æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus ſanctus, & tamen non tres æterni, ſed vnus æternus, ita Deus pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus, & tamen non tres dij, ſed vnus eſt Deus. Vnde plurificatis perſonis ſtat perſeueratque eſſentiæ vnitas. Alia ergo eſt ratio eſſentiæ, aliaque ratio perſonæ. Perſona ſignificat relationem ſubſiſtentem: Eſſentia rem abſolute. Sed relatio ipſa quo ad innitatem: hoc eſt, vt comparatur ad eſſentiam, perſonam, realiter non cauſat, ſed præciſe multiplicat, & perſonas diſtinguit: vt eſt. Ad additatem, & comparatur ad relationem oppo- *Veritas.*

ſitam ſcilicet inquantum eſt paternitas, vt paternitas quæ eſt relatio oppoſita, ad filiationem. Vnde dicit Auguſt. Vbi ſupra, alio pater eſt, & alio, pater eſt pater. Pater enim eſt per eſſentiam diuinam quæ communis eſt tribus: Ideoque relatio paternitatis, ſub ratione qua diuina, vel qua eſt, non eſt alia, à filiatione ex eo quod eſt ipſamet diuina eſſentia, quæ eſt vna tribus, & in tribus. At ſub ratione qua paternitas eſt paternitas & relatio oppoſita filiationi, conſtituit patrem in eſſeitate qua Pater eſt. Et hoc modo diſtinguit perſonam patris, à perſona filij, quare eſſeitas perſonæ, ſub ratione qua eſt, ab eſſentia eſt, eſſeitas verò perſonæ, qua perſona eſt ad aliud, hoc eſt à relatione. Vnde ſicut in ſenſibilibus, natura per materiam ſignatam accidentibus indiuiduatur, ſic quod natura habet modum formæ, indiuiduum verò eſt ſuppoſitum formæ, idcirco in diuinis eſſentia habet modum formæ, & eſt vt natura: perſonæ autem ſunt ſuppoſita, diuinæ naturæ. Solemus autem in rebus creatis dicere formam eſſe eius, cuius eſt forma, vt pulchritudinem eſſe Priami, rem verò cuius eſt forma, non dicimus eſſe formæ niſi per additamentum, vt hæc mulier eſt egregiæ formæ. quapropter in diuinis multiplicatis perſonis, non multiplicatur eſſentia, dicimus vnam eſſe trium perſonarum eſſentiam, treſue perſonæ vnius eſſentiæ, ſic quòd genitiui iſti accipiuntur in deſignationis formæ. Et quia in diuinis ſunt quædam nomina eſſentialia, quæ ſignificãt eſſentiam ſubſiſtentiam ſubſtantiuè atque hæc prædicantur de

tribus ſingulariter, vt pater, filius, & ſpiritus-ſanctus, ſunt vnus Deus, vna eſſentia. Alia important eſſentiã adiectiuè, vt ſapiens æternus, Omnipotens, & hæc de perſonis pluraliter dicuntur. Ratio huius alietatis, eſt. Nam ſicut ſubſtantiua deſignant rem per modum ſubſtant, ſcilicet vt per ſe habentem eſſe, ſic habent vnitatem à propria forma, quam ſignificant. Ab eodem ſumitur vnitas rei & eſſe. Adiectiua verò, quæ ſignificant rem per modum accidentis vt in alio, ideo vnitatem accipiunt à ſubiecto, vel ſecundũ ſuppoſita, cum igitur eſſentia diuina, ſit vna in tribus, nomina quæ ſubſtantiuantur, dicuntur de perſonis, in ſingulari: ſed quia perſonæ ſunt plures, nomina adiectiua eſſentiam deſignantia, pluraliter de perſonis prædicantur. Dicimus tres exiſtentes, tres increatos. Si autem hæc nomina ſubſtantiuè ſumuntur, oportet dicere vt dicit Athanaſius, non tres æterni, ſed vnus æternus, non tres increati, ſed vnus increatus. Secundum eſt quòd licet eſſentia diuina, ſit de eſſentia patris, aliarũmue perſonarum, quia pater cõſtituitur in eſſe, paternitate, & eſſentia. Non ex hoc tamen ſequitur, quòd pater, vt pater ſit de quiditate eſſentiæ diuinæ, quia nullus reſpectus eſt, de quiditate abſoluti. Eſſentia eſt à ſe, Pater ad alterum: Ideo paternitas non eſt de quiditate eſſentiæ. Sed quando dicitur quòd eſſentia diuina, eſt de eſſentia patris, intelligitur conſtitutiuè, non prędicatiuè, quia non prædicatur in primo modo dicendi per ſe. Nam nihil prædicatur ſic de aliquo, niſi non ſit quid per ſe, & abſolutum. Pater au-

tem cum conſtituantur ex abſoluto, ſcilicet eſſentia & reſpectiuo ſcilicet paternitate, non faciunt quid per ſe hoc eſt abſolutum. Vnde ex hoc non dicimus, pater eſt eſſentia, ſed de eſſentia, vt à ſuo principio formali. Ob id eſt animaduertendum quòd aliquid, dicitur eſſe de aliquo multipliciter, primo modo materiatiuè, vt ſcamnum, de ligno. Alio modo effectiuè, & originatiuè, ſicut calor, de igne. Tertio modo, trãſmutatiuè, vt à termino à quo: ita quod materia ſub vna forma per tranſmutationem, ſubiicitur alteri formæ, & ſic de vno fit aliud vt de tepido, vel frigido, fit calidum. Quarto ordinatiuè, ſicut de mane, fit dies; id eſt poſt mane ſuccedit immediatè dies. Quinto modo terminatiuè formaliter, vt in generatione vniuoca Genitum, eſt de eadem natura cum genitiuo, & hoc modo pater eſt de eſſentia, ſicut de principio formali. Eſſentia enim diuina communicatur perſonis, non ſicut forma informans communicatur materiæ, ſed ſicut quiditas communicatur ſuppoſito, per eam ſubſiſtanti formaliter. Vnde ex ea, & in ea pullulant relationes, & perſonæ, nõ ſicut formæ dantes eſſe ſibi: nec ſicut ſuppoſita, de quibus recipiat eſſe, ſed quibus: ipſa dat eſſe, ſcilicet vt quo formaliter, ipſa ſuppoſita ſunt, & Deus ſunt. Quapropter eſſentia, eſt fundamentum relationum, non potentiale recipiens ipſas: ſed ad modum formæ in qua ſubſiſtunt, non per informationem, ſed ſicut ſuppoſitum, in natura, vt Plato in humanitate, & in humanitate homo. Ideoque aliquid eſſe de eſſentia alicuius dupliciter eſt,

ter eſt,ſcilicet quiditatiuè formaliter, ſic quod de aliquo prædicatur, in primo modo dicendi per ſe, eſt de eſſentia talis. Alio modo identicè & ſic,id, eſt de eſſentia alicuius, quod eſt ſibi idem realiter:& hoc modo cum perſonæ diuinæ, ſint vna eſſentia, & vnus Deus deitas ipſa, vel diuina eſſentia, eſt de eſſentia diuinarum perſonarum. Quibus his poſitis reſpōdetur,quod quæcunque ſunt vni & eidem, inter ſe ſunt eadem: illa vnitate quæ ſunt eadem in illo in quo ſunt eadem. Et ſic concedo quòd perſonæ diuinæ ſunt eadem inter ſe quoad eſſentiam in qua ſunt eadem: non tamen ex hoc ſequitur quòd omnimodo, ex hoc ſint eadem cum res ita ſit ad aliud, ſicut eſt in ſeipſa, ſed perſonæ ex ſe ſunt diſtinctæ realiter ergo & inter ſe.

De identitate, & diſtinctione rationis.

CAPVT XI.

EX his quæ modo edocuiſti, luce clarius, ac apertius cognoſco: præter realem & rationis diſtinctiones, alias medias eſſe, & reperiri. Sed quæ iſtæ ſint, non adhuc concipere potui, ſi vis potes meamque anxietatem ſubmouere, ſequere igitur,& ab inceptis nè deſiſtas. Quoniam vniuerſalibus, & communibus cognitis,de facili ad particulares differentias formalitatum veniemus. Et quia formalitas rationis, ab omnibus aliis infertur eaſque infert: ideo ab ipſa exordiri neceſſum putaui. Tum etiā quia quo ad eſſe ſuum ſimpliciter habet eſſe in ratione,ex qua aliæ formalitates

Concupiſcentia.

malitates habent collationē,& nonnullum eſſe. Quid ergo eſt formalitas rationis?

Veritas. EST non alietas quiditatis, aut formalitatis à ſeipſa concepta per actum rationis, cuius extrema non ſunt niſi per intellectus negotiationem: aut identificè aut diſtinctiuè.

Concupiſcentia. ERGO formalitas rationis alia identitatis eſt, alia verò alietatis. Et quia alietas eſt aliqualis priuatio identitatis, priuatio cognoſcitur per habitum, quid identitas rationis ſit per aliqua correlaria patefacere ne dedigneris.

Veritas. PER gratum eſt, quod ſic, puncto temporis, in addiſcenda veritate augearis. Sed vt cum veritate ſis in termino: rerumque omnium fias adeptæ, ſit primum correlarium, identitas rationis, eſt identitatum omnium abſolutiſſima: virtuteque intellectus tantum eſt. Secundum correlarium quod fundamentum huius identitatis, vnum numero ſit: vel indiuidualiter, aut ſuppoſitaliter, aut perſonaliter. Quamobrem eſt non alietas quidditatis, vel formalitatis à ratione concepta. Tertium autem correlarium, hoc eſt. Quod hæc identitas relatio nuncupatur. Quoniam ad correlatiuum refertur ſcilicet eiuſdem, ad ſeipſum: quod ſat eſt, ad rationem. Quartum eſt, quod hæc relatio æquiparentiæ eſt, quia idem eſt terminus, & fundamentum relationis vel idem extremum, communi termino clauditur denominatiuè, & appellatiuè. Quintū quod talis relatio eſt rationis, Vnde eſt vna omnino res vnus conceptus, & vna repræſentatiuitas. Sextum, hæc relatio ab actu collatiuo intellectus, relinquitur: quādo vno

pro

pro duobus, vtitur, intellectiua potentia, non recto actu, quia non in rem exiſtentem, nec reflexo quia non per intellectionem obiecti, ſuper obiectum, vel actus ſuper obiectum: ſed per conceptionem eiuſdem in ſe ipſo & ad ſe ipſum, vt Petrus eſt Petrus.

Lis, Litem ſerit, vulgo aiunt ita ſcrupulus alium gignit ſcrupulum. Duo me vrgent Primum eſt quod dicis identitatē rationis, eſſe non alietatem quiditatis, vel formalitatis: ſed arguo, identitas, eſt relatio eius, quod eſt idem cum eo & ad id, cum quo eſt idem. Sed id, quod eſt idem refertur ad id, cum quo eſt idem: terminus relationis, habet aliam quidditatem, ab eo quod refertur. Alioquin idem eſſet terminus, & res referibilis ad terminum. Ergo non eſt verum quod identitas rationis non ſit alietas quidditatis, vel formalitatis. Secundum eſt, quia ſextum correlarium dicit, quod identitas rationis, ab actu collatiuo intellectus, relinquitur: quando vno, pro duobus vtitur. & quod non eſt ab actu recto, vel reflexo, quia ille non eſt collatiuus. Quod videtur ſibi ipſi, hoc correlarium eſſe contradictorium, eo quod dicit quod talis identitas ab actu collatiuo relinquitur: & non ab actu recto vel reflexo. Inſurgo ſic actus rectus, & reflexus actus ſunt intellectus: qui eſt vna potentia animæ ſimplex, ſed ab vno, inquantum vnum immediatè, non euenit niſi vnum: ſed intellectus eſt ſimpliciſſima potentia, ergo non habet niſi vnum actum, ergo ſi identitas rationis, relinquitur ab actu collatiuo intellectus, ergo & ab actu recto, & re

Concupiſcentia.

& reflexo eiuſdem. Item ſuppono, actum collatiuum intellectus eſſe alium ab actu recto, & reflexo: & quod his ſit poſterior, quia eſt in tertio ſigno actuū intellectus, ſed poſterius in ſuo conceptu formali includit, prius maximè quādo ſunt eſſentialiter ordinata. Ergo ſi hæc relatio eſt per actum collatiuum intellectus, ergo per actum rectum, & per actum reflexum.

Veritas. LICET, quæ præpoſuiſti dubia, ſubtilia ſint: nihilhominus vt è tenebris ad veri luminis ſubiectum, & obiectum conducam. Dico quod per quidditatem non intelligo niſi rem per ſe obiectiuatam, vel obiectiuabilem ipſi potentiæ, cuius actum habet terminare. Et quid vnaquæque res in ſua eſſeitate per propriam formam exiſtit. quæ vna eſt, in ſe indiuiſa, & diuiſa à quolibet alio: vnicam rationem habet ſuæ apprehēſibilitatis, qua obiectiuatur vel eſt obiectiuabilis ſuæ potentiæ: atque ſuæ potentiæ actum penes eandem rationem formalem, habet terminare. Vnde aliud eſt quiditas, & aliud reſpectus quidditatis, quidditas enim eſt ipſa res obiectiuata, vel obiectiuabilis per ſe terminans actum intellectus. Reſpectus autem quidditatis ſunt apprehenſibilitates quædam & conceptibilitates ipſius quidditatis ab intellectu, ipſi quidditati non repugnantes. Poſita hac hypotheſi. Dico quòd licet identitas rationis, ſit relatio illius quod eſt idem cum eo, quod eſt ſibi idem. Non quidditatis & quidditatis: Sed reſpectuum quidditatis qui non faciunt alietatem formalium quidditatum: Cùm formalitates & reſpectus ſint quidditatis: & non quiddi

quidditates. Ad ſecundum motiuum,dico:quod licet intellectus ſit ſimplex, inquantum ſimplex non eſt compoſitum, nec componibile compoſitione ex his, ſcilicet ex re & re, non autem ex realitate & realitate:vel prout ſimplex opponitur multiplicati rationum formalium, quas, intellectus qui eſt vis, & potentia quaſi omnis ad omnia. Vnde actiuus,& paſſiuus dicitur ex quibus componitur, intellectus, ergo agens eſt is, cuius eſt omnia facere. Et intellectus poſſibilis, cuius eſt omnia fieri. At habere rationem actiuitatis, & paſſiuitatis, eſt cauſare alias, & alias formalitates, & reſpectus obiectibiles ad apprehenſiuam potentiam. Imo in intellectu, quo ad vim actiuam: ſunt duæ rationes quarum vna, eſt facere potentia intellecta, actu intellecta. Alia verò potentia intelligibilia, actu intelligibilia. Illud verò obiectum intelligibile potentia dicitur,quod eſt in phantaſmate repræſentatũ: quod phantaſma, eſt improportionatum mouens reſpectu intellectus poſſibilis.Quoniam materiale, & materialitati eſt extenſiui & intellectus poſſibilis immaterialis, & inextenſus, ideoque tale obiectum relucens in phantaſmate, actu non eſt intellectum: Nec in potentia proxima. vt moueat intellectum poſſibilem, ſed bene remota. At obiectum repræſentatum in ſpecie intelligibili, vel ipſa obiecti ſpecies intelligibilis actu intelligibilis, ac in potentia propinqua mouens. Eo quod eſt proportionatũ quid, ad intellectum poſſibilem:de potentia intelligibili, eſt factum, actu intelligibile: per intellectum agentem, qui habet

habet transferre res, de ordine in ordinem, ſcilicet materialium & ſenſibilium ad gradum inmaterialitatis, & inſenſibilitatis. Obiectum potentia intellectum, quod eſt factum actui intellectum dicitur ipſa ſpecies intelligibilis, quæ eſt in potentia proxima, vt intellectum poſſibilem moueat, inter quam, & intellectum paſſiuum non eſt quid medians quod poſſit impedire vt intellectum non moueat. Ideo de potentia intellecta eſt facta, actu intellecta, vel in potentia proxima vt intelligatur. Qua de re duplex eſt tranſlatio intellectus agentis, reſpectu obiecti, ſcilicet realis, & methaphorica. Prima eſt illa, qua intellectus, de phantaſmate, producit ſpeciem intelligibilem, vel ſpeciem exiſtentem in phantaſia, quod phātaſma eſt, facit intelligibilem: methaphorica verò ea dicitur, qua obiectum transfertur ſimilitudinariè ad tale eſſe, quale habet eſſe ipſum repræſentatiuum. Ob id intellectum omnia facere, poteſt intelligi, vel quo ad primam eius operationem. Quæ eſt facere potentia intelligibilia, actu intelligibilia. Aut quo ad ſecundam operationem, quæ eſt facere potentia intellecta, actu intellecta. Si primo modo, hoc poteſt intelligi, quod de quocunq; intelligibili, intellectus quo ad vim actiuam poſſit abſtrahere ſpeciem intelligibilem, ipſum formaliter repræſentantem: Et ſic non eſt vera propoſitio, quod intellectus agens eſt omnia facere; cum à relationibus, & reſpectibus, nec nō ab vltimis differentiis per ſe non fiat ſpecierum abſtractio, ſed tantum ab abſolutis. Aut poteſt intelligi quod reſpe-
ctu

ctu cuiuſcunque intelligibilis, vis intellectus actiua ſpeciem, ipſum formaliter vel virtualiter repreſentantem ipſum repreſentatiuam abſtrahere poſſit. Et hoc modo talis virtus actiua, quæ Intellectus agens dicitur) eſt omnia facere,& ſic eſt vniuerſaliter vera apud philoſophos. Quoniam cum intellectus poſſibilis non ſolum circa abſolutum, ſed etiam circa reſpectiuum habeat operari: quod non contingeret niſi per ſpeciem miniſtratam ab intellectu agente, qui non niſi ab abſolutis abſtrahit. Vnde neceſſum eſt fateri ſpeciem abſoluti virtualiter continere ſpeciem reſpectiui: quod eſt ens cum alio,& ens ad aliud. At apud theologos nõ eſt vniuerſaliter vera propoſitio iſta,intellectus agẽs eſt omnia facere,ſcilicet quod de quocunque intelligibili etiam quod ſit entitas abſoluta poſſit abſtrahere ſpeciem intelligibilem. Quoniam ſunt multæ entitates, vt eſſentia diuina,à qua non poteſt abſtrahi ſpecies, aut non poteſt eſſe aliqua ſpecies,quæ ipſam eſſentiam ſit repreſentiua,ſubſtãtiæ etiam immateriales imo & aliqua materialis ſubſtantia.Ratio primi dicti eſt, quia ſpecies eſt adæquatiua obiecto, & naturæ obiecti: ſicut & obiectum eſt adæquatiuum potentiam. Sed nulla creatura, diuinam adæquat eſſentiam,nec ipſam adæquatè repreſentat,quia a finito ad infinitum nulla proportio. Secundum dictum etiam patet: nam intellectus agens, non habet facere actu intelligibilia,niſi ea,quæ prius ſunt potentia intelligibilia. Sed formæ immateriales non ſunt potentia intelligibiles,nec phantaſmabiles ergo ab ijs in-

tellectus agens non poteſt abſtrahere ſpeciē:eaſdē formas repræſentatiuā. Ratio tertij dicti eſt, materia prima,ob ſuam minimam entitatē, non poſitiuè,ſed negatiue cognoſcitur per analogiā ad formā, vltimæque differentiæ,quæ latēt nos, ſpeciem propriā, ſenſitiuæ potentiæ non imprimunt.ergo nec intellectui. quoniam nihil eſt in intellectu quin prius fuerit in ſenſu quo vero ad id,quod dicitur de intellectu, quo ad partē paſſiuam,& inquantum poſſibilis eſt:qui eſt omnia fieri, poteſt intelligi duobus modis, aut quo ad poſſibilitatem omnis actus intelligēdi, & ſic eſt vera apud philoſophū quia intellectus eſt totius entis, & ſecūdum omnem habitū entis eſt capax vel poteſt intelligi, quod de omni intelligibili poteſt habere aliquem actum, ſed nō omnē. bene tamen aliqualem ſed nō quiditalē quiditatiuè.Et ſic concedit theologus quod non ſolum de ſubſtantijs Immaterialibus, ſed etiam de prima cauſa,quæ eſt omnino immaterialis poteſt recipere aliqualē actum,ſcilicet quo ad rationes generales,& cōmunes: non autem actū quiditalem quiditatiuè quòd eſt quo ad rationes ſpecificas & proprias vt diuini intelectus, & volūtatis terminant actum. ſcilicet generationem filij & productionem ſpiritus ſancti. Vnde dicitur generationem eius quis enarrabit?

Ariſt. de ſenſu & ſenſato.

Aduertendum eſt vlterius. quod intellectus agens poteſt conſiderari duobus modis, vno modo inquantum eſt vis, quæ habet abſtrahere ſpeciem intelligibilem:hoc eſt transferre res de ordine in ordinem.Secundo modo prout eſt cauſa

effe

effectiua intellectionis, vel actus intelligendi, ſi primo modo concipitur tunc intellectus agens, & poſſibilis, ſunt duæ formalitates, ex natura rei, formaliter diſtinctæ, ac ſi conſideratur intellectus agens ſecūdo modo, vt habet, ſcilicet cauſare intellectionē, vel actum intelligēdi ſic non ſunt formalitates diſtinctæ ipſæ, & intellect⁹ poſſibilis. quoniā intellectus agens, ſicut & poſſibilis, ſunt vna vis, & potētia actiua reſpectu actus telligēdi potētia, hæc capitur dupliciter vel pro reſpectu, potētialitatis, vel pro fundamēto reſpectus. Si penes primam formalitatē potentiæ, cōcipitur intellectus agens, & poſſibilis ex natura rei formaliter diſtingutur, quia reſpectus, actiuus quo agēs ex natura rei habet agere formaliter ex natura rei, nō eſt repectus paſſiuitatis, quo res recipit, apta, natáque eſt non reſiſtere ad agens, & ad actiuam vim agentis. Si autē cōſiderantur hæ potētiæ, pro fundamēto reſpectus, cum fundētur in vna, & eadem eſſentia abſoluta intellectus qui eſt realitas vna, ſimpliciſſima, abſoluta, &, in ſe indiſtincta, ac à qua vis animæ potētia diſtincta non ſunt formaliter, vel ex natura rei diſtinctæ. Sed vna potentia, cuius tres ſunt actus. ſcilicet rectus, reflexus, & collatiuus. actus rectus ille dicitur, qui directè reſpicit obiectum & ab eo terminatur. Hoc eſt habet pro ſuo termino, obiectum extra, ad quod tendit vt in proprium terminum. Actus autem reflexus is eſt, qui terminatur ad actum præſiſtentem in potentia, Relationémque tendentiæ, vel in ipſum, tendentiam, quandóque in ipſam potentiam cognitiuam,

uam, prout cognitiua eſt, habet tendere. nonnunquam in obiectum cognitum tendit, ſecundum quod cognitum eſt. Exemplum de primo dicto vt intelligo me intelligere. Iſte actus, quo intelligo me intelligere terminatur ad ipſum intelligere: vt talis actus terminus eſt. Et ita dicitur, vel intelligitur quod actus reflexus habet tendentiam in actum præeſiſtétem in potentia. Exemplum ſecundi dicti eſt. Vt ſi intelligo me intellectiuum, vel intelligentem: Iſte actus terminatur ad me, ſub ratione qua ſum intelligens, aut vt intelligo. Exemplum tertij vt ſi intelligo me intelligere lapidem: Iſte actus habet reſpicere ſeu tendere in lapidem, vt obiectum cognitum, in quantum cognitum eſt. vt actus habet reſpicere obiectum, ſecundum ſe & ſimpliciter rectus dicitur. At in quantum habet tendentiam in idem obiectum, ſub ratione qua cognitum, actus reflexus dicitur, eo quod obiectum ſub ratione abſoluta, qua obiectum eſt, non terminat actum intelligendi: ſed ſub formalitate aliquali, ſcilicet vt cognitum eſt. Et ſic intellus poteſt eſſe conuerſiuus, & reflexiuus ſuper actum intelligendi, ſuper ipſum intellectiuum, & ſupra obiectum intellectam, vt intellectum. Actus collatiuus, ſeu comparatiuus, eſt reſpectus relictus in re, à potentia cognitiua, quo vnum obiectum cognitum, comparatur ad aliud obiectum cognitum. Vnde patet quod talis actus non eſt rectus eo quod non habet reſpicere, ſeu tendere in obiectum extra immediatè, & ſub ratione qua tale eſt, licet idem reſpiciat vt fundamentum ſuper

quod

quod fundatur, & concernit. Vnde ſecundo intentiones, primis ſunt adiunctæ, quarum rationes ſunt intelligibilitatis ad aliud, & cũ alio. Nõ eſt etiã actus reflexus, quia nõ terminatur ſuper actũ intelligendi nec ſuper obiectũ vt quod licet vt ad quod & ſuper quod fundatur. nec habet tẽdentiam in potentiam cognitiuam formaliter, & vt cognoſcens eſt, bene tamen vt cauſatiua eſt eiuſdem cum obiecto. Ideo actus collatiuus non eſt aliud, niſi reſpectus ipſe, quo intellectus comparat vnum obiectum cognitum, cum alio vel ad aliud obiectum cognitum, ſub ratione identitatis, aut alietatis. ſcilicet rem reſpectus, quæ eſt res cognita ipſa ſub ratione relata, vel relabili, vnde in hoc differt ab actu reflexo, ſcilicet quilibet habeat dependentiã ad obiectum quia actus reflexus tendit in obiectum ſimpliciter intellectu, ita quod vt ſimpliciter tale, terminat actum eundem. Actus verò collatiuus, ſeu comparatiuus intuetur obiectum cognitum cognitione relatiua, vnde primo actus collatiuus habet tendentiam ad relationẽ, quam ad rem ſuper quam fundatur reſpectus: primò enim concipitur in conceptione relatiua genereitas, in genere, quàm eſſeitas, & natura communis ſuper quam fundatur generalitas, ſeu genereitas: nõ arguens ex hoc. Quod ſecundæ, intentiones non ſint repectus ſecundarij intellectus, relicti in re. Quapropter dico, quod in cõparatione ſecundarum intentionum, intellectus habeat primo tendentiam ad relationem, quàm ad rem ſuper quam fundatur talis relatio de quod res ipſa relata, vel

 relabi

relabilis poteſt conſiderari dupliciter, vel pro per ſe denominato,hoc eſt pro re ipſa quæ denominatur: & quia res ſicut ſe habet ad eſſe ſic ad cognoſci & ad veritatem. At relatio fundatur in re, conſequens eſt quòd concipitur primò res, quàm reſpectus qui fundatur in re: aut conſideratur res relata pro per ſe ſignificato. ſcilicet prout relata eſt, ita quod genus, ſpecies & quoduis ens,ſecundo intellectum relatum dicitur primò enim concipitur genus,quàm ens ſubſtantiale,vel accidentale,& hoc modo intelligo quod in rem reſpectus,vel relatam, primò intellectus habet tendere quo ad relationem, quàm ad rem concretam, ſuper quam fundatur relatio, eo quia quando cunque aliquid eſt quod, per aliquid quod eſt quo, illius quod ita eſt conceptibile per id,quo eſt quod: At res eſt relata,per relationem.Ergo & conceptibilis vt relata, per relationem. Genus enim eſt genus, per generalitatem & genereitatem. Ergo eſt cõceptibile vt genus,per ipſam genereitatem.quibus notatis dico quòd actus rectus,reflexus,& collatiuus: ſi conſiderantur pro fundamento reſpectus,quod eſt ipſe intellectus vt aptus natus eſt intelligere non diſtinguntur: ſed ſunt vnus, & non plures intellectus.At ſi conſiderantur pro reſpectu potentialitatis,cum ſit alius actus intellectus, quo intellectus tendit in obiectum extra ſimpliciter, & vt illius potentiæ terminus eſt. Alius, quò intellectus tendit in ſuum actum,vel in ſeipſum, vel in obiectum vt cognitum:& alius actus, quo intellectus habet comparare vnum obiectum cognitum,

tũm, ad aliud obiectum cognitum. licet intellectus per actum rectum, reflexum, & collatiuum, ad obiectum habeat tendentiam : Alia tamen & alia ſub formalitate. Ob primum enim ſimpliciter habet intueri ipſum obiectum : per ſecundum ſcilicet actum reflexum, obiectum tãquam quod eſt intellectum. Sed per collatiuum vt habet eſſe relatum obiectum, & hæc ad tua ſufficient dubia. Reſtat tamen quæ in correlariis maiorem ingerunt difficultatem, exprimere. Vt in omnibus, & per omnia quæ poſſibilia ſunt: tibi ſatisfaciam. Vnde eſt animaduertendum quòd identitas Rationis eſt, non alietas quiditatis, vel formalitatis, à ſeipſa concepta per áctum rationis cuius extrema, duo non ſunt: niſi per intellectus conſiderationem. Vt veritas eſt veritas. Omnia enim quæ vnum numero ſunt, ita ſunt vnum eſſe ex parte rei, quòd etiam habent conceptum indiſtinctum ex parte intellectus: à quo eſſe ſecundum quid acquirunt præciſe, quod ens rationis dicitur, conſequẽs vnitatem entis realis. quæ vnitas eſt fundamentum proximum, identitatis. Quare eadem ratione ſunt illa, quæ habent conceptũ omnino indiſtinctum ex parte rei, & ex parte intellectus. vt Aegidius eſt Aegidius. ſecluſa conſideratione eiuſdem ad ſeipſum, inquantum eſt ſubiectum, vel prædicatum.

Ad noſtras aures implendas, nihil eſt viciſſitudine literaria, iucundius. Ideóque vt captum iter pergamus, ad identitatem rationis noſter dirigatur progreſſus, quam dicis eorum eſſe, quæ ex parte rei, & intellectus conceptum in- *Concupiſcentia.*

diſtinctum ſortiuntur, Et exemplo hoc manifeſtas: ſcilicet Aegidius eſt Aegidius: quòd licet ex parte rei quid indiſtinctũ ſit: ex parte tamen intellectus minime dici poteſt. Cum ſit, quod Aegidius ex parte ſubiecti, non eſt Aegidius ex parte predicati. Aliter conceptus formalis, ſeu formalitas ſubiecti, eſſet conceptus formalis, ſeu formalitas prædicati, qnod eſt falſum. quia tunc non eſſet niſi prima intellectus operatio, & ſic nec diuerſitas, vel diuiſio, aut compoſitio, & perconſequens nec diſcurſus: vt ex conceſsis deduci poteſt.

Veritas. NOTANDVM eſt, quòd hæc propoſitio identica ſingularis, poteſt conſiderari pro re primæ intentionis, vt Aegidius eſt Aegidius, ita quod intellectus vltra naturam talis, conceptiuè non progreditur. Secundo modo pro re ſecundæ intentionis, ita quod vltra naturam conceptam ſecundum ſe, concipit aliquid ſuper additum naturæ: penes proprietatem eidem correſpondentem. Itáque præter quòd cõcipiat Aegidium, eſſe Aegidium, habet cõcipere Aegidium, ante copulem verbalem vt ſubiectum: & ægidium poſt copulem verbalem vt prædicatum. Quamobrem dico. quod licet hæc propoſitio, ſcilicet. Aegidius, eſt ægidius ſecundò intentionaliter, veram propoſitionis rationem habeat. Ita quòd ſubiecti, & prædicati formalitates includat, & quòd extrema ex parte rationis ſint diſtincta: licet ex parte rei ſint indiſtincta. Tamen primò intentionaliter tum ex parte rei, tum etiã ex parte rationis ſunt indiſtincta, eo quòd intellectus

lectus non intelligit aliquid ſuperadditum ipſi rei, cum rem ipſam ſimpliciter intuetur: ſed ſicuti eſt ex natura rei, ſic intelligit, quando ergo dicimus, quòd identitas rationis eſt eorum, quæ habent conceptum indiſtinctum, ex parte rei & intellectus. Intelligendum eſt pro re primo intentionaliter, & non pro re ſecundo intentionaliter.

De diſtinctione rationis.

CAPVT XII.

INNATA eſt nobis via, ex vniuerſalibus, ac magis communibus ad particularia, & minus communia, procedendi. quoniam omnis doctrina, & omnis diſciplina ex præeſiſtenti fit cognitione. Et quia communia & vniuerſalia ſunt primò cognita, quàm ſint ipſa particularia: cum confuſa ſint non ſolum confuſione totalitatis potentialis, ſed etiam totalitatis eſſentialis. Ideo viſo de identitate vniuerſaliter, ac de prima eius ſpecie, neceſſum, (vt oppoſita iuxta ſe poſita, magis eluceſcant) de diſtinctione in ſe, & prima ipſius ſubiectiua parte, quæ eſt diſtinctio rationis diſſerere: ſi tibi placet, iudicaui. Quid igitur eſt diſtinctio? *Concupiſcentia.*

EST alietas extremorum, in aliquo non conuenientium ex natura rei, vel per actum collatiuum intellectus, aut cuiuſuis potentiæ, ad ſe inuicem comparatorum vel comparabilium. *Veritas.*

QVO vadas naſcio, & quò tendas itinere, omnimodè ignoro: duas enim in vnius realitatis *Concupiſcentia.*

 deſcri

deſcriptione, ſeu diffinitione, formalitates diuerſas aſſignas: quarum vna præciſè ſufficeret. ſcilicet diſtinctionem alietatem aliquorum eſſe extremorum, ex natura rei ſeparatorum, vel ſeparabilium, quæ autem ex natura rei ſunt ſeparata, ratione etiam ſunt ſeparata: Igitur non oportuit alietatem extremorum, tantum ratione ſeparabilium ponere. Cum omnis diſtinctio (neceſſum eſt) vt robur à re habeat quòd non eſt alietas per intellectum.

Veritas. HAEC diſtinctionis deſcriptio generica eſt, eo quòd vt genus, in quid prædicatur de diſtinctione, quæ eſt per collationem potentiæ: & de ea, quæ ex natura rei eſt. Prima rationis dicitur, ſe totis-ſubiectiuè, obiectiuè, & formalis: analogicè tamen. Secunda ex natura rei, realis & eſſentialis diſtinctio denominatur. Dico autem diſtinctionem rationis, ſe totis tum ſubiectiuè, ſicut & obiectiuè nec non formalis: per collactionem potentiæ eſſe analogicè. Quoniam ſecundum prius, & poſterius ſunt à potentia comparatiua: non ſolum penes prioritatem cauſalitatis, quatenus vna prior, alia poſterior ab intellectu comparatiuo habeant cauſari. Vnde aliqua talium eſſe ſimpliciter, & alia eſſe ſecundum quid à potentia collatiua habēt. Sed etiam iuxta prioritatem, & poſterioritatem eſſentiæ. Nam vna magis ſecundùm ſuam eſſentiam eſt à ratione, & alia minus. Et ſic analogicè ſunt à ratione, ſunt rationis, & cum ratione ad rationem pertinentia. à ratione dicitur quo ad cauſam, per quam ſunt, rationis quantum ad eſſentiam quia

quia vna magis, alia minus eſt rationalis. Cum ratione verò & ad rationem quo ad id, quo ſunt, & conſeruantur in eſſe formaliter. Non tamen ſequitur ex his quod ex natura rei omnes iſtæ diſtinctiones vt magis & minus nō ſint. & ab eadem robur habeant, eidemque ad extra non correſpondeant formaliter vel materialiter: ſed dicuntur eſſe per collationem potentiæ, non quo ad totum eſſe: ſed quo ad principale eſſe, ſicut reliquæ tres ex natura rei non excluſiuè quòd non ſint à ratione, quia denominatio, ſemper fit à nobiliori. Ad difficultatem verò reſpondetur. licet quæ diſtinguntur ex natura rei ratione etiam diſtinguantur vel formaliter hoc eſt ex ſe, vel non repugnanter tamen non conuertibiliter quia quæ diſtinguntur ratione, non diſtinguntur ex natura rei formaliter & ſic oportet quod ſit diſtinctio rationis formaliter.

IN quot ſpecies, diſtinctio partibilis eſt? *Concupiſcentia.*

DISTINCTIO, vel alietas, formalitas eſt oppoſita, idētitati. Et quia de ratione formali vnius oppoſiti eſt, quot modis, dicitur, tot & alterum. Septem identitatis ſunt ſpecies, ſcilicet rationis, ex natura rei, formalis, realis, eſſentialis, totie ſubiectiue, & talis ſubiectiue. Ergo totus diſtinctionis ſpecies erunt. *Veritas.*

PASSIO, debet eſſe adæquatiuè ſubiecto, nā nō debet excedere, nec excedi à tali ſubiecto cuius eſt paſſio. Sed diſtinctio eſt paſſio entis. ergo ens non debet excedere, nec ab ipſo, excedi: Sed ēs, vel reale eſt, vel rationis: Ergo omnis diſtinctio realis erit, vel rationis ergo non ſeptē. Nā paſſio, *Concupiſcentia.*

paſſio, & reſpectus in ſubiecto & fundamento quod vere eſt, fundari debet.

Veritas. OMNIS diſtinctiua ratio, circa rem eſt, vel penes gradus rei, ſi diſtinctiua ratio habet eſſe, ac fundari ſuper rem ſecundum rationem communem conſideratur. Et quia omnis rei, vel realis vel rationis eſt, ſic omnis diſtinctiua ratio realis, aut rationis debet eſſe. At ſi ratio diſtinctiua non ſolum rem reſpicit, ſed etiam gradum eſſeitatis rei, qui non ſolum ſunt ex natura rei, vel de ratione tantum ſed ex re & ratione ſimul: quod vel ex re ſunt principaliter, & ſimpliciter & ex ratione ſecundum quid ita quod non æquè primo ex ratione & re, vel ſunt ex re & ratione æqualiter, aut æquè primo ex ratione ſed ſecundum quid à re non ſolum diſtinctiua ratio, erit realis aut rationis ſed ſeptem. Ad rationem dico quod illa propoſitio, paſſio debet eſſe adæquatiua ſubiecto aut quo ad rem præciſe, vel quo ad rem & rei gradum ſimul: Omnis diſtinctiua ratio, eſt realis vel rationis prout fundatur in re, ſed vt diſtinctiua ratio reſpicit gradus rei non ſolum realis eſt, aut rationis, ſed aliqua ex natura rei, alia formalis, alia eſſentialis, totis ſubiectiue alia, & totis obiectiue vltima.

Concupiſcentia. QVID eſt identitas rationis?

Veritas. EST alietas ſeu diuerſitas extremorum, per operationem collatiuam intellectus vel alterius potentiæ comparatiuæ qua aliqua ſibi inuicem comparantur: & in aliquo ſunt conuenientia.

Concupiſcentia. AVT hæc alietas habet correſpondentiam in re,

re,vel non. Si non habet correſpondentiã in re, ergo quid fictitium eſt. Si habet correſpondentiam cum re, & in re, à qua habet robur, ergo in eodem reſpectu eiuſdem, per diuerſas, collatiuæ potentiæ conceptibilitates, aliud & aliud eſt eſſe:quod non poteſt eſſe, niſi in his quæ ſunt res ex ſe diſtinctæ, & non vna res. Et ſic diſtinctio rationis non minima omnium aliarum erit.

HABERE correſpondentiam, cum re, à qua formalitas rei habet robur poteſt intelligi duobus modis. Vel formaliter,vel fundamentaliter ſeu non repugnanter.Formaliter dico hoc eſt quod illa alietas, habita per collationem potentiæ cauſatam comparatiue, ſecundum ſuam formam, ab intellectu & genitam correſpondet rationibus realibus & formalibus rei: & ſic dico quod diſtinctio rationis non habet correſpondentiam in re,& cum re,quia tunc res primo intellecta, à qua ſumit robur, & latitudinem, res ſecundæ intentionis, eſſet res cauſata ab intellectu, quod eſt falſum. *Veritas.*

Falſitas patet. Antecedens probatur quia illa alietas, quæ ſecundum rationem formalem correſpondet rei quo ad rationes reales rei,aut quia eſt a re realiter, & ſic diſtinctio realis: aut quia habet cum eadem correſpondentiam, quia ſunt eiuſdem naturæ: ita quod ad cauſalitatem vnius altera ſit cauſabilis, ſed hæc alietas eſt ab intellectu. Ergo & res ſuper quam fundatur alietas quod non poteſt eſſe: quia tunc reſpectus eſſet fundamentum,& fundamentum reſpectus. Et ſic aut nihil de nouo cauſaretur ab intellectu ſi

corre

correſponderet rei penes rationes formales rei aut quod adnihilaretur & totum eſſe ſimpliciter ipſius, & rei, eſſet ab intellectu quod eſt abſurdum. Alio modo poteſt intelligi habere correſpondentiam cum re, non repugnanter. Ita quod Illæ formalitates cauſatæ ab intellectu, non repugnant rei adextra, quæ eſt apta nata importare, (ob plurimarum rationum concernentiam) intellectui alias, & alias repreſentiuitatis quas intellectus formaliter conſiderat vnamque, aliam non eſſe: Inde alietas rationis. Sed ſubtilius rem penetrans. Dico quod aliud eſt aliquid eſſe aliud: & aliud ad aliud correſpondere. Primum requirit vnitatem naturæ & formæ, ſecundum ſimilitudinem, & imitationem tantum: Ita quod ſimilitudinem habeat cum re ad quam habet correſpondentiam. Sic dico quod habere robur ab aliquo non oportet, quod ſit illud aliquod formaliter ſed præciſe aptitudinibus non repugnanter ſit compoſſibile rei: à qua habet robur. Vnde non valet Argumentum ſi habet robur a re: ergo realis ſeu & natura rei, ſi non habet robur ergo ficticium. Dico quod non habet a re robur formaliter, ſed bene materialiter, ſeu fundamentaliter: tanquam fundamentum eiuſdem. Vel habet robur a re vt res eſſentiæ vel habet robur a re vt repreſentatiuitas a re cuius eſt repreſentauitas. Quæ non oportet quod formaliter ſit res ſed quod ſit aliquid rei.

Concupiſcentia. LICET quæ hactenus explicueris ſitis meæ partem extinguerint vt huc non veniam iterum, & ſitiam. aliqua interpone correlaria: vt ijs eam

eam ipſam totaliter habeam & poſſidam.

Primvm correlarium eſt quod in quauis propoſitione, qua eiuſdem ad ſe ipſum concipitur habitudo: hanc rationis diſtinctionem eſt adinuenire. Ratio eſt quia in habitudine eiuſdem à ſeipſo eſt concipere diſtinctionē conceptuum, & indiſtinctionem naturæ, ſed diſtinctio rationis eſt eorum quæ habent diſtinctionem ex parte intellectus, & vnitatem ex parte rei. *Veritas.*

Dvo ex hoc correlario puncta veniunt diſcutienda. Primum quia dicis eſſe aliquam propoſitionem, in qua idem prædicatur de ſe ipſo: quod non poteſt eſſe. Quia prædicatum, formæ rationem, ſibi vindicat, & habet. Eo enim vna ab altera diſtinguitur propoſitio, & ſubiectum rationem materiæ, quia eſt prius ipſo prædicato: Si non natura aut minus in ſitualitate, & in ſubſiſtentia & quia idem, reſpectu eiuſdem, non poteſt eſſe diſtinctiuum, & diſtinguibile, forma & materia. Imo prædicatum natura ſubiecto eſt communis: ſed idem reſpectu ad idem non eſt commune magis, nec minus commune ergo non eſt aliqua propoſitio eiuſdem de ſeipſo. *Concupiſcentia.*

Secundū punctum eſt, quia dicitur, propoſitionem eiuſdem de ſe ipſo, eſſe in gradibus prædicationis primi modi dicēdi per ſe, quod patet falſum. Nam ſi hoc eſſet verum tunc eſſet vel tota diffinitio, prædicatum ipſum: aut pars deffinitionis, reſpectu ſubiecti. Et quia idem reſpectu eiuſdem, non poteſt eſſe deffinitio, vel pars deffinitionis, nam idem eſſet notum, & ignotum: pars & totum.

DVO.

Veritas. D v o, à te propoſita ſunt dubia. vnum habitudinem eiuſdem de ſeipſo non eſſe propoſitionem, alterum, non eſſe in gradibus primi modi dicendi per ſe vt quod verum eſt pateat. notandum eſt vt alias expreſſum & deffinitum tibi præbui. Sed quod ambiguitatis in dicto, vt diuerſæ intelligentiæ tribuatur occaſio, aut quod id non intellixeris, aut quod calumnijs ab ineunte ætate totam te tribueris: propoſitio aliqua, vera dicitur, & naturalis: & aliqua propria & artificialis. Propoſitio vera & naturalis dicitur.

Illa in qua prædicatum, veritificatur de ſubiecto. Et quia in prædicatione eiuſdem, de ſe ipſo vera habitudo reperitur & eſt, cum nihil verius ſit quam idem eſſe in ſe ipſo, de ſe ipſo, & ad ſe ipſum: ideo talis propoſitio vera & naturalis eſt. At propoſitio artificialis & appropriata illa eſt in qua prædicatum, penes rationem ſibi apropriatam dicitur de ſubiecto: Ita quod prædicatum non ſolum quo ad ſituationem, poſt ſubiectum ponitur: ſed quod etiam aliqualem formæ rationem habeat: cuius eſſe conſtituere & diſtinguere, & ſubiectum modum materiæ, in quo nulla eſt ſpecificatio, nam in fundamento naturæ nihil eſt diſtinctum, vnde eſſe eius eſt diſtingui & ab alio ſpecificari: quapropter ad hanc propoſitionem non ſolum terminorum quo ad eſſe, reperitur habitudo ſed etiam diſtinctiuitas & diſtinguibilitas ita quod vnum magis commune & alterum minus commune exiſtat.

Secundo notandum eſt, quod primus modus dicendi per ſe eſt, quando prædicatum eſt de eſ-

ſentia

ſentia ſubiecti, vel eſsētia ſubiecti. Ita quod prædicati ad ſubiectum eſt quædam eſſentialis habitudo, qua prædicatū non poteſt eſſe ſine ſubiecto, nec ſubiectū ſine prædicato. Qui modus, quatuor gradus prędicationis habet: primus eſt de deffinitione reſpectu deffiniti ſicut & diffinitio reſpectu diffinitionis vt homo eſt animal rationale & animal rationale eſt homo. 2. gradus eſt, quando pars diffinitionis, quæ eſt realitas ſubiectiua potenti alis, prædicatur de eo cuius eſt pars rationis deffinitiuæ vt homo eſt animal. Terti⁹ gradus eſt quādo pars diffinitionis quæ eſt realitas vt actus, prædicatur de ſubiecto vt homo eſt rationalis. 4. & vltimus gradus eſt. de eodem reſpectu eiuſdem quando ſcilicet idem prædicatur de ſeipſo ſingulariter & diſcretè vt hoc, eſt hoc, tale eſt tale.

Ad argumenta dicitur quod intuentur, ac reſpiciunt vim propoſitionis. quæ eſt vera, propria, & artificialis. Non autē de propoſitione vera & naturali, eo quod illa præſciſè requirit ꝙ extrema eſſentialiter, & realiter ſint vnita, & verè vnū, dicatur de altero, & ſit illud alterum: non autem quod ſit diffinitio, aut pars diffinitionis aut quod ſit realitas ſubiectiua potentialis aut actualis.

Ad propoſitionē igitur verā requiritur diuerſa extremorum repræſentatiuitas, & formalitas tum quo ad rationes formales eorū, ſicut ad ſitualitatem talium. vnde cum in prædicatione eiuſdem de ſeipſo, ſit alia repræſentatiuitas eiuſdem vt ſubiectum eſt. & eiuſdē vt prædicatum. Sed prædicatum, ex ſua ratione formali, & ſitualiter non eſt, ſubiectum: ita & ſubiectum formaliter &

ſecundum rationem non eſt prædicatum.

Secundum correlariũ eſt quod voluntas collatiua potẽtia dicitur quia vnũ: in ordine ad aliud iuxta vim dilectiuã reſpicere poteſt, vt eſt in vſu & fruitione. & ſic non ſolum intellectus, ſed etiam voluntas rationis diſtinctionem cauſat: ac quauis potentia ſenſitiua interior Exemplum primi, diligo creaturas propter Deum & magiſtrum propter doctrinam: vnde Paulus ad philemonem ſcribens, ait: fruar te in Domino, quaſi fruar domino in te. vnum diligens per alium. Exemplum ſecundi, ouis vidit lupum, & fugit: nam eius exiſtimatiua potẽtia, ſpecies inimicitię ad ſe inuicem comparat, & ſic fugit lupum & è contra per ſpecies amicitiæ, vt eiuſdem ſpeciei ſequitur agnum: ita voluntas quo ad modum: rationalis dici poteſt, non autem quo ad quid: ratio igitur eſt quare in prædicatione eiuſdem, de ſeipſo diſtinctio rationis eſt: quia ſicut contradictio fundata in entibus realibus, realẽ gignit diſtintionem, & alietatem: ſic contradictio fundata in entitatibus rationalibus, & rebus ſecundæ intentionis, cauſat rationis alietatem: licet idem de ſeipſo, ad ſeipſum, & cum ſeipſo, ſit vna res, duæ tamẽ ſunt reſpectus & intentiones diuerſæ: ſcilicet reſpectus ſubiecti & prędicati, nam idem non eſt ſubiectum & non ſubiectum, prædicatum eſt non prædicatum.

Quæ etiam per actum collactiuum intellectus diſtinguntur. hoc eſt comparatione rei realis, cum re rationis, ratione diſtinguntur, eo quod res talis dicitur, ſicut ſecundo adueniens tali, eſt tale

le: ſed res realis, comparata ad rem rationis, per actum rationis comparatur, quo cauſatur diſtinctio rationis: cui etiam eſt adueniens res rationis, quæ eſt tanquam forma, quæ ſuo modo dat eſſe: & ſic eſſe rationis. Ideo diſtinctio rationis eſt alietas duorum extremorum ſolum conceptu rationis diſtinguibilium. Aut quod ſit res rationis & res rationis. vt genus cum ſpecie. aut res realis intellecta ad rem realem intellectam, aut res realis, eſt res rationis. vel quod ſit idem reſpectu eiuſdem.

De identitate ex natura rei ac de eadem diſtinctione.

CAPVT XIII.

POSQVAM de idẽtitate, & diſtinctione rationis ſubtiliter, ſicut & clarè diſcuſſu, ac declaratũ linquere tibi placuit. De idẽtitate & diſtinctione ex natura rei declarare. naturæ ordo ſimul & doctrinę expoſtulat nã nulla præter ipſam conceptũ quiditatis indiſtinctum habet: quãobrem cum rationis identitate conuenit. à qua per formalitates ex natura rei diſtinguibiles, alietatẽ habet cuius repræſentatiuitates per intellectũ præſciſẽ ſunt diſtinctæ. quid ergo eſt idẽtitas ex natura rei. *Concupiſcentia.*

EST non alietas alicuius quiditatis, aut formalitatis à ſeipſa concepta ex natura rei: de qua abſolutè accepta multi fariam poſſunt prædicata contradictoria formari. *Veritas.*

DIFFICILEM, ac impenetrabilẽ hanc ex natura rei deſcriptionẽ neus intuetur intellect⁹, ſed tu ſagaciſſima veritas more ſolito quo imperdifficibillibus vteris: nunc per correllaria eandem *Concupiſcentia.*

niſi præbeas & quod me latet omnibus indifferenter pateat.

Veritas. PRIMVM ſit correlarium hoc ſcilicet impoſſibile eſſe eidem omnino, ex natura rei, reſpectu eiuſdem, & inquantum idem: oppoſita, quauis oppoſitione contradictorietatis. ſcilicet. aut contrarietatis, priuationis, aut relationis. Ita quod, quæ opponuntur, per oppoſitionem contradictoriam: ſicut bonum, & malum, verum & falſum, quorum eſſe non compatitur ſibi medium, vel coniunctionis, vt eſt inter ſubiectum, quod eſt homo & prædicatum quod eſt animal. quoniam homo, non poteſt eſſe animal niſi per medium vitæ, nec viuens niſi per medium corporis. nec corpus, niſi per medium ſubſtantiæ, nec ſubſtantia, niſi per medium entis, nec ens, niſi per medium boni, nec, bonum, niſi per medium eſſentiæ, vel eſſe. Aut medium menſurationis, ſicut centrum reſpectu circuli, quod exiſtit æqualiter ab omnibus partibus circumferentiæ. vel actus, inter agentem & agibile, & amare, inter amicum, & amatum. aut medium extremitatum, & lineæ inter duo puncta, aut contrariam vt motus ſurſum & motus deorſum, motus orientalis, & occidentalis in orbibus qui motu proprio mouentur ad orientem, motu verò raptu ad occidentem. aut priuatiuam oppoſitionem vt motus, & quies, reſpectu corporis, viſus, & cæcitas reſpectu oculi. corpus etenim in vno vbi poteſt moueri quod in alio vbi poteſt quieſcere aut relatiuam ſicut pater & filius ex natura rei nõ ſunt eadem.

dem. ſat eſt igitur eadẽ ex natura rei nõ poſſe eſſe duo extrema contraditoria. Secundum correlarium eſt quod oppoſita non ſemper realem diſtinctionem cõcludunt. Vnde cum nec realem, nec rationis alietatem habeant mediũ concernere neceſſe eſt: videlicet ex natura rei, gratia. exẽpli Aegidius eſt Aegidius. Cum in hac propoſitione ſubiectum, non ſit à prædicato diſtinctum niſi ratione, vt dictum eſt in diſtinctione rationis. Ideo Aegidius ex natura rei ex parte ſubiecti, eſt idem cũ Aegidio à parte prædicati. vnde hæc indentitas non eſt eadem cum ſuperiori identitate per quam indentitata, habent conceptum indiſtinctum ex parte rei, & intellectus, hæc autem non. Vnde illa, non poteſt eſſe ſine intellectus conſideratione quod non contingit in iſta. eo quod ſine ea eſſe poteſt nam vnitas rei vt res, eſt eiuſque exiſtentia, ab intellectus conſideratione non habet eſſe, ſed ex re ipſa, nulla intellectus conſideratione vel ratiotinatione.

QVAE ergo ſunt eadem ex natura rei? *Concupiſcentia. Veritas.*

DE quibus duo prædicata contraditoria ſecluſo opere collatiuo intellectus verificari non poſſunt. quare hęc indentitas habetur viæ oppoſitionis: ſcilicet quæcunque aliqua oppoſitione non opponuntur ex natura rei eadem ſunt.

Diſtinctio verò vt dicemus 7. metha. tex. col. 10. 4. vbi dicitur inconceptis cum materia non idem eſſe ſua diffinitio cum eo cui us eſt. & 3. de Ani. tex. col. 10. quod aliud eſt magnitudo, & magnitudinis eſſe.

PER quædam, mihi de oppoſitionibus po- *Concupiſcentia.*

 ſita

ſita exempla, ſi mentis acutie vigerem quæ oppoſita ſunt apprendere poſſim. at quia tiro, inexpers, & groſſo capite ſum de ijs loqui non audeo: ſi neceſſe eas ſcire, tibi videtur, declarare eam non tedeat. maximè quia dicis indentitatem ex natura rei, ſuper ea quæ aliqua oppoſitione non opponuntur ſuum ſortiatur fundamentum.

Veritas. Scias quod vir bonus eſt, qui prodeſt, quibus prodeſt, nocet autem nemini: tuum à me petere, tibi cæteriſque prodeſt: & nemini nocet. dubitare apoſtolorum robur doctrinaque aliorum fuit quapropter notandum à te eſt quod duplex eſt oppoſitio ſcilicet propoſitionis vel complexæ & alia termini vel incomplexa oppoſitio propoſitionis, ſiue complexa eſt duarum propoſitionum ſecundum qualitatem, aut quantitatem, præciſe: vel penes vtraſque ſimul: repugnantium ad ſe: inuicem. Incompoſſibilitas. & ſic in oppoſitionem diuiditur contrariam, quæ eſt in vniuerſalitate reſpectu propoſitionis affirmatiuæ, negatiuæ, eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati ſecundum qualitatem præcisè à ſe inuicem repugnantes quæ dicitur contraria, eo quod ſicut contrarietas terminorum, eſt oppoſitio formarum actiuarum, vel paſſiuarum: non compoſſibilium actualiter, formaliterque in eodem ſubiecto. vt calitas & frigiditas, humiditas & ſiccitas, ſic per tranſumptionem propoſitio vniuerſalis affirmatiua & vniuerſalis negatiua. affirmatio enim ob prædicati, cum ſubiecto vnionem: negatio è contra

contra ſcilicet prædicati à ſubiecto diuiſionem, ſed vnitiuitas,& non vnitiuitas faciunt incompoſſibilitatem. Ideò propoſitio vniuerſalis affirmatiua negatiua contrarie opponuntur & incontraditoriã in qua ſunt duę propoſitiones ſecundũ qualitatem & quantitatem ſe inuicem repugnantes & incompoſſibiles & ideo eſt vniuerſalis affirmatiua & particularis negatiua , vel vniuerſalis negatiua , & particularis affirmatiua, eiuſdem ſubiecti , & eiuſdem prædicati contraditorie. Ideo tales opponuntur , quia mediũ non ſunt compoſſibiles , eo quod illud tale , vel eſſet quid affirmatiuum , vniuerſalis , & ſic non concerneret negatiuum particulare , aliter affirmatiuum vniuerſale , eſſet negatiuum particulare , quod eſt falſum. aut medium è contra ſcilicet,negatiuum particulare, & ſic nihil participaret, de affirmatiuo vniuerſali, quare vnum cum alio coniungeret. Ideóque propoſitiones contraditoriæ ſecundum qualitatem , & quantitatem opponuntur. quia inter eas non eſt medium , præter has oppoſitiones. In ſubcontrarias & ſubalternas oppoſitio ſecernitur. Vnde ſubcontrariarum vt earum ſonat termini & ethimologia, à ſub, dicitur , quaſi infra , vel ſubter, & contraria , quaſi ſubter propoſitiones,vel infra propoſitiones contrarias , & ſic ſunt propoſitio particularis affirmatiua , & particularis negatiua,eiuſdem ſubiecti , & eiuſdem prædicati, vt quidam homo eſt animal , & quidam homo, non eſt animal. prima ſub propoſitione vniuerſali affirmatiua , continetur : tanquam ipſius

pars integralis, & ſubiectiua, prout illa per ſignum vniuerſale, vniuerſaliter tenetur cuius particularis quæuis, pars ſubiectiua eſt & integralis, dico ſubiectiuam quia ob ſignum terminumque ſyncategorematicum, ſubiectum vniuerſaliter particulariterque tenetur, quare vna propoſitio vniuerſalis, aliaque particularis fit, & vna ſub alia continetur. Et ſicut particularis affirmatiua, ſub vniuerſali propoſitione affirmatiua, ſic particularis negatiua, ſub vniuerſali negatiua. quapropter vniuerſales in qualitate tantum, à ſe inuicem cum opponantur ſuæ contentæ particulares etiam, in qualitate opponuntur, tum quia diuerſum ſignũ, & terminus ſincategorematicus, alteri earum ſubiecto nõ præponitur, propter quod, quantitas talium, aliter & aliter ſe habeat. ſubalterna verò propoſitio eſt duarum propoſitionum in quantitate, & non in qualitate repugnantia. Vt omnis homo eſt animal, quidam homo eſt animal. nullus homo, eſt lapis: quidam homo non eſt lapis, hæc quælibetue pars ſubiectiua oppoſitionis complexa, & propoſitionis dicitur, complexa eo quia eſt eorum quæ ab intellectu cum habitudine, & relatione, ad aliud apprehẽduntur, aç de ſecũda, ſunt intellectus operatione, propoſitionis vero, quia ab vna, ad aliam: formalis poteſt ſequi affirmatiua, vel negatiua conſequentia, vt in contrarijs. omnis homo eſt animal, nullus homo eſt animal, ſed nullus homo eſt animal eſt falſa: ergo omnis homo eſt animal eſt vera, ſic in contraditorijs particularis affirmatiua in materia naturali eſt

falſa.

falſa. Sua vniuerſali affirmatiua exiſtente vera, quòd ab oppoſito in eadẽ materia negatiuè, particulari negatiua exiſtente vera, ſua, contraditoria vniuerſalis affirmatiua ſcilicet eſt falſa. In cõtingenti materia, vniuerſalis affirmatiua eſt falſa, & ſua cõtraditoria ſcilicet particularis negatiua eſt, vera, vt omnis homo eſt albus, quidã homo non eſt albus. quod negatiuè vniuerſalis negatiua, eſt falſa, particulari affirmatiua habente eſſeitatem veram: vt nullus homo eſt albus. quidã homo eſt albus vnde ambæ vniuerſales ſunt falſæ: & particulares veræ, quia in materia çontingenti, prædicatum, non eſt de eſſentia ſubiecti, ita vt neceſſariò ipſi inhereat. ſed illi, eſt accidens: quod adeſſe & abeſſe poteſt, pręter corruptionem ſubiecti. Ideoque omnibus non poteſt ineſſe, nec omnibus non ineſſe. In materia autem remota affirmatiuè. vniuerſalis affirmatiua eſt falſa, & particularis negatiua eſt vera vt omnis homo, eſt lapis, quidem homo non eſt lapis. vnde regula generalis eſt, quod oppoſitio contraria eſt eorum quæ non poſſunt eſſe ſimul vera, quod benè in aliqua materia poſſunt eſſe, ſimul falſa. vt in materia contingenti & tunc conſequentia concluſionaliter erit affirmatiua falſa. concludens partem priorem antecedentis, quæ eſt falſa, in ſyllogiſſimo copulatiuo, vt ſic omnis homo eſt albus, & nullus homo eſt albus, ſed nullus homo nõ eſt albus, ergo omnis homo eſt albus: quę concluſio falſa eſt. quælibet præmiſſarum exiſtens, falſa.

Secunda regula eſt, quod oppoſitio contradictoria eſt eorum, quæ in nulla materia ſunt com-

poſſibilia: vnde ſi vnum erit verum.reliquum erit falſum,vt exéplificauim⁹. Tertia regula,eſt quod oppoſitio ſubcontraria eſt,quod ſi vnū oppoſitum verū eſt:reliquū,tum in materia naturali,tum remota,erit falſum. Sed in cōtinginti materia poſſunt ſimul eſſe vera.vt quidā homo eſt albus.quidam homo non eſt albus.eadē enim ratio falſitatis eſt oppoſitionis contrarie, in materia contingenti,& veritatis in oppoſitione ſubcontraria.eo quia oppōbilia in illa ſunt vniueſalia in iſta particularia , quorū reſpectu ſubiectorū,prędicatum accidens eſt,quod contingit ineſſe,& non ineſſe ſubiecto,præter ſubiecti corruptionem. Ideoque non neceſſariò , ſed contingenter ineſt illi tali, quare nō omnibus ineſt , nec nulli non ineſt. ſed alicui ſic,alicui non ſic: propter primum.quia dicitur, omnis homo eſt albus quod non eſt , nullus homo eſt albus , quod nec eſt. quare ambæ ſunt falſæ : propter ſecundum. dicitur quidam homo eſt albus , quod eſt & quidam homo non eſt albus , quod etiam eſt, ambæ ſunt veræ. Poteſt etiam dici quod in hoc differt accidens proprium,ab accidente communi quia illud cauſatur à principiis ſpeciei iſtud a principiis indiuidui , ideo competit illud idem primo vniuerſali,ſecundario competit indiuiduo.primo homo eſt reſibilis inquantum homo , quam inquantum hic homo.Ideo tale ineſt homini,ſoli, & ſemper , ſed hoc ſcilicet accidens commune cum originetur à principiis, Indiuidualibus quæ ſunt forma,figura,locus, ſtirps,vis,patria , tēpus. cum hecceitate , & nuncchitate, primo ineſt indiuiduo:

diuiduo: quam vniuerſali eo quod materia ad indiuiduandum requiritur talibus ſignata accidentibus. Vnde materia hæcceizzata in omnibus diuerſa exiſtens, & accidentia ipſam concomitantia alia & alia ſunt. Idcirco alicui inſunt, & alicui non, & ſic particularis affirmatiua, & particularis negatiua, in materia contingenti, ambæ ſunt veræ poſſibiles. Quarta regula quod appoſitio ſub alterna eſt eorum, quod ſi vniuerſalis eſt vera, ſua particularis eſt vera, ſed non diametraliter ratio primi dicti, eſt, quia particulare cõtinetur ſub vniuerſali, ita quod de cõceptu formali illius talis eſt, quare dicit Ariſtotel. in prædica. quando aliquid prædicatur de aliquo, prædicatur & de omni contento ſub eo tali, vnde animal prædicatur de homine ergo & de quodam homine ratio ſecundi dicti eſt, quia inferius extraneatur a ratione formali ſui ſuperioris, ergo ad ipſius verificationem, non ſequitur, ſui ſuperioris, verificatio. In materia tamen contingẽti ſua vniuerſalis exiſtens falſa, particularis erit, vera, quia predicatũ in particulari nõ eſt, de conceptu ipſius ſubiecti, ſed ipſi accidit Ita quod ſubiecto cõpetere & nõ cõpetere poſſit. Ideo dato quod particularis erit vera ſua vniuerſalis eſt falſa. Oppoſitio autem incomplexa, eſt duarum formarum actiuarum, vel paſſiuarum ſibi inuicem repugnantium incompoſſibilitas, vt inter frigiditatem & caliditatem inter ſiccitatem, & humiditatem, quare quatuor ſunt qualitates primæ, ac corpora ſimplicia. quibus vt in propriis ſubiectis inſunt. Illorumque naturam conco-

concomitantur.ſcilicet caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas, caliditas, & ſiccitas in igne, humiditas & caliditas, in aere. frigiditas & humiditas in aqua, ſiccitas & frigiditas in terra vnde corpora ſimplicia quæ elementa dicuntur quatuor ſunt,& minus, aut plus, quam quatuor eſſe, minime poſſunt. vt in illis ſint, differentia, concordantia, & contrarietas. Quoniam ſi eſſent tria non reciperentur in illis: & ſi quinque eſſent, vnum eſſet ſuperfluum.eo quod ſufficit differentiæ, quod ſit in concordantia, & contrarietate, ſicut differentia quæ eſt inter ignem, & aerem, & eſt in concordantia caloris, in hoc quod ignis,& aer ſunt,in complexione calida.& ſufficit quod ſint in contrarietate aqua, & ignis: prout ignis eſt calidus, & aqua frigida. quod idem de terra eſt, quam opportet ſtare in concordantia ſiccitas,quæ eſt inter ignem,& terram: & quod ſit in contrarietate aeris, per ſiccum, & humidum, quæ qnalitates contrariæ ſunt. quod eſſe non poſſit, ſi elementa non eſſent. quatuor. Idem dico de concordantia ignis,& aeris, in caliditate,& aeris, cum aqua in humiditate aquæque ad terram,frigiditatis reſpectus concordantialis eſt,patet etiam,præpter differentiam, concordantiam, & contrarietatem: quod quattuor ſint elementa, ex diſpoſitione & ex figuratione, talium in elementis. nam elementata ipſa ſunt in figura quadrangulari, triangulari, & circulari quæ quidem tres figuræ, neceſſariæ ſunt, quod aſſiduentur in elementatis. quadrangularia figura eſt, inquantum eſt. ex quatuor elementis,

& ſit

& fit linea recta, ex igne, ad aerem per caliditatem,&concordantiam caloris,&aeris ad aquam, per concordantiam humidi ,& de aqua ad terram , per concordantiam frigiditatis, & terræ ad ignem, per concordantiam ſiccitatis. vnde ex illis quatuor concordantiis. reſultat vnio ipſorum in elementatis, & quadrangulus naturalis per quem extenſa ſunt, & ampla.

Figura circularis, ob actionem vnius elementi in aliud : vt perdominans quod habet ſimilitudinem & ſuam formam , paſſibi. dare reſpectu, ſuæ perdominantiæ, & actiuitatis ſine perditione & ſeparatione eiuſdem ab ipſo ſicut ignis intrat in aerem, ipſi ſuam dando caliditatem , aer in aquam , in ipſam ſuam introductus formam , humiditatis, & aqua in terram , dando ſuam frigiditatem, ſicut & terra ad ignem dat ſuam ſiccitatem. quapropter eſt in elementis rotunditas. vt in homine quo ad caput & in pomo. Triangularis autem figura cauſatur ex linea quæ exit de igne ad aerem & de igne ad terram & de terra ad aerem qui triangulus , eſt ex duabus lineis concordantibus & vna contraria compoſitus,ſcilicet caliditatis ignis & aeris, & ſiccitatis terræ & ignis, quæ ſunt lineæ concordantiæ,& ſiccitatis terræ ad aerem,qui humiditatem concernit, & linea contrarietatis. alius triangulus eſt de aere, igne, & aqua, in quo ſunt tres lineæ: duæ ſcilicet in cõcordantia,& alia in contrarietate: vnde aeris ad ignem eſt concordantia caliditatis. licet omnino ſit intenſa, ſcilicet in igne, quia eſt eius prima qualitas. Ideo

ignis

ignis eſt illa ſubſtantia,quæ propriè eſt calida, & in aere remiſſa, inquantum ignis actiuè intrat in aerem,ſic aeris,ad quam eſt concordantia humiditatis. at frigiditate ignis & aqua ſunt in linea contraria , ille calidus, hæc frigida. quæ ſe inuicem non ſunt compoſſibiles.Tertius eſt de aqua, aere,& terra,in quo,ſunt etiam duæ concordantiæ,& vna contrarietas. nam aqua & aer concordant in humiditate terra & aqua in fridigitate. ſed aer, vt terra cõtrariantur in humiditate quia prima terræ qualitas,eſt ſiccitas quæ eſt contraria humiditati.quę eſt prima aeris qualitas. Quartus & vltimus triangulus ęſt de terra aqua , & igne, in quo ſunt duæ lineæ concordantiales , & alia contrarietatis , nam terra , & aqua , concordant in frigiditate, terra , & ignis in ſiccitate , at ignis , & aqua in primis , ac propriis qualitatibus , habent contrarietatem : vnde iſti quatuor trianguli complent quadrangulum & quadrandulus complet circulum , quapropter neceſſarium eſt quod quatuor ſint elementa, nec plura , nec pauciora. Ne in elementatis ſit vacuum,ſed potius plenum,&vt inter vnum elementum,& reliquum,ſit differentia,concordantia, & cõtrarietas.vnúquodque elementorũ ſuum habet proprium locum , ſecundum quòd , ſibi melius eſt diſpoſitum : ſicut elementum ignis, cuius locus, eſt ſua ſphera,contigua , cum ſphera lunæ & locus aeris , eſt ſua ſphera contigua, cum ſphera ignis & locusaquæ , eſt ſphera contigua ad ſpheram aeris , & locus terræ eſt ſphera contigua , cum ſphera aquæ in ſuperficie , in qua

qua ſumus quare ipſa elementa ſecundum infinitatem & altitudinem, & vt vnum, eſt contentum, & aliud contentiuum reſpecta alterius, ſunt differentia & alias, & alias habent operationes. Illud, per quod ſphera ignis, eſt ſuperior aliis ſpheris, eſt quoniam reſpectu aliorum elementorum ignis habet de virtuoſitate in ſua natura, plus, eo quod eſt magis eſſeitatis formalis quam materialis inſita natura vnde ſubtilior eſt, & quia eſt plus leuis: plus habet de motu. Ideóque in altiori poſt planetas ſphera, oportet, quod ſituetur: vt velocius meliuſque ſuum poſſit complere motum. Sic idem de ſphera aeris dico. quam aquæ ſphera, altiorem eſſe, neceſſe eſt. quia non tantum ſicut aqua concernit, de materia, ideo leuis, aqua ponderoſior exiſtens. non tamen itaſicut terra, quæ magis habet de materia, vt elementata ſcilicet plantæ, beſtiæ, ſuſtentari poſſint. quamobrem in incompoſito non vt in propria ſphera ſunt ſed in eſſe violento, ideoque ad ſe inuicem habent repugnantiam vt formam mixtionis, & corporeitatis corrumpentes in propria maneant ſphera, & loco ſibi diſpoſito, ad proprium motum, vnde ignis ad aquam, eſt contrarietas, in caliditate, & a quæ ad ignẽ in frigiditate, aeris ad terram, in humiditate, & terræ ad aerem in ſiccitate. notandum eſt vlterius, quod oppoſitio incomplexa, vel termini, capitur tripliciter, aut cauſaliter, & ſic quod eſt cauſa oppoſitionis, oppoſitum eſt ad id. quod eſt cauſa alterius effectiua, oppoſiti, & ſic ignis,

&

& aqua opponi diçuntur, alio modo. oppoſitio capitur formaliter, ſcilicet pro ipſa oppoſitione, quæ contraria dicitur, pro vt eſt terminorum medium habere poſſibilium: vt album & nigrum, dulce, & amarum, contraditoria, prout eſt eorũ talium, inter quæ non eſt dare medium: vt ens, & non ens. relatiua, quatenus eſt oppoſitio originis eorum, quæ ſunt ad aliud ſe habere, vt patris, ad filium & priuatiua: prout eſt habitudo oppoſitionalis eorum quorum vnum poſitiuè exiſtit, & aliud non exiſtit: niſi priuatiue.

Tertio modo capitur oppoſitio terminaliter ſcilicet pro ipſis terminis opponibilibus & ſic aliqua oppoſia dicuntur contraria, ſuper quæ fundatur diſtinctio ex natura rei, formalis, vt album & nigrum: contraditoria, ſuper quæ, fundatur diſtinctio ex natura rei, eſſẽtialis, vel diuerſitatis: alia dicuntur relatiua, & ſuper talia fundatur diſtinctio ex natura rei, realis, aliaque priuatiua dicuntur ſuper quæ, diſtinctio ex natura rei, non indentitatis preciſe fundatur. prout vnum, non eſt aliud, vt viſus non, eſt, idem cæcitati. & cæcitas, non eſt eadem ad viſum vltimo. circa oppoſitionem eſt notandum quod quando dicitur, duo contraria non poſſe verificari de eodem ſubiecto, poteſt intelligi vel de verificatione in ſenſu diuiſo, quod eſt quando prædicatum dicti, coniungitur cum ſubiecto dicti: quo ad materiam, & non quo ad formam: cum ſit quod ſubiectum quoduis materiam contineat, quæ communis eſt, & in potentia ad omnes formas. vnde ſub vna exiſtens forma, poteſt ſub alia exiſtere, ſecundum quod agens,

agens,in eam eſt agens:ad cuius actionem, forma eiuſdem ſpeciei, cum agente introducitur. Ideoque hæc propoſitio in ſenſu diuiſo,eſt vera, ſcilicet aquam frigidam, eſſe calidam, eſt poſſibile, eo quod aquæ materia, poteſt ſubeſſe actioni agentis, calidi,quare propter valitudinem, & vim illius ſpeciem eiuſdem recipere poteſt. Vnde illud prædicatum coniungitur cum ſubiecto dicti, quo ad materiam, & non quo ad formam: quia ſcilicet, non eſt impoſſibile naturæ potentiali, ad duasformas indifferenter, quod magis ſub vna ſit, quàm ſub alia. In ſenſu autem compoſito, eſt, quando prædicatum dicti, coniungitur cum ſubiecto dicti,quo ad materiam, ac quo ad formam, vt hominem eſſe album. eſt poſſibile. albedo enim non repugnat homini nec vt animal eſt, quia omnis ſubſtantia ſubiectum,& ſubſtantiua entitas accidentis eſt:nec inquantum homo eſt, tum quia accidentia vt bellificant, ſubſtantiamque ornent, generantur, tum quia non variat rationem formalem ipſius hominis: contraria ergo non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto formaliter: & in ſenſu compoſito:eſt intelligendum. Ex quibus concluditur,quod identitas ex natura rei ſit non alietas alicuius quiditatis, aut formalitatis à ſeipſa concepta ex natura rei,de qua abſolutè accepta non poſſunt aliquo modo prædicata oppoſita, vel oppoſitione incomplexa vel complexa verificari. Idcirco quæ aliqua oppoſitione opponuntur,ex natura rei diſtinguntur.

CAPVT XIIII.

Concupiſcentia. FORMA ex natura rei dat eſſe illi, cuius eſt forma & ratio formalis, vnde actus per ſe, materiæ eſt, ſicut & illa per ſe, potentia formæ. Ideo identitates ſe habent per ordinem, ratione eorum, quæ ex natura rei eadem ſunt, vel aliqua identitate identificantur, quæ enim ſunt eadem ratione, eadem ſunt ex natura rei. Sed non contra ſcilicet: quæ ſunt eadem ex narura rei, quod ratione eadem ſint: ſic quæ ſunt eadem ex natura rei, eadem ſunt & formaliter: non autem ab opoſito. Primum dictum patet, quia quæ ſunt eadem ex natura rei, vnam quiditatem, & rationem formalem habent: ideo eadem formaliter ſunt. Secundum dictum eſt etiam manifeſtum. Nàm prædicta primi modi, ſuis ſubiectis eadem formaliter ſunt, quæ ex natura rei diſtinguntur: animal non eſt homo: & ſuperius non eſt ſuum inferius. At quia relatiua, ſicut ſimul natura ſunt, ſic & cognoſcuntur, vt res enim ſe habet ad eſſe, ſic ſe habet ad veritatem cognoſcibilem: & ex ſe cognoſcibilis eſt, poſito de identitate ex natura rei, qua, ea quę eandem quiditatem habent, & rationem formalem ex natura rei eadem ſunt: ita, quæ aliam & aliam quiditatem habent ex natura rei diſtinguntur, quid eſt ergo diſtinctio ex natura rei?

Veritas. EST alietas, ſeu diuerſitas extremorum, in aliquo

aliquo ex natura rei conuenientiam, ſibi inuicem comparatorum, vel comparabilium originata, ex propriis rationibus formalibus, & non ex actu collatiuæ potentiæ.

QVAE ex natura rei diſtincta ſunt, alietatemque habent: ſi tuis coreſpondet placitis aliqua per correlaria edoceto. *Concupiſcentia.*

PRIMVM correlarium eſt hoc, deffinitio, & deffinitum pro per ſe denominato, & fundamentaliter accepta hac diſtinctione diſtinguntur, eo quia ſecluſo opere intellectus collatiuo: deffinitio rationem habet conſtitutiui, & definitum rationem conſtituti: ſed conſtitutiuum & conſtitutum ex natura rei non ſunt eadem, ergo nec deffinitio & diffinitum. *Veritas.*

DIFFINITIO & diffinitum ſic inter ſe ſe habent, quod quicquid de vno predicatur, & de altero prædicatur, & quicquid vni ſubiicitur, & alteri, ſed ratio prædicatiuitatis & ſubiectiuitatis ſupponunt rem ipſam in ſe, ex natura rei ſubiectiuitati, & prædicatiuitati proportionatam:, ergo ſi quid ſubiicitur vni, & alteri ſubiicitur ſic quid de vno & de altero prædicatur, ergo ex nanara rei ſunt eadem, & per conſequens, ex natura rei non diſtinguntur. *Concupiſcentia.*

DIFFINITIO & diffinitum dupliciter conſiderari poſſunt, vel pro per ſe denominato, & fundamentaliter: & ſic deffinitio non eſt deffinitum, eo quod deffinitio eſt quid abſolutum, & deffinitum eſt quid concretum. Item diffinitio eſt ratio exprimitiua, & deffinitum eſt res expreſſa: & quia abſolutum non eſt ex natura rei *Veritas.*

concretum,& ratio exprimitiua, res expreſſa:ita & definitio, definitum. Secundo modo conſiderantur formaliter,& quia vna eſt eſſeitas totalis, per quam definitio eſt,& definitum eſt, vt exẽpli gratia, in homine humanitas, quæ eſt ratio formalis, qua homo,eſt homo & qua homo eſt animal rationale. Quãobrem cum eadẽ ſit ratio formalis definiti,& definitionis: eadẽ ex natura rei & definitio, & definitum, quæ ergo aſſumis de prædicatione & ſubiectione, valent de definitione & definito formaliter, & in forma vniuerſali: non autem de definitione & definito pro per ſe denominato, & ſecundum rationes particulares conceptis.

SEQVITVR ex hoc præpoſito correlario ſecundum, ſcilicet quod totum & partes hac diſtinctione, ſcilicet ex natura rei diſtinguntur, quoniam totum,compoſitionis, & dependentiæ terminus eſt.partes autem ſunt realitates terminabiles,& vnibiles per ſe in toto,& quia eſſe terminum,& realitatem terminabilem in termino, & per terminum ex natura rei diſtinguntur,ergo totum & partes. Vnde non bene Auerois dixit, totum realiter eſſe id,quod ſuæ partes. Nec diuus Thomas,qui tantum totum ratione à partibus diſtingui concluſit. Quoniam dependens, & independens ſecluſo intellectus opere collatiuo diſtinguntur. Sed huiuſmodi eſt totum, & partes, eo quia totum, eſt terminus ipſe dependentiæ: partes verò realitates independentes. Item vel partes ſimul ſumptæ cõſtituunt aliquid realiter, vel ſunt res conſtitutæ ex iiſdem & ſeparatim, ſi primo

ſi primo modo, habeo intentum: quoniam res conſtituta realiter non eſt res conſtitutiua: quia antequam eſſet, eſſet in eſſe, quod eſt falſum: ſi dicis ſecundum, videlicet quod totum eſt ipſæ partes conſtitutæ ex ipſiſmet diuiſim, ſequitur quod partes conſtituunt, vt diuiſæ, & non vnitę: ſed hoc eſt falſum, quia vt diuiſim ſunt, realitates abſolutæ ſunt. Sed de ratione partis eſt, quod ſit reſpectiuum, & alteri vnibile, ac de facto vnitum cum aliquo alio, vt ex realitate earum vnitiue, reſultet entitas abſoluta, quæ non ſit res ipſa' ex qua res reſultat. Quare partes vnitæ non ſunt totum, & quid reſultans à ſeipſis diuiſim. Item ſequeretur, quod totum eſſet quid accidentale. Nam abſolutum cum abſoluto accidentaliter vniuntur, ex eo quod, ex duobus per ſe fit aggregatum per accidens. Ideo concluſionaliter dico, quod totum ex natura rei diſtinguitur à partibus ſimul ſumptis: quia eſt conſtitutum, & partes conſtitutiuum, totum eſt dependens, & partes independens.

TERTIVM correlarium eſt, quod totũm vniuerſale & partes ſubiectiuæ eadem diſtinctione diſtinguntur, eo quia ſuperius præter opũs intellectus realitas communicabilis eſt, ſinon formaliter, hoc eſt quod actu ſit ſecundum rationem formalem in ſuis inferioribus, ad minus eſt in iiſdem ſecundum aptitudinem, & non repugnantiam, ex quibus habetur collectiuè, & concluſionaliter: quod duplex eſt vniuerſale, ſcilicet quo ad naturã, & prædicationem, & tale quo ad eſſe, pluralitatem ſuppoſitorum, & inferiorum

requirit:eo quia cum eius ſuppoſita corruptibilia ſint indiuidualiter conſeruari non poteſt : ergo ſpecificè in pluralitate cõſeruatur.Propterea pluralitatem ſuppoſitorũ requirit.Aliud verò eſt vniuerſale, quod ex natura rei eſt aptum natum eſſe in pluribus,ita quod ei non repugnat:(quia quiditas eſt.)quod ſit in pluribus, at quia à generatiuitate,& corruptiuitate eſt præciſum pluralitatem non quærit formaliter,& ſecundum eſſe,ſed præcisè, quo ad non repugnantiam : quod ſit in pluribus, vel aptum natum eſſe in pluribus, vel dici de pluribus. Vt fenix, luna, & quæuis alia quiditas,quæ in ſuppoſito conſeruari poteſt.

QVARTVM correlarium eſt, quod eſſentia diuina & relationes ex natura rei diſtinguntur. Nam eſſentia communicabilis pluribus, ſcilicet tribus perſonis eſt: relationes autem non,vt paternitas, filiatio,& ſpiratio paſſio. Concipiendo eas inſiſtenter, non autem formaliter: quia aliquo modo formaliter ſunt communicabiles identice, ſeu perſonaliter. Inſiſtenter verò omnimode ſunt incommunicabiles, videlicet quo ad rationem vniuerſalem,& etiam forme, quod idem eſt dicere, relationes vt res relatæ & relationes vt relationes ſunt. Primo modo ſunt incommunicabiles : ſed ſecundo modo poſſunt dici communicabiles huic, Et identicè eſſentia, ergo & relationes vt res relatæ ex natura rei diſtinguntur quoniam eſſentia communicabilis eſt, relationes verò in communicabiles. Item illa abſoluta entitas, hæc relatiua. At abſolutum quo ad ſuam rationem formalem

malem, non eſt ad aliud:res verò relata,ſeu relabilis ſic. Quamobrem modi intrinſeci vt infinitas,æternitas,neceſſitas,& exiſtentia in Deo: intenſiuitas, & remiſſiuitas in creaturis ex natura rei ſunt diſtinctæ realitates. Vnde diſtinctio ex natura rei inueſtigatur per omnia genera oppoſitionum:ſcilicet contrarietatis,relatiuè,& oppoſitæ contraditoriæ,& priuatiuæ.

De identitate & diſtinctione formali.

CAPVT XV.

VIſo de identitate & diſtinctione ex natura rei, quæ eſt formalitas intellectus, ſecundum quam aliqua penes rationem quidditatiuam identificantur, vel diſtinguntur: de identitate, & diſtinctione formali nunc determinandum, ac diſſerendum eſſe, ſi tibi placet perpetrata ſum, & mente diſpoſui. Quoniam quæ ex natura rei eadem ſunt, formaliter identificantur, quia vnam & eandem rationem formalem habent: non autem è contra: nam prædicata primi modi eadem formaliter ſunt ſuis ſubiectis: à quibus ex natura rei diſtinguntur. Ideo quid eſt identitas formalis. *Concupiſcentia.*

FORMALITAS à forma deriuatur, vt ſuperius à me intellexiſti: Ideo identitas formalis eſt non alietas quidditatum, quarum vna aliam includit quidditatem: vel eſt eorum, quorum vnum aliud includit in ſua ratione formali,& in primo modo dicendi per ſe. *Veritas.*

DIFFICILIS admodum hæc identitatis *Concupiſcentia.*

formalis deſcriptio mihi videtur: ſed aliqua ad ipſam patefaciendam ne dedigneris.

Veritas. PER gratum laborem hunc ſemper ſuſcepi, & pergratiſſimum modo ſuſcipiam. Ideo ſit hoc, Primum correlarium. Prædicata quidditatiua modi intrinſeci entis. Differentiæ eſſentiales ſuis inferioribus eadem formaliter non ſunt, & è contra. Secundum eſt hoc. Nullum ſubiectum ſcilicet eſt idem formaliter cum ſuo accidenti, & è conuerſo. Tertium tale eſt, quod Aegidius & Leonardus, ſicut Socrates & Plato, non ſunt hac identitate formali eadem.

Concupiſcentia. LICET correlaria hæc ſufficienter expreſſam identitatem formalem liquerint: nihilhominus dubia, ancepſque hiſdem mihi ipſi ego videor. Maxime quia dictu dicto eſt cõtradictorium Vnde vnum ex duobus eſſe credo aut quod leuæ ſis mẽtis, aut res ſicut ſe habet ad eſſe nõ ſic ſe habet ad veritatem, quæ duo mihi perdifficilia vidẽtur, cũ te ſtabilẽ in omnibus & omni tẽpore cognouerim, & res ipſas, ſicut ad eſſe ſic ad veritatem ſe habere natura demonſtrat, rerumque ordo id idem indicat. Quod dictum dicto opponatur patet. Nam identitas formalis eſt eorum, quorum vnum alterum includit in ſua ratione formali: ſed inferius in ſuo conceptu formali ſuperius includit: propterea homo eſſentialiter eſt animal: & quoduis inferius ſuum ſuperius. Item modus intrinſecus non variat rationem formalem rei, cuius eſt modus, ergo formaliter ab eo non diſtinguitur, à maiori arguo de differentiis eſſentialibus, quæ eſſentiam

rei

rei conſtituunt, cuius ſunt differentiæ eſſentiales: at eſſentia, vt eſſentia non diſtinguitur ab eo cuius eſt eſſentia, & qua eſt eſſentia: aliter idem diſtingueretur ſub ratione ſuæ ſimplicis eſſentiæ:ab eomet tali, ſub eadẽ formalitate ſimplicis eſſentiæ quod eſt falſum. Secundo dubitatur de ſecũdo correlario, quod dicit:nullã ſubſtantiã formaliter identificari cum ſuo accidenti, vel è conuerſo. Contra primum dictum eſt id, quod dicitur 7 mech. vbi habetur, quod accidentia per ſubiecta:quibus inſunt ſuum habent quod quid erat eſſe, & deffinitionem. Sed quod eſt de diffinitione alicuius eſt idem formaliter tali, quia diffinitio eſt per eſſentialia, quæ rei dant eſſe ac in eſſeitate idem conſeruant: quod non eſſet, ſi formaliter ſubiecta diſtinguerentur ab ipſis accidentibus propriis, & ipſa accidentia à ſubiectis. Cum etiam omne eſſe ſit à forma: quod ſi formaliter diſtinguerentur: quod vnum de duobus oportet dicere, aut quod eſſe non ſit à forma, vel quod definitio accidentis per ſubſtantiam non ſit definitio. Primum non poteſt eſſe: quia à ſufficienti diuiſione eſſet à materia ipſis præciſe principiis rerum naturalium exiſtentibus: ſed hoc non: quia ipſa eſt pura potentia, & prope nihil: ſed quod non habet eſſe, alteri non poteſt communicare eſſe: ergo eſſe eſt à forma quare dicitur forma eſt ratio eſſendi, & cognoſcendi. Nec ſecundum poteſt dici, ſcilicet quod definitio accidentis per ſubſtantiam non ſit definitio, cum accidentis eſſe ſit eſſe in eſſe ſubſtantiæ: ſed accidens verum habet eſſe reale,

tex. co. 14. 17. 19.

ſecluſa omni potentiæ conceptiuæ operatione. Tunc ſic, accidens habet verum eſſe: ſed eſſe ipſius eſt entis & in ſubiecto eſſe: igitur eius quod quid erat eſſe eſt eſſe in ſubiecto, ergo idem formaliter eſt ſuo ſubiecto. Contra ſecundam partem dicti. Scilicet, quod nullum accidens eſt formaliter idem cum ſuo ſubiectio eſt Ariſto. qui habet, quod accidentia maximam partem conferunt ad cognitionem ipſius quod quid eſt ſubſtantiæ: quare argumentor ſic: aut faciunt cogoſcere quod quid eſt ſicuti eſt: aut ſicuti non eſt, non dicendum ſicuti non eſt, quia maximam partem non conferrent ad cognitionem quod quid eſt ſubſtantiæ: ſi autem dicis, quod faciunt cognoſcere ſicuti eſt, habeo intentum, ſcilicet quod accidens formaliter non diſtinguitur à ſubſtantia. Tertiò dubitatur contra tertium correlarium, in quo dicis: Aegidium & Leonardum non eſſe eadem formaliter: quod falſum videtur, eo quod habent formam totalem & ſpecificam eandem: quæ forma eſt ratio vnitatis formalis. At quorum eſt eadem forma eiſdem, eſt identitas formalis, formalitas enim à forma dicitur: effectus non debet multiplicari ſine multiplicatione cauſæ. Hæc ſunt, quæ mentē meā in dubiū ponunt tu ea qua vſa es dilucidatione, & breuitate, difficultates has diluere ne dedigneris.

1. de ani. tex. com. 11.

De identitate & diſtinctione formali.

CAPVT XVI.

Veritas. VT difficultas omnis euacuetur: & quod in dubium eſt patefiat notandum eſt, quod identitas formalis duplex eſt, ſcilicet formæ totalis,

talis,quæ mutua dicitur,& formę partialis,quam non mutuam appellare poſſumus. Prima eſt reſpectu formæ, non ſecundum rationem informatiuam,quæ habet dare eſſe,& informare ſubiectum:quo ad partem. Sed bene ratione formæ abſtractiuæ, & totalis, quæ à formis partialibus præſcinditur,dans eſſe ſubiecto quo ad totum:& rationem totalem ſubiecti. Vt humanitas in homine, quæ vt ratio explicatiua hominis deffinitio eſt:vt verò res explicata concretiue,eſt deffinitum. Ideo identitas formalis hoc modo eſt, Quatenus ita vnum eſt idem alteri:quod alterum eſt eadem identitate eidem idem, vt homo eſt animal rationale.Et animal rationale eſt homo. Propterea à formato ad formam concretiue : & à forma ad formatum eſt conſequentia formalis, cum vnum ſit deffinitum, & aliud deffinitio. Idcirco poſſumus arguere à competibilibus vnius vni, ad competibilia arterius. Nec non à non competibilibus vni,ad alteri non competibilia. Scilicet affirmatiue & negatiue. Affirmatiue dupliciter, vno modo ſubiiciendo formam totalem, vel deffinitionem concretiue, vt omne humanum, vel animal rationale eſt riſibile. Ergo omnis homo eſt riſibilis antecedens patet, quia eſt prædicatio ſecundi modi dicendi per ſe : conſequentia etiam patet . per locum à deffinitione ad deffinitum. Alio modo ponendo deffinitionem prædicatiue, vt omne riſibile eſt animal rationale, vel humanum, ergo omne riſibile eſt homo. Quod claret per id quod dicitur quicquid eſt ſubiectum deffinitioni

finitioni: eſt ſubiectum & deffinito. Negatiue arguitur etiam dupliciter, ſcilicet vel per ſe per ſubiectiuitatem deffinitionis, vt animal rationale non eſt lapis. Ergo homo non eſt lapis. Conſequentia valet, quia quod non prædicatur de deffinitione non prædicatur de deffinito. Alio modo poteſt argui per prædicabilitatem deffinitionis ad deffinitum ſic. Lapis non eſt animal rationale, ergo lapis non eſt homo: quia de quocunque nō prædicatur neque deffinitū. Cauſa eſt, quia deffinitio & deffinitum ſecundum eſſe eſſentiæ ſunt vna res: ergo & ſecundum veritatem: quoniam veritas vnibilium, ſeu vnitorum fundatur in eſſe. Si igitur extrema ſecundum eſſe ſunt vnita, ergo & ſecundum veritatem conceptam vel conceptibilem. Quamobrem ſicut diximus de deffinitione ad deffinitum compoſitiuè, vel diuiſiue: ſic & de diffinito ad diuiſionem dicere poſſumus. Vnde ab ipſo ad ſuam deffinitionem dupliciter arguere poſſumus, ſcilicet affirmatiuè & negatiue. Affirmatiue dupliciter, vel per ſubiectiuitatem deffiniti, vt homo eſt riſibilis, ergo animal rationale eſt riſibile: quia quod prædicatur de deffinito & de deffinitione prædicatur. Secundo modo, per prædicationem deffiniti, vt riſibile eſt homo, ergo riſibile eſt animal rationale. Conſequentia patet quia quicquid deffinito ſubiicitur, & deffinitioni ſubiicitur. Negatiuè etiam arguitur dupliciter, ſcilicet à ſubiectiuitate ſubiecti, vt homo non eſt lapis, ergo animal rationale non eſt lapis. Secundo modo à deffinito prædicato,

cato, vt lapis non eſt homo, ergo lapis non eſt animal rationale: quoniam quicquid remouetur à deffinito, à deffinitione etiam remouetur. Hæc identitas formalis mutua dicitur: quia, eadem, qua vnum alteri eſt idem identate eſt & alterum. Identitas verò à forma partiali, quæ dat eſſe ei, cuius eſt, forma ea eſt, qua vnum eſt idem alteri: ſed non alterum ei, quod eſt ſibi idem, eo quia illud eſt formaliter idem alicui, quod in ſuo conceptu formali includitur, & ab eodem non eſt extraneum, eo quod ſine eo eſſe non poteſt, nec concipi, cuiuſmodi ſuperius idem formaliter eſt cum ſuo inferiori: quia eſt de eſſe talis, ac de conceptu formali eiuſdem. Non autem inferius eſt idem formaliter cum ſuo ſuperiori: quia non eſt de eſſe illius. Nam tunc hoc animal indiuidualiter eſſet hoc animal: non ſolum ſecundum eſſentiam, ſed etiam ſecundum formalem eſſentiam. Quamuis differentia det eſſe ſubiecto ſecundum partem eſſentialem ſubiecti, cuius eſt differentia, tamen in concreto habet rationem formæ totalis, eo quod cum ratio contractiua ſit ſpeciem ex genere conſtituens: eadem etiam habet cõcernere, & cõnotare, vt rationale, quod duo (ſicut quodcunque concretum) dicit, ſcilicet rationẽ materialem, vt rẽ contractã & rationẽ formalẽ vt realitatẽ cõtractiuã: quapropter quid eſt in ſpecie in ipſa eſt, & quid eſt in ipſa differentia tali modo cõcepta, in ſpecie eſt, & hoc modo differentia idem formaliter eſt cum re, cuius eſt differentia, ſcilicet ſpeciei, & ſpecies differentiæ, vt homo eſt rationalis, & rationalis

eſt

eſt homo. His poſitis dico, quod ſecundum dictum non eſt contraditorium ad primum dictum: quoniam primum loquitur de identitate formali mutua, qua vnum includit alterum in ſua ratione formali, & è contra: cuiuſmodi prædicata quiditatiua, differentiæ eſſetiales, nec modi intrinſeci ſecundum rationem formalem concepta prædicantur formaliter de re, cuius ſunt. Secundum verò dictum loquitur de prædicatione formali non mutua: & hoc modo prædicata quiditatiua, differentiæ eſſentiales & modi intrinſeci entis, formaliter prædicantur de his, quorum ſunt prædicata, vel formalitates prædicabiles. Vlterius eſt aduertendum, quod aliud eſt variare rationem formalem: & aliud nõ diſtinguere formaliter, eo quod vt per oppoſitum patet, variare rationem formalem eſt facere variatum, ac varie conſtitutum eſſe varium penes formæ variationem: quod eſt ſpecificatiue variare, & huiuſmodi differentiæ eſſentiales, genus cui aduenit variatum facit. Vnde idẽ genus in ſpeciebus eſſentialiter eſt variabile, vel variatur ratione differentiarũ naturã generis cõtractiuarum. Sed diſtinguere formaliter, eſt ratione diuerſarũ formalitatũ, ſeu repreſentatiuitatum. Vnde cũ identitate non variati ſubiecti, vel ſubiectiuæ realitatis ſtat alietas formalitatum, ſicut in aqua tepiditas, & caliditas. Nam alia eſt repreſentatiuitas tepiditatis, & alia caliditas in aqua. Quæ alietates non variant rationem formalem aquæ. Nam aqua calida eſt aqua: aqua tepida eſt aqua: quod non eſſet ſi iſti gradus rationem

tionem, formalem aquæ variarent.

De identitate & diſtintione formali.

CAPVT XVII.

IDEOQVE formaliter capitur tribus modis, ſcilicet eſſeitatiue: & hoc modo formaliter eſſe idem eſt, quod eſſentiam habere: & ſic illa ſunt hac identitate eadem, quorum vnum in ſuo conceptu formali aliud concernit, & è conuerſo, quo pacto deffinitio eadem formaliter eſt deffinito, & deffinitum deffinitioni, & ſic nec prædicata quidditatiuè, differentiæ eſſentiales modi intrinſeci entis idem formaliter ſunt illis, quibus ſunt realitates prædicabiles. Alio modo capitur formaliter ſpecificatiuè numeraliter, vt res quæ eſt hoc aliquid, quæ habet eſſeitatem, & nunchitatem: & ſic eſt per rationes, & proprietates indiuiduales. Propterea hoc modo, quæcunque in vno indiuiduo ſuppoſitantur eadem formaliter ſunt formalitate determinationis, inquantum formaliter determinant naturam cum eſſeitate & nunchitate, quæ determinatio materialis potius, quàm formalis eſt: quia his circa materiam natura ſpecifica determinatur. Quamobrem cum identitate formali eſſeitatiuè, vel eſſeitatis ſtat alietas formaliter numeraliter diſtinctorũ. Vnde quod quid erat eſſe idẽtitatis formalis eſſeitatis adequatæ eſt vnitas naturæ communicatæ vel communicabilis pluribus numero differentibus. Alio modo capitur formaliter gradualiter,

dualiter,quod per gradum intrinſecum rei eſt, qui eſt primo diuerſus à re,cuius eſt motus:& non variat rationem formalem talis. Vt intenſiuitas, & remiſibitas in quantitate corpulenta,qui primo diuerſi ſunt ab ipſa quantitate quatenus non habent aliquod commune,in quo quidditatiue poſſunt conuenire. Nihilominus cum hoc non variant rationem formalem, & eſſentialem ipſius quantitatis.Ob id ad id quod ſubiungis, modus intrinſecus non variat rationem formalem rei:cuius eſt modus.Ergo non diſtinguitur formaliter ab eo:negatur cōſequentia. Aliud enim eſt, vt docuimus non variare rationem formalem, aliúdve non diſtinguere formaliter cum identitate non variatorum, ſeu non variabilium, ſecundum rationem formalem ſtat diſtinctio formalis gradualiter, & modaliter, & etiam formalis formaliter numeraliter. At aliud quod adiicitur de differentiis eſſentialibus dico, quod differentiæ eſſentiales, aut conſiderantur concretiuè,vt ſunt formæ concernentes naturas pereaſdem contractas vel contrahibiles cum actualitate ipſas informatiuas: & ſic ſunt ipſæmet naturæ conſtitutæ eſſentialiter. Nam homo non aliud eſt,quam rationale:& ſic conceditur, quod differentiæ eſſentiales non diſtinguntur formaliter ab his, quibus ſunt tales differentiæ: imo differentiæ,hoc modo propriæ non dicuntur differentiæ ſed res differentiæ, aut conſiderantur formaliter,& ſecundum, ſe : & ſic ſunt quædam rationes formales per ſe actuatiuè, & qualificatiuè eſſentialiter naturas. Quæ ratione talium poten

potentiæ eſſe habent, vel rationem: & hoc modo differentiæ formaliter diſtinguntur ab his, quorum ſunt differentiæ, vt rationalitas ab homine, ſenſibilitas ab animali, & materialitas à ſubſtantia: & ſic intelligit correlarium, quod differentiæ eſſentiales formaliter diſtinguntur ab his, de quibus, & cum quibus ſunt differentiæ. Ad ſecundum dubium dicitur, quod deffinitio eſſentialis, ſcilicet quæ eſſentiam eſt exprimitiua, eſt duplex, vel eſſentialis quidditatis, vel eſſentialis additatis eſt, quæ per principia intrinſeca rei eſt, cuiuſmodi præciſe ſubſtantia compoſita habet quod quid eſt. Vnde ſola ſpecies deffinitur: (maxima eſt) At deffinitio eſſentialis additatis eſt, quæ per ea forinſecus ſunt in re, & hoc modo vnum relatiuum per aliud deffinitur. Quapropter aliud eſt deffinire per aliud, & aliud deffinire, vt ad aliud. Deffinitio eſſentialis quidditatis eſt per aliud: deffinitio vero eſſentialis additatis eſt ad aliud. Relatiuum per ſuum correlatiuum non deffinitur per aliud, ſed bene ad aliud: ex eo quod relatiua ſunt ſimul natura, & vnum non eſt cauſa reſpectu alterius: ſed bene deffinitur ad aliud: quoniam fundamentum cum ſua actione, vel potius habitudo fundamenti ad terminum finitur, & terminatur. Vt pater ad filium, & filius ad patrem: ſic etiam eſt accidens ad ſubſtantiam. Quapropter ſubſtantia in ipſius deffinitione ponitur in obliquo, vt riſibilitas eſt aptitudo hominis ad ridendũ, vt notetur quod ſubſtãtia non eſt de eſſentia ipſius accidentis. Sed cauſa ipſius, ſcilicet in genere cauſæ efficiẽtis, in quãtum

accidens pullulat ab ipſa ſubſtantia. In genere cauſæ materialis, prout accidens ab ipſa ſuſtentatur, & eius eſt ſubiectiua realitas. In genere cauſæ finalis: quia ad generationem ſubſtantiæ generatur, & per illam à generante in generabili intenditur. At id quod verò pro vero ſupponis, ſcilicet: omne eſſe eſt à forma, non eſt verum. Nam multæ entitates eſſe habent: & tamen formam non habent, cum ſubſtantiæ ſint, cuiuſmodi ſunt perſonæ diuinæ, vltimæ differentiæ entium, quæ licet formæ ſint: non tamen à forma habent eſſe, ſed à ſuamet eſſeitate, quę forma eſt, habent eſſe. Item nullum prius eſt in eſſe per ſuum poſterius. Sed eſſe eſt prius, quam forma: quoniam de ratione formæ eſt informare. Sed informare ſupponit rem informabilem: quod non eſſet, ſi illa res informabilis primo non haberet eſſe. Imo multa habent eſſe, quæ formam non habent, vt materia prima in ſua eſſentia materiæ. Idcirco triplex eſt eſſe ſcilicet eſſeitatiuum formale, & ſuppoſitale. Verum eſt ergo, quod omne eſſe formale eſt à forma. Non autem eſſe entitatiuum, quo aliquid habet eſſe reale exiſtens extra animam. Præterea dico, quod accidens dupliciter conſiderari poteſt. vel ratione ſuæ eſſentiæ: qua ens eſt. Alio modo ſub ratione, qua ens exiſtens eſt. Primo modo ens dicitur. Secundo autem modo ens entis appellatur, vel ens cum ente, eo quia accidens nihil aliud dicit in ſuo conceptu formali, niſi ens alteri cadens, & inhærens: Et ſic præter eſſentiam ſimplicem concipitur cum habitudine ad ens, cui primo, & per ſe

competit

competit eſſe. Primo modo eſt entitas diſtincta à ſubſtantia. Secundo modo eſt entitas per ſubſtantiam, & cum ſubſtantia contingenter eandem informans, ex qua & ſubſtantia ens per accidens fit. Ob id licet accidens, vt ens entis ſit ab eſſe ſubſtantiæ, non tamen ſecundum rationem abſolutam. Quamobrem poteſt deffiniri, vt ens entis deffinitione eſſentiali additatis per ipſam ſubſtantiam: non autem deffinitione eſſentiali quiditatis, quia tunc eſſeitas accidentis, eſſet eſſeitas ſubſtantiæ. Qua de re, cum accidens non ſit ſubſtantia: nec ſubſtantia accidens. Non arguit quod principia, per quæ deffinitur accidens, vt accidens eſt ens entis: quod non ſint formaliter diſtincta, imo eſſentialiter ab ipſo accidente, cum non definitione eſſentiali quiditatis, ſed additatis per illa definiatur, ob id quando rationibus accidentalibus ad vltimarum differentiarum notificationem vtimur, non eſt illa vera definitio: propriè verò eſt circumlocutio propterea non faciunt cognoſcere rem ſubſtantiæ, ſicuti eſt in entitate ſuæ quidditatis, licet benè inquantum eſt fundamētum accidentium: quod competit ſubſtantiæ, quo ad modum, & non quo ad quid. & eſſe abſolutum ſubſtantiæ, ſubſtantia enim ſecundum ſuam rationem formalem à per ſe eſſendo eſt, accidentaliter autem à ſubſtando, ideoque cognitio qua cognoſcitur ſubſtantia per accidentia, media eſt inter cognitionem, qua res cognoſcitur, ſicuti eſt in ſua quidditate, & ſecundum ea, quæ ipſi inſunt ex ratione intrinſeca rei, & inter cognitionem, qua res non cogno-

ſcitur ſicuti eſt omnino: quod eſt nec in ſua quidditate, vel penes ea, quæ ipſi non repugnant: ex quo colligitur, quod triplex eſt cognitio, ſcilicet quidditatis, eſſeitatis, & rationum formalium non repugnantium quidditati. Exemplum primi, vt homo eſt animal rationale. Exemplum ſecundi, vt homo eſt ens ſubſtantiale. Exemplum tertij, vt homo eſt animal aſſotiabile, bipes. Per primam cognoſcitur ſicuti formaliter eſt Per ſecundam ſicuti eſt. Per tertiam ſicuti eius eſſeitatem non repugnans eſt.

Ad tertium dubium reſpondetur, quod identitas formalis exiſtens non alietas quidditatis & quidditatis: quarum vnam alia includit in ſuo conceptu formali & conuerſiue Itaque Aegidius & Leonardus realitates ſuppoſitales exiſtentes indiuidualiter diſtinctæ, vna aliam non includit: quia tunc ad generationem vnius aliud generaretur, ſicut & ad corruptionem vnius aliud eſſet corruptibile: quod impoſſibile eſt. Ideo eadem formaliter non ſunt. Sed eſt aduertendum, quod huiuſmodi realitates ſuppoſitales, ſcilicet Aegidius & Leonardus, licet in formalitate ſpecifica conueniant: quæ potius conuenientia in quidditate, formalitate dicitur: quam formalis conuenientia, & quidditatiua. Quamobrem alia eſt conuenientia in quidditate, & formalitate: & alia eſt, conuenientia formalis quidditatiua. Conueniētiam quidditate formalitate importat præciſe vnitatem naturæ ſpecificè, & indiuiſibilis formaliter, licet materialiter diuiſibilis: conuenientia vero formalis nō ſolum hoc, ſed etiam

vnitatem in ſuppoſilitate in conceptu formali deffinita. Ratione ſuppoſilitatis diuerſæ, Leonardus & Aegidius non ſunt idem formaliter, ſed ſunt conuenientia in formalitate & quidditate. Dico in conceptu formali deffinito, vel deffinibili, ratione ſubiecti & propriæ paſſionis, quę non ſunt idem formaliter, eo quod in hominis deffinitione non ponitur ſua propria paſſio, licet in diffinitione propriæ paſſionis ſit ſubiectum: non tamen ille talis conceptus formalis dicitur: quia non eſt per ea quæ ſunt de eſſentia & intrinſeca ratione deffiniti. Propterea dicitur potius deffinitio eſſentialis additatis, quam quidditatis.

De diſtinctione formali.

CAPVT XVIII.

QVID eſt diſtinctio formalis?

EST illa, quæ cadit inter ea, quorum quidditates ſunt diuerſæ, ſiue formalitates, vel rationes deffinitiuę. Vel eſt alietas, ſeu diuerſitas quidditatum: in aliquo conuenientium ex natura rei ſibi inuicem comparatorum, vel comparabilium: quarum vna aliā non includit & è contra quidditatiuè perſe & primo. Ex qua deſcriptione ſequitur hoc correlarium; quod eſſentia diuina, & relationes hac diſtinctione diſtinguuntur: quia abſolutum quidditatiuè nō includit reſpectiuum nec reſpectiuum abſolutum. *Concupiſcentia. Veritas.*

QVID per abſolutum intelligas, & per reſpectiuum edoceas. *Concupiſcentia.*

Veritas. ‣ ESSENTIA diuina eſt entitas realis exiſtés, prima, vnica, abſoluta. Abſolutū, vt alias à me intellexiſti, capitur tribus modis. Vno modo, vt diſtinguitur contra relatiuum, vt eſſentia in diuinis. Alio modo idem eſt quod ſimpliciter: & ſic abſolutum idem eſt, quod non ſecundum quid. Vt ſubſtantia eſt ens abſolutum: hoc eſt non ſecundum quid, cuiuſmodi eſt accidens, quod ens entis dicitur. Alio modo capitur prout idem eſt, quod omnimode, vt religioſus abſolute. Id eſt omnimode religioſus. Qua de re abſolutum triplex eſt, ſcilicet à cauſa, à ſubiecto, & à termino. A cauſa eſt quod cauſam non habet, cuiuſmodi Deus dicitur abſolutum. Abſolutum à ſubiecto eſt, quod nō habet ſubiectum: & hoc modo ſubſtantia dicitur abſolutum: quoniam ipſa eſt ens, cui primo & per ſe competit eſſe, & incommunicabiliter, vt quo exiſtit. Ideo alteri non ſubſtat. Vnde nullum accidens poteſt dici abſolutum à ſubiecto. Abſolutum verò à termino illud eſt, quod terminatiuū eſt, & non terminabile: & ſic verbum diuinum dicitur abſolutum à termino in vnione hypoſtatica naturæ humanæ. Ideo ad propoſitum: abſolutū nihil aliud eſt, niſi id quod non eſt ad aliud formaliter: itaquod eius eſſe non eſt ad aliud ſe habere vt eſſentia diuina, & omnia eſſentialia in Deo; ſicut etiam & attributa Reſpectiuum vero eſt, cuius eſſe formaliter, eſt ad aliud ſe habere, quare iſta ſe habent per ordinem; ſcilicet relatiuum, relatio, reſpectus, & habitudo Quoniam relatiuum illud dicitur, quod includit eſſeitatem abſolutam cum cernentia

nentia alicuius reſpectus actualis, vel habitudinalis, vt pater: qui eſſe ſubſtantiæ cum relatione paternitatis connotat, per eſſe ſubſtantiæ eſt: & quia natura ſubſtantiæ communicabilis eſt. Ideo in ipſa fundatur ex natura rei forma aduenticia paternitatis, qua actu habet reſpectum, ad id: cui naturam ſubſtantię ſpecificè communicauit eandem: vel communicare poteſt. Ideoque relatio ſecundum totum eſſe ſuum, eſt ad aliud ſe habere: itaquod ex ſe non reſpicit, niſi ad aliud eſſe ſuam ſubſtantiam eſſe, cuius eſt forma aduenticia. Quæ relatio per intrinſecus adueniens dicitur, vel ſecundum eſſe, eo quia nihil aliud eſt niſi habitudo duorum extremorum, qua vnum eſt ad aliud, vel cum alio, & non ſine alio. Quibus poſitis ipſa eſt vt poſito generante & genito ponitur paternitas. Cuius fundamentum eſt generans: & terminus eſt res genita: ita & filiatio, cuius fundamentum eſt res genita: & res termini eſt generans. Ob id ad talem relationem ſolum extremorum ſituitas, & poſitio eſt requiſita. Reſpectus autem eſt habitudo accidentaria, ſeu contingens vnius ad aliud: non ex natura rei fundata in ipſis, vt habitudo ignis ad ſtupam contingenter ipſis adueniens: hoc eſt ratione proprietatum modalium talium. Vt ignis ſub ratione combuſtiui: & ſtupa ad ignem vt combuſtibile quid referuntur, ad quam relationem tria requiruntur, ſcilicet extremorum poſitio, eorundem aproximatio: & quod non ſint impedita. Vnde nō fuit ſequuta cōbuſtio, quo ad pueros miſſos in camino ignis: quia extrema fuerunt impedita.

Tertia ergo conditio neceſſario requiritur ob contiguitatem mundi huius inferioris, cum lationibus mundi ſuperioris, & cauſæ primæ. Sed habitudo eſt reſpectu eorum, quæ realiter, & eſſentialiter eadem ſunt. Vt ſubiecti & propriæ paſſionis habitudo eſt. Qua de re omne relatiuum includit relationem, & non è contra. Et omnis relatio reſpectiuum: at non ab oppoſito. Ita omnis reſpectus dicit habitudinem, ſed non conuerſiuè, ſcilicet quod omnis habitudo ſit reſpectus. Nam habitudo identitatem realem & eſſentialem extremorum requirite. Reſpectus vero diſtinctionem eſſentialem, & realem talium appetit. His ergo poſitis ſit ſecundum correlarium: attributa proprie, vt potentia, ſapientia, bonitas, clementia iuſtitia: quæ in Deo quaſi qualitatem dicunt: ab eſſentia & ad ſe inuicem ſunt formaliter diſtincta, nec non & attributa improprie, vt intellectus, & volontas, quæ ómnia infinitatem abſolutam habent, quæ tribus competit perſonis ab eſſentia infinitate, quamuis radicaliter ab eſſentia ſint, & realiter ſint eſſentia.

CAPVT XIX.

Concupiſcentia. QVID ſit attributum proprie, quidue improprie, ſcire cupio cum magis, vt mihi videtur, voluntas & intellectus attributa dici debere, quam alia, ſcilicet potentia, ſapientia, quia illud tale magis de aliquo alio à ſe, vel alietate reali, vel formali, aut quauis alia realitate, quod ex ſe & non per mediationem alicuius alterius de eo tali dicitur. Sed huiuſmodi eſt intellectus & volun

volontas reſpectu Dei,& non potentia &c. quæ ratione intellectus & volontatis diuinæ eſſentiæ,& naturæ diuinæ conueniunt. Item quomodo poſſibile eſt, quod attributa ad ſe inuicem & ab eſſentia formaliter ſint diſtincta, cum ſit quod attributa Deo conueniunt attributiuè ratione ipſius, vt in operibus ad extra relucet. Attributum enim nihil aliud eſt, niſi ſecũdaria perfectio, per modũ remotionis à creaturis,& eminẽtiæ in Deo exiſtẽs:& quia Deus per verbũ ſuum plenum omnium perfectionum omnia creauit: ob id omnia per ipſum ſunt, prædicatur ab ipſo & ex ipſo: quod verbum eſt eſſentia trium perſonarum, ad cuius conceptum,& intellectum creaturas intellexit diuinus intellectus, vt quid imitabile ſuum eſſe. At eſſentia eſt eadem diuinis perſonis realiter, formalirer, & omni formalitate identificá vna. Ergo attributa cũ ſint perfectiones ipſæ eſſentiæ diuinæ, quibus in creaturis relucet non diſtingũtur cum eſſentia ipſa, quæ attributa ſunt non diſtinguatur. Ideo difficultates has ea quâ ſoles methodo mihi exprimas.

Attribvtvm ad ab & tribuo tribuis deriuatur, ſcilicet aliquid alteri tribuere. Inde alteri tributũ, vel tribuibile dicitur. Quapropter attribui capitur tripliciter alicuius de nouo, vt ſartor veſtes tribuit Domino, quaſi prius eas ipſe non habens, & hoc modo Deo aliquid non attribuitur, eo quod cum ipſe ſit omnium perfectionum pelagus & eſſe, & quid boni, de non eſſe ad eſſe poſitis ab ipſius omnipotentia ineſt. ob id aliquid de nouo ipſi tribui non poteſt: quia prius non ha- *Veritas.*

 benti

benti:quia hoc eſſet imperfectionem in Deo ponere. Alio modo aliquid eſt tribuere:hoc eſt habenti manifeſtare, quod tribuitur alteri alij ab habente: quod eſt per modum remotionis omne quod imperfectionem dicit ab ipſo præſcindere: & ſic cum in creaturis bonum reperiatur, nec non & perfectiones multæ, quæ per participationem in ipſis ſunt diuini eſſe, tanquam riuulus à flumine communicatum eſſe non per modum eſſentiæ. Quia ad extra per modum neceſſitatis communicaretur Deus: & ſic pluralitas Deorum realiter, & eſſentialiter diſtinctorum eſſet, quod omnimode falſum eſt. At quia non ex neceſſitate tales perfectiones communicat, ſed ſecundum beneplacitum ſuæ voluntatis: quæ ita operatur ſic, quod poteſt non operari ſic, hoc eſt non velle operari ſic. Vnde accidentaliter ipſis communicat, quod communicat ſecundum ſuum proprium modum eſſendi, & operandi. Ob id neceſſum eſt dicere, quod in Deo eſſentialiter tales perfectiones communicabiles ſint, & per eſſentiam in Deo ſint. Nam quando aliquid eſt in aliquo per modum participationis, & aliquale eſſe reduci debet ad id, in quo eſt per eſſentiam: & ſic cum potentia in creaturis ſit:non vt per ipſam in inſtanti circa aliquid operentur, ſed per inſtrumenta media, & in tempore. Itaquod talis potentia eſt cum hac imperfectione: quoniam per ipſam creatura non operatur quando vult. Sed inquantum ſecunda cauſa eſt, quæ ad agere primæ cauſæ agit: & ſic impotentiam habet ſibi oppoſitam admixtam. Sapiẽtia etiam: quia eſt per modum

dum aprehendi ipſius creaturæ, quæ vel eſt ſubſtantia abſtracta:& ſic per ſpecies medias ſapit, vel eſt ſubſtantia connotatiua materiæ. Inde per materiam mediam ſcit. Vnde tum ſubſtantia abſtracta, tum non abſtracta relicta in ſuis propriis naturalibus habet ſapientiam cum aliqua imperfectione. Nam poſſunt decipi de obiecto intellecto, vel intelligibili. Sic etiam de bonitate per quam licet bene operentur circa obiectum: non tamen ad omne agibile. Qua de re gratias Deo de beneficiis, quæ recepit, vel quid ab eo habere vult creatura cum refert & Deum præcatur, potentiam eidem attribuit: quia de nihilo ad eſſe ſimpliciter eam poſuit in eſſe. Sapientiam quia rationabiliter: hoc eſt alia ratione condidit hominem, & alia equum. Bonitatem inquantum eum tot perfectionibus ornauit. Quamobrem id vere rationem attributi habet, quod perfectio ſecundaria eſt Deo: per modum remotionis à creaturis, & eminentiæ competitiua Ideo attributũ capitur quatuor modis. Vno modo idem eſt quod prædicatũ: omne enim quod de alio poteſt prædicari dicitur attributũ & ſic vere eſt dicere quãdocunque alia duo ſunt eiuſdem rationis quicquid attribuitur vni & alteri ideſt, quicquid prædicatur de vno & de altero. Secundo modo accipitur pro eo quod alteri appropriatur: quia eſt idem eſſentialiter cum illo: & ſic paſſiones attribuuntur ſubiecto. Tertio modo, & magis proprie dicitur attributum, quaſi ab alio attributu: & hoc modo eſt perfectio aqua remota omni imperfectione Deo attribuitur. Quarto modo

modo accipitur pro appropriato & idem eſt quod pluribus conueniens. Vnde iſta appropriantur, patri potentia, filio ſapientia, ſpiritui ſancto bonitas. Vnde ad attributum quatuor requiruntur. Primo quod aliquo modo inueniatur in creaturis. Secundo quod aliquo modo ſubiectum præſuppona: & ex hoc eſſentia, & natura nō ſunt attributa: quia ſunt baſis, & fundamentum omnium, quæ ſunt in Deo. Tertio quod dicat perfectionem: itaquod melius eſt ipſum habere, quam non ipſum, & ex hoc admouentur iſta accidentia, quæ ſunt in creaturis, ſicut albedo & nigredo, & his ſimilia, quæ nō ſunt attributa in diuinis. Quarto modo, quod ſint formaliter in Deo, non tranſuntiuè. Propterea cum formaliter in Deo ſint: & quicquid eſt in Deo eſt Deus. Attributa ſunt idem inter ſe realiter, & ratio huius eſt: quia illa quæ realiter ſunt diſtincta, vnum de altero non prædicatur in abſtracto; vt albedo non prædicatur de Ægidio: ſimiliter de relationibus in diuinis, vbi eſt alietas realis, ſed quodlibet attributum de altero prædicatur, quia ſapientia eſt bonitas qua de re dico, quod cum hac identitate eſt diſtinctio attributorum ex natura rei & formaliter. Et ratio huius eſt quia diſtinctarum emanationū, ſunt principia diſtincta alterius & alterius rationis. Sed emanationes in diuinis ſcilicet filij & ſpiritus ſancti diſtinguntur ex natura rei, ergo intellectus & volontas quæ ſunt principia diſtinctiua, diſtinguntur ex natura rei. Attributa etiam proprie ex natura rei formaliter diſtinguntur: quia licet per identitatem & æquipollen

Anſ. monolog. c. 15.

pollen

pollentiam omnibus perſonis æqualiter attributa conueniant: tamen per appropriationem ita attribuuntur perſonis, quod cum alietate attribuuntur. Nam dicit Auguſt. Si potes Deum intelligere magnum, & potentem ſine compoſitione, quomodo non potes intelligere patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum: in vna ſimplici eſſentia. Sed iſta ratio non valet, imo eſſet falſa: ſi ibi non eſſet aliqua diſtinctio. Diſtinctio attributorum eſt fundamentum emanationum perſonalium: quia filius procedit vt verbum in intellectu, ſpiritus autem vt amor in voluntate. Ex quo arguitur ſic. Quando vnum eſt principium productionis, reſpectu cuius, aliud non poteſt eſſe principium, illa non ſunt eadem, ex natura rei: ſed intellectus eſt principium productionis verbi, voluntas eſt principium productionis ſpiritus ſancti: at productio verbi eſt naturalis. Productio ſpiritus ſancti eſt libera: liberum & naturale ex natura rei diſtinguntur. Ergo intellectus & voluntas, & conſequenter ea quæ attribuuntur perſonis: ſcilicet potentia, ſapientia & bonitas, quoniam ad minus in illo tunc: quo potentia patri attribuitur: filio non attribuitur, cui ſapientia attribuitur: ergo potentia non eſt ſapientia. Notandum eſt vlterius quod aliquid eſſe proprium intelligitur duobus modus, vel ratione rei cui, vel ratione rei quæ quod applicatiuè ad attributum dico, quod eſſe propriè attributum ſtat duobus modis, vel dicitur propriè attributum pro re attributa, & ſic idem eſt quod proprium quæ, vel dicitur attributum proprie

lib. 3. contra maximi.

propriè ratione rei cui attribuitur,& hæc dicitur propriè cui. Dico ergo quod potentia, ſapientia, & bonitas ſunt propriè attributum, intelligendo propriè vt quæ quia attributum proprie vt quæ, eſt perfectio ſecundario competens Deo per modum remotionis & eminentiæ, cuiuſmodi non eſt intellectus & voluntas, cum illa competant Deo non ſolum manifeſtatiuè, ſed etiam realiter quantum ad opus trinitatis ad intra: Ideo non perfectio ſecundaria ſed primaria. Bonitas autem, ſapientia, & potentia licet realiter Deo competant ex ſe, manifeſtatiuè verò ex opere trinitatis ad extra: ideo eſt quædam perfectio ſecundaria competens Deo manifeſtatiuè ex opere trinitatis ad extra. Intellectus ergo & voluntas licet Deo attribuantur non vt quæ, ſed vt cui, quatenus non ſunt propriè attributa, ſed propriè & per ſe ſunt eadem illi cui attribuuntur.

Concupiſcentia. ERGO ſi potentia, ſapientia & bonitas, ac omnium creaturarum perfectiones in Deo ſunt, ſequitur quod in diuina eſſentia plures formalitates ſint: tum quia dicis attributa formaliter ex natura rei diſtingui, quod ſi eſſet verum iam multæ eſſeitates diſtinctæ eſſent in Deo. Quod probo. quia forma dicit quid rei: ergo ſi plures formalitates, igitur & plura quid, & entitates quod eſt falſum: cum in Deo ſit vna eſſentia ſimpliciſſima, & ſingulariſſima.

Veritas. ALIVD eſt forma, & aliud eſt formalitas. Forma eſt quæ dat eſſe rei ſpecificum illi cuius eſt forma formalitas eſt ratio ſeu repreſentatiuitas quare aliquid concipitur vel ſecundum hunc gradum

gradum, vel alium gradum realitatis modificatæ, vel graduatæ. Qua de re cum vnitate formæ ſtat pluralitas formalitatum : ideo non repugnat quod eſſentia, licet ſit ſimpliciſſima: cum tamen omnimode ſit perfecta, quod in ipſa ſint plures formalitates, quæ infinitatem perfectionum in ipſa formaliter exiſtentium ſint repræſentatiuæ: & ex hoc non ſequitur eſſentiarum pluralitas.

CAPVT XX.

DIc rogito æquiſſima veritas, per quæ inueſtigare poſſim formalem hanc diſtinctionem. *Concupiſcentia.*

QVATVOR tibi vias ac methodos dare curaui: tuque eaſdem amplecti ne tædio afficiaris: quarum prima eſt, per viam deffinitionis, hoc modo. Nam quandocunque aliquid non ponitur in deffinitione vnius, quod in deffinitione alterius ponitur illa diſtinguntur formaliter. Secundo per viam diuiſionis: quia quandocunque aliquid diuiditur per differentias oppoſitas, quicquid cadit ſub vna illarum, diſtinguitur formaliter à quocunque cadente ſub alio. Tertio per viam deſcriptionis: quoniam quorum, deſcriptiones ſunt diuerſæ illa diſtinguntur formaliter. Quarto per viam demonſtrationis: quia quando aliquid eſt demonſtrabile de vno propter quid, quod non eſt de alio illa habent diuerſas deffinitiones. Hiſque additur via reduplicationis: quia quandocunque aliquid conuenit *Veritas.*

nit alicui, quod non alteri illa diſtinguntur formaliter.

De identitate & diſtinctione reali.

CAPVT XXI.

Concupiſcentia. POSTQVAM ſubtiliſſime, ſicut & argutiſſime de identitate & diſtinctione formali, tum deffinitiue, tum correlarie, nec non & inueſtigatiuè me docueris. Quid identitas realis ac diſtinctio ſit quamopere cognoſcere deſidero.

Veritas. QVO ad identitatem realem dico, quod ipſa eſt non alietas extremorum ex natura rei, vnam atque eandem realitatem formaliter habentium poſitiuam: actu exiſtentem: vnica exiſtentia, vt ſubiectum & propria paſſio ipſius, quæ vnicam exiſtentiam, & realitatem poſitiuam habent. Ita quod vnum ex ſe non poteſt ſine altero exiſtere: alio vt cauſa, & alio vt effectu exiſtentibus.

Concupiſcentia. LONGAM ac perdifficilem deſcriptionem hanc mihi videtur eſſe: Si ſunt aliqua correlaria ea edoceto.

Veritas. PRIMVM correlarium eſt, eſſentialia in diuinis, vt intellectus, & voluntas: notionalia vt innaſcibilitas, paternitas, filiatio, ſpiratio, actiua, & ſpiratio paſſiua vnica realitate, reantur, & ratitudinem habent, ac exiſtentia ſunt, necnon omnia in diuinis reperta: quia omnimode, res vna ſingularis ſunt.

Concupiſcentia. NAM tuis ex correlariis è dubitationum fouea egredi exiſtimabam: ſed nunc in ancipiti, vel vt

potius

potius in perdifficili materia, mea mentis acies eſt. Ideoque quid eſſentialia ſint, & notionalia: Quid etiam vnica ſit exiſtentia, & realitas exprimere ne dedignam te intuear.

ESSENTIALE alio modo philoſophis, & alio modo Theologis cadit in vſu: Philoſophi enim eſſentiale contra accidentale diſtingunt: ita quod quicquid eſt de eſſentia alicuius eſſentiale dicitur. Apud Theologos autem non ſic: & quia eſſentia diuina communitatem realem habet, ſcilicet quod vna & eadem eſſentia ſingulariſſima, & ſimpliciſſima eſt tribus perſonis communicata realiter. Propter talem communitatem realem vere prædicatur de tribus perſonis. eſſentialia illa dicuntur in diuinis, quæ conſimilem habent communitatem realẽ: eumdemque modum prędicandi cum diuina eſſentia, vt intellectus, voluntas, intellectio ad extra, & volitio, ad extra diuinarum perſonarum: potẽtia, ſapientia, bonitas iuſtitia, & alia. Vnde concludens dico, quod eſſentialia ſunt illa: quæ tribus perſonis communia ſunt. Cuiuſmodi ſunt omnes perfectiones ſimpliciter, quæ conſimilem modum eſſendi, & prædicandi cum diuina eſſentia connotant. Dixi intellectionem, & volitionem ad extra: ad differentiam, & diſtinctionem intellectionis, & volitionis ad intra: quæ eſſentialia non ſunt. Vnde actus iſti, vel emanationes vni, vel duabus competunt, quod non tribus. Quamobrem notionale illud eſt, quod vni perſonæ, vel duabus conuenit, vt paternitas, & ſpiratio actiua. Notio dicitur à noſco noſcis: quia notiones fa- *Veritas.*

faciunt venire nos in cognitionem diuinarum perſonarum, quæ (communiter accipiendo) eſt ſimplex conceptus mentis, quo res cognoſcitur: & hoc modo non accipitur in diuinis, ſed proprie ſecundum quod dicit formam relatiuam, & principiu cognoſcẽdi perſonas diuinas. Vnde eſt principium formale cognoſcendi perſonas: & ſic tripliciter capitur, ſcilicet communiter pro quacunque manuductione noſtri intellectus in cognitionem diuinorum: & ſic infinitæ ſunt notiones. Quoniam quælibet creatura poteſt nos ducere in cognitionem ipſius Dei, vel tanquam veſtigium, vel vt imago, aut vt ſimilitudo, aut vt ſpeculum ſimilitudinis. Vnde antiquitus doctores infinitas eſſe notiones aiebant. Secundo modo notio dicitur improprie ſecundum perſonarum diuinarum numerum accepta. Et quia tres ſunt perſonæ diuinæ: ita tres erunt & notiones: quibus cognoſcuntur ſcilicet ingeneratio, *lib.1.c.8.* generatio & proceſſio. Vt dicit Damaſcenus, omnia in diuinis ſunt communia præter ingenerationem, generationem, & proceſſionem. Ingeneratio patris eſt notio: generatio filij: & proceſſio ſpiritus ſancti. Tertio modo capitur notio proprie pro ipſa originatione. Vel negatiuè vel poſſitiuè perſonæ diuinæ à qua eſt alia & quæ à nulla. Vnde cum perſonæ diuinæ multiplicentur ſecundum originem: ad quam exigitur à quo alius, & qui à nullo, vel qui ab illo. Per hos modos ignoteſcit perſona diuina, pater non eſt ab alio, ideo non ignoteſcit per hoc quod eſt ab alio ſed per hoc quod eſt à nullo. Ideo innaſcibilis

poni

ponitur notio patris: At inquantum alius eſt ab ipſo ignoteſcit dupliciter, vel vt de natura, & per modum naturæ alius eſt ab ipſo: & ſic eſt paternitas, aut de natura & eadem eſſentia, ſed non per modum naturæ: & ſic ignoteſcit communi ſpiratione: Perſona filij dupliciter ignoteſcit aut prout eſt ab alio naſcendo: & ſic per filiationem ignoteſcit, aut prout ab ipſo alius: & ſic communi ſpiratione: ſicut & pater ignoteſcit. Spiritus ſanctus, qui tertia eſt in diuinis perſona præciſe ignoteſcit, vt ab alio, vel aliis, tanquam ab vno principio: & ſic per proceſſionem ignoteſcit: & quia nulla perſona ab ipſo procedit non poteſt ſumi aliqua notio ab eomet, vt à quo alius: & ideo quinque tantum ſunt notiones, ſcilicet ignaſcibilitas, paternitas, filiatio, communis ſpiratio, & proceſſio. Notionale ergo eſt illud, quo vni perſonæ conuenit, vel duabus, vt paternitas, & ſpiratio actiua. Iſta autem tria, ſcilicet relatio, proprietas, & notio, eadem ſunt re, ſed ratione differunt. Nam relatio dicitur prout eſt ratio, qua res relata refertur ad ſuum terminum: proprietas vero, prout conſtituunt perſonam: Sed notio inquantum ducit in cognitionem perſonæ diuinæ, exēplī gratia, paternitas relatio dicitur: quia per ipſam patris perſona ad filiū refertur. Dicitur proprietas: quia ſoli patri cōuenit. Dicitur autē notio inquātū notificat patrē. Quo vero ad ly vna exiſtētia eſt aduertendū quod exiſtētia dicitur, quaſi ex eſſentia vel extra eſſentiā. Eſſe capitur dupliciter vno modo ſincathegorematice: & ſic eſt actus cōplexiuus viuens extrema, quod etiam eſſe propo-

ſitionale dicitur, qua importat compoſitionem prædicati cum ſubiecto, de quo loquitur Philoſo-
5. Met. phus dicens eſſe ſignificat verum, & non eſſe falſum: & ſic tot poſſunt poni eſſe rei, quot prædicata poſſunt vere de re prædicari, vel ſecundum actum exercitum, quod eſt prædicatum coniungi ſubiecto per eſt, vel ſecundum actum ſignatum, quod eſt prædicatum coniungi cum ſubiecto per hos terminos ſecundæ intentionis, ſcilicet prædicari, & ſubiici: alio modo capitur cathegorematice: & ſic tripliciter, vt præhabuimus. Sed præterea dico, quod hoc eſſe cathegorematice, aliud eſt eſſentiæ, aliud exiſtentiæ, & aliud ſubſiſtentiæ. Eſſe eſſentiæ accipitur pro ipſo eſſe abſoluto, quod eſt præciſum à tali & tali exiſtere: ita quod non continet, niſi eſſentiam, per quam habet totum eſſe: & tale eſſe ſe extendit ad eſſe potentiale, vel obiectiuum, quod dicit poſſe eſſe, quod non eſt eſſe, ſcilicet actualiter. tamen non repugnat eſſe, aut poſſe eſſe beatum. Vnde hoc modo accipiendo eſſe eſſentiæ: ſic diſtinguitur ab eſſe exiſtentiæ, ſicut poſſe exiſtere, & actualiter exiſtere. Quare eſſe ens eſſentia non diſtinguntur ſecundum rem ſignificatam: quia idem eſt in re eſſe rei, entitas rei, & eſſentia rei. Eſſentia enim ea eſt qua aliquid dicitur formaliter ens; Eſſe autem eſt omne id, quod habet aliquam realitatem extra ſuam cauſſam, & intellectum. Vel eſſe eſt realitas extra ſuam cauſam, & intellectum. Dico extra ſuam cauſam ratione ipſius eſſe potentiæ, ſeu ob ipſum eſſe potentiale. Extra intellectum vero propter eſſe obiectiuum: non

quod

quod eſt in potentia, vel eſſe obiectiuum ſit eſſe loquendo ſimpliciter:quia quod præciſe in potētia eſt,nō eſt ens,ſed poteſteſſe:ſic quod eſt,obiectiuè tantùm,ſimpliciter non eſt: ſed cognoſcitur. Sicut eſt loqui de Antichriſti:quod non habet eſſe: ſed poteſt habere eſſe, ſcilicet actuale: cum verè obiectiuè habeat eſſe in ſua cauſa: & quia poteſt eſſe:ergo poteſt & intelligi,quod falſum eſſet,dicere Antichriſtus eſt:ſimiliter dicere poſſumus, de determinationibus diſtrahentibus: quę diſtrahunt terminū à propria ſignificatione, vel ampliatiuè,vel extenſiuè vt mortuus, corruptus,generandus,producendus reſpectu ly homo. Ideoque concludens eſſe exiſtentię,eſt ens actualiter exiſtens,extra ſuam cauſam & intellectum. Et hoc modo intelligitur, quod eſt extra eſſentiam: ſcilicet, cauſæ & eſſe cogniti, ex eſſentia etiam habet deriuationem: quatenus illudmet eſſe cognitum & potentiale, fit in eſſe actualis exiſtentiæ, eſſe vero ſubſiſtentiæ eſt res incommunicabiliter exiſtens: vt quo & vt quod. Hoc eſt non eſt in ſubiecto nec dicitur de ſubiecto. Quoniam eſt res, cui primo & per ſe competit eſſe:in vltima actualitate. Ratione primæ conditionis eſt res incommunicabiliter exiſtens: vt quo. Ratione ſecundæ conditionis dicitur res incommunicabiliter,vt quod.

CAPVT XXII.

SEQVERE amabo. *Concupiſcentia.*

- ALIVD eſt loqui de exiſtentia in diuinis. *Veritas.*
Et aliud de exiſtentia in rebus creatis. Quoniam

 in diuinis

in diuinis eſſentia eſt verè res exiſtens, non in potentia obiectiuà: ita quod non eſt, ſed poteſt eſſe, nec in eſſe cognito: quia terminat actum intelligendi, & non habet eſſe. Sed eſt vera entitas realis, per ſe exiſtens formale principium, quo vnumquodque: in diuinis habet eſſe. Ideoque: cum exiſtentia eſt eadem, quare eſſe, & exiſtere idem ſunt in Deo. Sed in creatis: quia exiſtentia dicit eſſentiam actualem cum concernentia nunchitatis & ecceitatis: aliud eſſentia, & aliud exiſtentia eſt. Omnis ergo exiſtentia, eſſentia eſt at non conuerſiuè. Quapropter cum vnitate exiſtentiæ ſtat alietas formalis quidditatum, & quia eſſentia in diuinis eſt vna in tribus, & cum tribus, ergo & exiſtentia. Vnde cum bonitate eſſentiæ, vel exiſtentiæ ſtat trinitas perſonarum realiter in perſonalitate diſtincta. Quod non eſt ſic in rebus citra Deum, vna exiſtente eſſentia, vel exiſtentia ſtet alietas ſubſtantiæ. Sed quæcunque habent diuerſam exiſtentiam: & diuerſam eſſentiam concernunt, nec non & ſubſtantiam. Nam quæ in facto eſſe, & reali: realiter diſtinguntur, ſic & in eſſe cognito realiter ſunt diſtincta. Petrus & Martinus non maiori diſtinctione in propria exiſtentia diſtinguntur: quam in mente diuina ab æterno & in eſſe ideali habebant diſtinctionem. Ideoque: ea quæ vnica exiſtentia exiſtunt ſunt eadem realiter in iis, quæ ſunt eſſentialiter diſtincta à Deo, in quibus eadem eſt exiſtentia & ſubſiſtentia: intelligendo per exiſtentiam, eſſentiam rei cum ecceitate & nunchitate. Quamobrem alia & alia realitate non ſolum

lun ſubſiſtentiæ,ſed etiam exiſtentiæ non reantu:. Vnde realitas eſt modus intrinſecus formalitatis, ſicut finitas & infinitas reſpectu entis: & quia in diuinis poſſumus conſiderare eſſentiam ipſam tripliciter, ſcilicet ſecundum ſe quatenus eſt terminus abſolutus à communicatione & cõmunicabilitate. Secundo modo, pro vt eſt terminus formalis generationis vel productionis: itaquod dicitur memoria fæcunda, vel voluntas fæcunda quod eſt conſiderare eſſentiam obiectiuatam intellectui,vel obiectiuatam voluntati:nam in quantum obiectiuatur intellectui eſt principium formale, quo & immediatum generationis diuinæ, in qua intellectus concurrit principaliter quod intelligitur:quia id quod generatur eſt per modum naturæ,ſcilicet quia neceſſitate ineuitabilitatis eſt genitus à generante: quod eſt per voluntatem concomitantem, pro vt ipſa eſſentia obiectiuatur voluntati eſt principium formale, quo immediatum productionis in qua voluntas concurrit principaliter,quod intelligitur volũtariè: quia id quod voluntariè producitur cum neceſſitate ineuitabilitatis ideo intellectus concurrit per concomitantiam, quatenus id quod voluntas vult neceſſario vult.Nam pater & filius amore concordi producunt ſpiritum ſanctum,quem intellectum & cognitum producunt. Tertio modo conſideratur eſſentia,vt communicata tribus:ita quod eſt pater,eſt filius:& eſt ſpiritus ſanctus Quibus his poſitis dico,quod triplex realitas reperitur in perſonis diuinis,ſcilicet realitas eſſentiæ, quæ vna

eſt in tribus, realitas exiſtentiæ, ſcilicet emanationis: & ſic duplex realitas exiſtentiæ, ſecundum duplicem modum emanandi, ſcilicet per modum naturæ, quæ generatio eſt, & per modum voluntatis, quæ productio à theologis dicitur, & realitas ſubſiſtentiæ: & ſic eſt triplex realitas, ſuppoſitalis, & perſonalis, vt pater, filius, & ſpiritus ſanctus. Exiſtentia in diuinis conſideratur dupliciter, quo ad quid, & quo ad modum: quo ad quid dico exiſtentiam ipſam, qua vnumquodque in diuinis habet eſſe: &, ſic idem eſt quod eſſentia, quæ vna in tribus eſt: quo ad modum vero eſt conſiderare exiſtentiam ſecundum modos communicabilitatis: & quia eſt duplex in diuinis communicationis modus, ſcilicet per modum naturæ, & per modum voluntatis. Ideo modaliter eſt duplex realitas exiſtentiæ in vna eſſentia. Vnde ratione cuius duplicis emanationis concludimus perſonarum diuinarum trinitatem: communitate eſſentiæ, tum quia eſt ſummæ actualitatis, ipſa eſſentia diuina, poteſtatis, & nobilitas, quam ſit eſſentia creata: ſed hæc eſt ratio ſuo concreto: quod producat de ſe & naturaliter ſibi ſimile in ſpecie. Ergo perfectiori modo illa: ſed omnis actio eſt ſuppoſitorum, ſcilicet ſuppoſiti vt productiui, & ſuppoſiti vt producti. Nam inter productiuum & productum opportet eſſe ſuppoſitalem diſtinctionem, cum idem non poſſit producere ſeipſum, quod productum, ſit æternum & infinitum, ſicut productiuum, patet quia omne id quod eſt purus, actus, æternus, & infinitus, agit æternè, & infinitè æternũ, & infinitum,

alias

alias non eſſet purus actus, æternus, & infinitus, ſed Deus eſt purus actus, æternus, & infinitus. Ergo æternum, & infinitum æternaliter, & infinité agit. Sed tale eſt Deus: ergo Deus producit Deum poſſe & eſſe, exiſtere & operari idem ſunt in diuinis: opperari æternum, quia vis opperatiua eſt æterna: ergo & exiſtere æternum, patet hoc etiam ex parte poteſtatiuæ eſſentiæ. Vnde impoſſibile eſt, vnam & eandem ſimplicem eſſentiam diſtare à nihilo in infinitum: & non diſtare à nihilo in infinitum, implicat enim contradictionem. Sed diuina eſſentia eſt eadem cum ſua potentia. Quia ſimplex eſſeitas eſt, & ipſa eſſentia infinita exiſtens: à nihilo in infinitum diſtat. At ſi de ſe naturaliter in concreto non poſſet producere: non diſtaret à nihilo in infinitum, imo haberet nihil ſibi annexum: quatenus nihil poſſet producere. Ergo diuina eſſentia diſtat à nihilo ad infinitum: & diuina potentia, quæ eſt eadem ipſi, non diſtat à nihilo in infinitum, quod eſt impoſſibile, idem inquãtum idem, diſtare in infinitum, & non diſtare in infinitum. Ergo diuina potentia poteſt aliquid ex ſe & de ſe naturaliter producere infinitum, & non finitum: aliter eſſet diuiſibilis & compoſita. Quod eſt falſum. Vltimo perſonarum pluralitas ex nobilitate eſſentiæ claret, eo quod nobilius eſt illud ens, quod eſt bonum: quod bonum & infinitum, quod infinitum & æternum & perfectum: quod perfectum agit: Quàm id quod eſt aliter opperatiuum: quia potentia eſſet amixta priuationi & imperfectioni: & perfectior in hoc: quam in eo:

quia eſt purus actus. Sed Deus non ſolum eſt omni ente nobilius: ſed ſimpliciter nobiliſſimum: ergo ſummum bonum exiſtens, infinitum & perfectum, producit bonum infinitum, perfectum & æternum. Cuius dato oppoſito: productiue actio, quo ad terminum ad quem non coequaret productiuo. Per hanc æquidem duplicem emamationem in Deo, qui eſt ſummum bonum, actus purus, potens & omni ente ſimpliciter nobiliſſimum. Non ſolum perſonarum diuinarum pluralitatem: ſed pluralitaté cum determinatione trinitatis eſſe fatemur. Hoc eſt perſonas diuinas non poſſe eſſe plures tribus: nec ve in minori numero trium. Quod patet. Nam ille numerus, qui eſt omnibus aliis nobilior, ac neceſſarior debet eſſe, & poni in diuinis. Qua de re ſuppoſito ex dictis pluralitatem eſſe in diuinis, numerus trinarius eſt aliis nobilior & neceſſarior: cum nullus actus poſſit eſſe ſine numero trinario quoniam in omni actu opportet dare terminum, à quo, & terminum ad quem, & actum medium, qui eſt vtriuſque termini nexus. Ergo neceſſario in diuinis eſt numerus trinarius. Eo quod cuius partes magis conformiter, regulatè, & ordinatè ſe habent, numerus ille eſt in diuinis ponendus: ſummus enim ordo reperitur. Non huius poſt hoc: ſed huius ab hoc: at numerus trinarius vt ponitur in diuinis habet partes confoimes, regulatas & ordinatas. Nam inquæcunque perſona diuina conſideretur: duæ aliæ eam æqualiter reſpiciunt, & æqualiter ab ea aſpiciuntur: imo quod mirabile eſt & ſingulare, in diuinis conſiderata

derata quæuis vna perſona aliqualiter ad modum vnius partis numeri, & aliis duabus eam æqualiter reſpicientibus:fit triangulus:vt ſi conſideretur patris perſona: filij, ſpirituſque ſancti perſonæ æqualiter eam reſpiciunt. Filius ſub reſpectu filiationis patrem, qui ab ea reſpicitur conceptu relatiuo paternitatis. Spiritus ſanctus vero ſub reſpectu ſpirationis paſſiuæ patrem, cum filio: qui in eodem ſigno originis, vt vnus ſpirator, vel duo ſpirantes in vna vi ſpiratiua, eadem enim relatione propria perſona conſpicit perſonam: qua conſtituitur perſona. Dico propriam,ad relationis communis,patris & filij,quæ ſpiratio actiua eſt,alietatem,& diſtinctionem:ſic ſi conſideres filij perſonam æqualiter immediatè reſpiciunt patris,& ſpiritus ſancti perſonam, & æqualiter ab ea reſpiciuntur. Prima ſub reſpectu paternitatis, quæ à filij perſona, filiatione conſpicitur. Secunda per ſpirationem paſſiuam,quæ à filio in eodem originis ſigno,cum patre, vt ab vno ſpiratore conſpiciuntur. Quod non aliter eſt ſi conſideres perſonam ſpiritus ſancti, æqualiter enim patris,& filij perſonæ eam reſpiciunt,& ab ipſa reſpiciuntur: æqualiter eam reſpiciunt:quia principium productionis ipſius, voluntas fæcunda eſt,quæ in eodem ſigno originis patri, & filio eſt competitiua, eo quod pater generando filium,omnia eſſentialiter ſibi competibilia communicat. Ergo eſſentia intellectum, & voluntatem: quare vna in aliam per circunincesſionem exiſtens vt perfectè beata & vt ſuam habens ſimilitudinem alia ab alia conſpicitur. Ideo amore

concordi

concordi amantes ſe inuicē, vnde ſpiritū ſanctū producunt:ab ipſa item æqualiter reſpiciuntur: quia ab ipſis producitur: vt ab vno ſpiratore: & ſic ſemper fit triangulus:vt à patre in filium ecce primus angulus, à patre & filio in ſpiritum ſanctum,ecce ſecundus angulus,& cum filio à ſpiritu ſancto, pater reſpicitur. Vt vnus ſpirator à re ſpirata,quæ idem eſt quod amor patris & filij. ecce tertius angulus. Secundus triangulus: eſt de perſona filij: qui filiatione reſpicit patrem: & ſic primus angulus. Spiratione communi actiua, cum patre perſonam ſpiritus ſancti reſpicit, talis eſt ſecundus angulus, qui filius cum patre in eodem ſigno originis à ſpiritu ſancto reſpicitur, cuiuſmodi eſt tertius angulus.Tertius triangulus eſt de perſona ſpiritus ſancti, quæ ſpiratione paſſiua, patris & filij perſonas, vt vnum principium,& ſpiratorem reſpicit.Propterea primus angulus:& quia ab ipſis vt ab vna vi ſpiratina, ſeu vt ab vno ſpiratore producitur, reſpicitur: ecce ſecundus, angulus, & cum hoc à patre reſpicitur à ſe, & à filio,vt à patre, & cum patre, quaſi quod pater reſpiciat à ſe ipſo ſpiritum ſanctum productiuè: & filius, vt à patre eſt, & producit, & ſic tertius angulus. Vnde numerus trinarius triangulatur: & triangulus circulatur, & circulus triangulatur:triplex hæc ſuppoſitalis realitas: penes earumdem perſonarum nomina, & proprietates. Nam illa, quæ ſunt in diuinis, ſunt perfectiſſima, ac in ſummo eſſe: ſed ſi eſſent plures patres,& plures filij, vel plures ſpiritus ſancti, vel hoc eſſet neceſſarium eſ-

ſe,

ſe, aut non, ſi non ſit neceſſarium eos plures eſſe: non ſunt, quia quicquid eſt in diuinis, eſt neceſſarium, & non eſt poſſibile non eſſe: ſi eſt neceſſariũ eos:plures eſſe:ergo in nullo reperitur perfectio cõpleta,& coequalis ratio paternitatis,filiationis,&ſpirationis.Quamobrẽ nullus eſt perfectus pater nullus eſt perfect⁹ filius,& nullus eſt peferctus ſpiritus ſanctus, ex quo non ſufficit vnus pater, vnus filius aut vnus ſpiritus ſanctus. Et ſic nullus perfectè bonus, nullus completè & perfectè producit,agit, vel nullus perfectè recipit,quod eſt impoſſibile, nõ eſt dare quartã perſonam:quia Deus eſt ſummum bonum: Deus habet intellectus & voluntatem, actiones ſunt ſuppoſiti: ergo datur communicatio per intellectum, quæ generatio filij dicitur, & communicatio per voluntatem, & ſic productio ſpiritus ſancti: & quia vt diximus actiones ſunt ſuppoſiti; propterea datur vnum ſuppoſitum communicans à ſe: & ſic perſona patris, perſona filij genita, & perſona ſpiritus ſancti producta: quæ omnes iſtę perſonæ ſunt vna res ſingularis æqualiter ipſis communicata cum ordine tantum originis. Sed aduertendum eſt, quod aliud eſt ſingulare, aliud indiuiduum, aliud ſuppoſitum, & aliud perſona. Singulare autem quadruplex eſt, nam aliud ſingulare eſt, quod concernit naturam ſpecificam, & differentiam indiuidualem contractiuam eandem naturam ad ſuppoſitiuitatem vnius rei vnitate numerica, vel pro vna re numero cum indeterminatione huius, vel illius talis, & hoc dicitur etiam particulare. Indifferen

differenter ſupponens ad eſſe hoc aliquid actualiter, potentialiter, & non repugnanter, & hoc ſingulare nihil aliud eſt penes logicas tractationes, niſi terminus communis cum ſigno particulari determinatus, vt aliquis homo currit. Secundo modo accipitur ſingulare, pro omni re connotatiua naturam ſpecificam, & differentiam indiuidualem cum actuali exiſtentia, vt aliquis homo currens velociter. Tertio modo capitur pro omni eo, quod præter naturam ſpecificam, differentiam indiuidualem: eſt concretiuum accidentia terminatiua, & ſignantia eſſe ipſius, vt aliquis homo albus eſt currens. Quarto & vltimo modo capitur pro eo, quod conſtat ex proprietatibus nucheitatiuis & hecceizatiuis vt hoc aliquid. Primis tribus modis eſt ſingulare vagum: ſed vltimo modo eſt ſignatum. Indiuiduum verò eſt res incommunicabiliter exiſtens, vt quo & vt quod, quá de re omne quod ſingulare eſt: indiuidua res eſt, ſed non conuerſiuè: quoniam vt patet de humanitate aſſumpta à verbo, quæ res ſingularis eſt, ſed non indiuiduum, inquantum indiuiduum: quia eſt communicabilis, vt quo, & ſuppoſitata ſubſiſtit in verbo, & per verbum. Item partes ſubſtantiæ homogeniæ ſingulares ſunt, quaſi per ſe exiſtentes, non tamen, vt quod incommunicabiles ſunt, & per ſe ſubſiſtentes idcirco omne indiuiduum eſt ſuppoſitum: non autem è conuerſo, vt claret de eſſentia diuina, quæ ſingularis, & indiuidua res eſt: cum qua ſtat ſuppoſitorum pluralitas in trinitate. Ita omne ſuppoſitum eſt perſona, ſed non

nō ab oppoſito, videlicet quod omnis perſona ſit omne ſuppoſitum. Vnde ſuppoſitum indifferens eſt ad ſubſtantiale creatum, & increatu animatū, vel inanimatū: quod rationale ſit, vel irrationale. Non ſic eſt perſona, quæ licet communis ſit ad creatum, vel increatum perſonaliter: non tamen ad omne creatum ſubſtantialiter ſuppoſitiuè, & hoc aliquid, cuiuſmodi eſt ſuppoſitum inanimatum: quia perſona eſt intellectualis naturæ, induidua ſubſtantia. Perſona ergo duplex eſt, ſcilicet creata & increata, perſona creata eſt intellectualis naturæ per ſe & ad ſe, ſed non à ſe indiuidua ſubſtantia. Hoc modo perſona de angelo & homine dicitur, eo quod angelus eſt natura intellectualis per ſe ſubſiſtens: cuius proprium eſt motum dirigere in proprium finem, cum diſcurſu de hoc per hoc: ſed homo eſt natura intellectualis: cuius proprium eſt dirigere motum in proprium finem cum per diſcurſum de hoc poſt hoc. Perſona increata eſt intellectualis naturæ à ſe, per ſe, & ad ſe, vt quo, & vt quod incommunicabilis ſubſtantia: & ſic perſona præciſe dicitur de tribus ſuppoſitis diuinis, quæ relationibus cum eſſentia diuina conſtituuntur. Vnde ſciendum eſt quod de conſtitutione diuinarum perſonarum eſt vna opinio prepoſitiuo abſcripta, quam modò expreſſam tibi faciam.

De identitate & diſtinctione reali.

CAPVT XXIII.

Concupiſcentia. QVID præpoſitiuus de principio Conſtitutionis diuinarum perſonarum intellexerit ſcire peroptarem vt ipſum cæteroſque de hac materia male ſentientes, arguere poſſim.

Veritas. OPPORTVNE concupiſcentia de principio perſonas diuinas conſtitutiuo expoſtulaſti, ac eflagitaſti: qua de re ſciendum eſt, quod idem eſt principium, quo res eſt, & in eſſe conſtituitur. Sed vt intellexit præpoſitiuus perſonæ diuinæ per ſeipſas à ſe inuicem diſtinguntur: ergo per ſeipſas conſtituuntur. Nam ſimpliciter ſimplex à quocumque diſtinguitur ſeipſo diſtinguitur, ſicut patet de angelo & anima intellectiua. At perſonæ diuinæ ſunt ſimpliciter ſimplices. Ergo ſeipſis diſtinguntur, & per conſequens conſtituuntur. Nec obſtat, dicit idem ipſe, quod ſeipſis conueniunt: quia nihil inconueniens eſt idem, eodem conuenire cum aliquo & diſtingui ab alio, imo conuenire cum aliquo, & diſtingui realiter ab eodẽ. Nã Socrates ſuamet anima cõuenit cum Platone ſpecificè, & per eandem differt ab eodem realiter, quæ oppinio ob ſuammet inſufficientiam perſiſtere non poteſt. Eo quod quando aliqua ſic ſe habent: quod aliquid omnino indiſtinctum eſt in vtroque: & tamen aliquid intranſitiuè dicitur de vno, & negatur de alio: illa non ſeipſis primo diſtinguntur, ac conſtituuntur, ſed in patre & in filio eſt eſſentia omnimode in diſtin

indiſtincta, & paternitas eſt intranſitiuè in patre, & non in filio in quo filiatio eſt intranſitiue: ergo pater & filius ſeipſis primo non conſtituuntur, vel diſtinguntur: eo quod idem eſt principium conſtitutiuum, & diſtinctiuum. Aliud eſt loqui, ô concupiſcia ſcias, de iis, in quibus non eſt inuenire aliquid in vno quod ſit idem in alio: ſed quodlibet exiſtēs in vno diſtinguitur à quolibet in alio, vt Aegidus, & Gregorius, talia enim ſeipſis diſtinguntur, quæ etiam conueniunt: quia in talibus non eſt aſſignare aliquid ſecundum quod cōueniunt, puta exiſtens in ambobus: & aliud in quo differunt, ad id quod pro per ſe aſſumit, iſta oppinio de ſimpliciter ſimplici. Verum eſt de ſimplici, quod non conſtituitur per aliquid commune ſibi & aliis, & aliquo proprio, vel intranſitiuè ſibi quæ conſtitutio ſimplicitati non repugnat. quoniam compoſitione non infert.

Eſt alia oppinio, quæ Ricardo, diuo Bonauenturæ aſcribitur, dicēs, perſonas diuinas conſtitui per proprietates abſolutas primo, & per relationes originis quaſi ex conſequenti, per quas diſtinguntur: non quidem formaliter, ſed vt principiatiuè. eo quia natura diuina non communicatur ſuppoſito, niſi per originem: & ita per relationem originis diſtinguntur perſonæ, quaſi principiatiuè reducendo ad ipſum principians: quod non diſtinguit formaliter correſpondenter ad diſtinctionem effectiuam in creaturis. Vnde aiunt quod in Deo eſt vna eſſeitas indiuidualis, quæ communis eſt tribus, & ſunt tres quaſi entitates abſolutæ ſuppoſitales: non ob *1. ſenten. d. 25. & 26.*

id quia adiicitur abſolutum ad abſolutum compoſitio ſequitur, ſcilicet vnius entitatis ſuppoſitalis ad eſſentiam: eſſentia exiſtens ſimpliciter in actu, & nullo modo in potentia ad auctoritates doctorum, qui perſonas diuinas per relationem originis diſtingui aſſerunt: reſpondent. Illud verum eſſe principiatiuè: nam habent eſſe diſtinctum à principio productiuo per originem: ſed illud eſſe diſtinctum habent formaliter à relationibus abſolutis cõmunicabilibus: quia generare præſupponit eſſe: ergo generatio actiua eſſe patris ſupponit: ergo non eſt ratio conſtitutiua ipſius: ſit etiam quod in omni ordine abſoluto eſt prius reſpectiuo, quoniam quod refertur eſt: ergo nõ cõſtituitur per id: quod refertur ſed relationes originis, ſeu per oppoſitionem ſunt rationes, quibus res ſunt ad aliud ſe habere, & referibiles: ergo non rationes conſtitutiuæ. Sed hæc opponio communiter à doctoribus non tenetur: tum quia quicquid eſt abſolutum in diuinis dicit perfectionem ſimpliciter: & nulla eſt perfectio in illis, quod non ſit ſimpliciter & communis tribus. Proprietas autem perſonalis non eſt huiuſmodi vt patet. Tum quia quicquid eſt abſolutum in diuinis eſt formaliter infinitum. Nam omne tale dicit quantitatem virtutis in rebus citra Deum: igitur ab aſcenſu & à maiori dico in diuinis. At nulla quantitas virtutis in Deo poteſt eſſe, niſi ſit formaliter infinita: ſed nulla proprietas perſonalis eſt formaliter infinita: quia ſic alia perſona, quę careret proprietate conſtitutiua alterius perſonæ non eſſet formaliter infinita, quod eſt falſum.

ſum. Nihilominus vt omnis difficultas,& dubietas eluceſcat,ac pateſiat aduertendum eſt, quod eſt vna oppinio magis in vſu apud ſcolaſticos doctores,quæ aſſerit perſonas diuinas per relationes originis conſtitui,ac diſtingui. Vnde aduertit quod generatio actiua, & paternitas in patre ſunt vna & eadem proprietas,cuiuſmodi dico de generatione paſſiua:& filiatione in filio:non tamen ex hoc ſequitur quod ratio formalis actiuæ generationis eſt eadem paternitati:nec ratio formalis generationis paſſiuæ eadem filiationi, quod patet ex hoc quia repugnat paternitati, & filiationi,ſcilicet eſſe in natura nō viuente, vel à ſe,vel ab alio: quod generationi compoſſibile eſt. Ratio ergo generationis actiuæ præintelligitur actioni formali paternitatis:quoniã qualem ordinem aliqua habent, vbi realiter diſtinguntur,talem ordinem & concernunt: vbi ſunt realiter eadem. Sed in creaturis generatio actiua eſt diſpoſitio præueniens paternitatem. Igitur & in diuinis: ſic formalis ratio generationis paſſiuæ præ intelligitur filiationi: eo quod quando aliqua habent ordinem, ex ſuis rationibus formalibus,vbicunque retinent ſuas rationes formales, illum & ordinem retinent. In diuinis, eſt ratio formalis generationis paſſiuæ & filiationis: vt primum,ſecundum quòd concomitatur. Ergo & præintelligitur: ipſo ſecundo. Præterea,notandum eſt, de proprietatibus relatiuis quo ad vim conſtitutiuam ipſarum,quod relatio non conſtituit perſonam ſub ratione additatis,hoc eſt,quatenus dicit habitudinem ad terminum: ſed quo

ad innitatem, quod eſt. vt dicit habitudinem ad fundamentum. Quoniam habitudo quo ad additatem, eſt extrinſeca. Sed ratio conſtitutiua debet eſſe intrinſeca conſtituto: ergo relatio, quo ad ſuam quiditatem, quæ eſt ad aliud non conſtituit: ſed verius crederem, per ſuam paſſionem. quare ei non conuenit conſtituere, vt relatio eſt, vel vt paternitas, filiatio, aut ſpiratio paſſio, nec inquantum relatio diuina eſt. Primum patet: quia vt ſic, omnis relatio conſtitueret, quod eſt falſum. Secundum, eſt vtique manifeſtum, eoquod paternitas, filiatio & ſpiratio in creaturis ſine vi conſtitutiua reperiuntur. Quod nec vt relatio diuina eſt: nam, ſi ſic omnis diuina relatio conſtitueret, quod eſt falſum: falſitas patet, de ſpiratione actiua, per quam pater & filius ſub ratione vnius principij, referuntur ad ſpiritum ſanctum: & tamen pater & filius ſunt in aliquo ſigno priori, vt pater & filius, quàm ſpirent, quod eſt in ſecundo ſigno originis: & ſic nec vt communis relatio eſt, conſtituit: nec vt propria quia, vt propria eſt proprietas eſt ſubiecto in eſſe conſtituto ſupponens. Quatuor ergo conditiones, neceſſariæ ſunt: ad hoc quod relatio originis, conſtituat perſonam. Scilicet quod ſit formaliter inſiſtens, duo enim, vnum formaliter non valent conſtituere, niſi vnũ ſit in alio. Vnde non ſufficit, quod ſit aſſiſtens, vel conſiſtens tantum. Secundo, quod ſit ſubſiſtens: ideo relatio inhęſiua ſubiecto, ſubiectum non conſtituit: cum ſubſiſtenti, adueniat: & in eſſe cumpleto. Tertio quod ſit propria. Quarto quod ſit prima. Dico ergo, his poſitis, quod

quod perſonæ diuinæ conſtituuntur formaliter, & diſtinguntur per proprietates relatiuas. Veritas hæc habetur math. vltimo, Ioan primo. Item Aug. ait ſingulæ perſonæ nullo modo ad ſe dicūtur, ſad ad inuicem. Et Boetius, eſſentiam vnitatem cōtinere, relationem vero multiplicitatem, aſſerit, idem quoque in eodem ſic dicit. Perſonæ diuinæ non, diſtinguntur, niſi penes alium, & alium modum habendi eandem naturam. Anſelmus hoc idem de proceſſione ſpiritus ſancti confitetur. Omnia in diuinis vnum ſunt, dicens, vbi non ouiat relationis oppoſitio. Qua propter proprietas patris magis videtur conſtitutiua, ſub ratione generationis actiuæ, quàm paternitatis: quia prima ratio primæ proprietates primo eſt quam ſecunda, ergo ſic eſt conſtitutiua. Res ſicut eſt ad eſſe, ita & ad vim eſſeitatis. Sic & proprietas filij perſonam filij, magis videtur conſtituere ſub ratione generationis paſſiuæ, quam ſub ratione filiationis. Nam ex hoc, ſpiratio actiua, non conſtituit perſonam: quia aduenit actu, & ád perſonam ſubſiſtentem. Relatio multipliciter poteſt intelligi: ſicut & actio. Et quia actio, poteſt comparari ad paſſionem, vel ſecundum habitudinem actualē, aut ſecundum habitudinē aptitudinalem & potentialē: ſi primo modo hoc eſt tripliciter, ſcilicet præſētialiter præteritaliter, aut futuraliter quod eſt, vt præſens eſt: vt præteritū & vt futurū: ſic relatio paternitatis poteſt concipi, quaſi præſens, & ſic fundatur ſuper generare: vel vt præterita cuiuſmodi fundatur ſuper genuiſſe, aut quaſi futura, & ſic radicatur ſuper

ſ. de trin.
2. de trin.

generabit, ſi autem comparatur ad paſſionem ſecundum habitudinem aptitudinalē & potentialem: ſic ſibi correſpōdet. generabilitas, ſeu dicibilitas. Vnde relatio originis non conſtituit, ſub ratione qua requirit filium: ſcilicet ſub ratione paternitatis, ſed vt ſibi correſpondet generabilitas, ex parte producibilis, & generatiuitas, ex parte productiui: & ſic requirit ſimul correlatiuum generale. Ideoque ad fundamentum ſecundæ opinionis dicitur, quod abſolutum perſonale, non eſt nobilius, quàm ſiſ relatiuum ſubſiſtens, quod per identitatem tranſit in eſſentiam: vel nobilius diſtinctiuum eſt, quod facit diſtinctionem minorem, ſcilicet minus recedentem ab vnitate: cuiuſmodi eſt proprietas relatiua ad aliud, quod dicit: oportet prius ſuppoſitum eſſe, quam agere: ergo, prius eſt perſona hæc quam hæc producat. Dico quod ſi eſt prius, quàm agat: hoc eſt prius origine. At quum ſubarguitur: ſecunda eſt ſimul natura: verùm eſt, illa ſimultate quæ eſt, non poſſe eſſe: ſiue inuicem: tamen cum hac ſimultate ſtat prioritas, & poſterioritas huius, ab hoc. Sed ſi opponens ſubiungat, quod quando aliquid eſt prius alio, quod eſt ſimul cum priore, eſt prius illo alio. Falſum eſt aſſumptum: quia non capitur ſimultas, ſecundum eandem rationem. Idcirco dico: quod generare ſemper ſupponit ſuppoſitum, & eſſe principij generatiui completū, in his, (intelligēdum, quorū generare, non cōſtituit eſſe. Atqui in diuinis, perſona cōſtituitur in eſſe perſonali, actione notionali, vnde ipſum generare eſt prima perſona, ſicut generari ſecunda,

ſecunda,nó cócludit ratio. Ad illud de abſoluto, quod in omni ordine ſemper eſt prius. Verú eſſe in ordine eſſentiarú & quiditatú:in quibus eſt ſtatus ad quiditaté formaliter infinitá,quæ eſt abſoluta,non autem de ordine perſonarum. Quæ licet tres entitates relatiuæ ſint,vna tamé ſunt deitas vna eſſentia abſoluta ſimpliciſſima, carens omni compoſitione& cóponibilitate.Nam non eſt,cópoſita ex actu & potentia vt angelus, & anima, quæ non habent entitaté ſecundum omné perfectionem entitati poſſibilem, vt entitas infinita. Ideo carent aliqua perfectione, quá natú eſt, ens haberet:Ideo,cumpoſita dicuntur ex actu, & potentia,non potentia phiſica,quæ ad actum reducitur,vel reduci debet:ſed logica,quæ rationum formalium,in aliquo ſuppoſito vnibilium, dicit non repugnantiam. Ob id,omnis creatura, cuius ſimplicitati accedens ex actu, & potentia compoſita eſt:vt expoſitiuo,& priuatiuo alicuius perfectionis,quam nata eſt habere, ſub ratione qua ens eſt:etiam quod infinita ſit,quæ,licet vt natura hæc, ipſi repugnat:non tamen vt ens eſt. Vnde inquantum eſt,ex actu eſt: at prout omnem non habetperfectioné:ex poté̃tia eſt:Deus auté omné includit perfectionem:ideo ſumme ſimplex eſt, non ſolum vt ſimplex,quod compoſito opponitur ex realitate & realitate, ſed omni alio compoſito, aut quod gratualitatis ſit, ſicut albedo, aut realitatum quantitatiuarum, vt corpus organicum,aut non organicum, aut rationum eſſentialium,cuiuſmodi eſt concretum ſuppoſitum: quia ſi cui,magis quid videtur ineſſe:& non ineſt, ergo &

go & cui minus: ſed compoſitio ſubſtantiarum abſtractarum, ipſi non competit, quæ magis eſt eidem ſimularis, ergo nec ea, quæ phiſicis rebus conuenit. Patet ergo primum correlarium: ſcilicet quod omnia eſſentialia, in diuinis, vt intellectus, & voluntas: notionalia, vtique, vt innaſcibilitas, paternitas, filiatio, ſpiratio actiua, & ſpiratio paſſiua: vnica realitate eſſentiæ, & vnica exiſtentia, qua ad quid exiſtunt: reantur. Nec non, omnia, in diuinis, quæ reperiuntur, ſunt vna res ſingularis, & ſimpliſſiſſima ab omni compoſitione, & componibilitate præſciſa.

Concupiſcentia. Est ne aliquod correlarium, quo poſſim identitatem hanc intelligere?

Veritas. Vtiqve omnes differentiæ eſſentiales, modi intrinſceci, in eodem ſuppoſito: hac identitate ſunt eadem: cum neutrum eorum, propriam habeat exiſtentiam, alio ſecluſo, itaquod vnum ſine altero eſſe non poteſt.

Concupiſcentia. Qvomodo eſſe poteſt, quod differentiæ omnes eſſentiales, modi intrinſceci, in eodem ſuppoſito, ſint eadem realiter: cum aliæ & aliæ eſſentiæ: aptæ natæ ſint conſtituere aliam & aliam entitatem. Nam valet conſequentia: hæc ſunt eſſentialiter diſtincta: ergo & realiter. Sed differentiæ eſſentiales, illæ ſunt quibus ſpecies abundat à genere eſſentialiter. Hoc eſt diuerſas ſpecies habent conſtituere: ergo non poſſunt, eſſe in vno & eodem ſuppoſito reali, quia vna & eadem res, hæc, eſſet diuerſæ naturæ & eſſentiæ, & ſic idem poſſet eſſe ſine ſeipſo: quod implicat impoſſibilitatem. Item modus intrinſecus eſt, de intrinſeca

intrinſeca ratione formali: cuius eſt modus. Sed vnius rei vnicum eſt eſſe formale. Ergo in vna re, non poſſunt eſſe plures modi intrinſeci: quoniam vna res eſſet plures res.

De identitate & diſtinctione reali.

CAPVT XXIIII.

DIFFERENTIAM tripliciter capi non ignoras, ſcilicet communiter, propriè & magis proprie: communiter differentia illa eſt, qua vnum differt ab alio, vel à ſeipſo. & hæc per accidens ſeparabile eſt: quod rei aduenit poſt eſſe completum ipſius, aut per aduentum generationis, aut alterationis, vel vſualitatis, per aduentum generationis dico, ſicut eſt accidens quod ſequitur quantitates intermitatas: vt albedo, nigredo & his ſimilia, quatenus ad formæ ſubſtantialis generationem generantur: & ad illius corruptionem corrumpuntur. Inde ſeparabile dicitur: quia adeſſe & abeſſe ſubiecto poteſt præter ſubiecti corruptionem, quod non intelligo realiter: ita quod accidens illud ſeparari poſſit à ſubiecto præter corruptionẽ ſubiecti, cum ad generationem eiuſdem generetur: & corruptionem corrumpatur. Sed intelligendum eſt non repugnanter: eo quod de eſſentia illius non eſt, nec à propriis principiis talis fluit. Ideo negari & affirmari de eodem poteſt. Per aduentum alterationis eſt, quod non ſolum poteſt adeſſe & abeſſe ſubiecto præter ſubiecti corruptionem non repugnanter: ſed etiam realiter: quoniam non per modum formę permamentis ſed tranſeuntis habet ineſſe in ſubiecto cauſa: ergo & quod conco- *Veritas.*

mitatur cauſam vt in homine palledo & rubedo. Primo ob ægritudinem. Secundo ratione verecundiæ.per aduentum vſualitatis dico,quod penes hominum loquendi vſum ſuccedit & aduenit,qui quæ communiter accidunt differre aſſerit, vt homo ſenex à ſeipſo iuuene, & ſedens à ſeipſo non ſedente. Differentia propriè illa dicitur qua vnum ab altero differt per id quod proprie ſibi competit, hoc eſt realiter inſeparabile ipſi ineſt: vel quia de omni per ſe & ſecundum quod ipſum habet inhærere ſubiecto, & cuiuſmodi dicimus quòd Sortes differt à Platone per curuitatem, vel nõ curuitatem naſi:eoquod Plato habet naſum aquilinũ & Sortes curuũ: ita equus ab aſino per ſignibilitatẽ & rudibilitatẽ,& hæc differentia à proprietatibus ſumpta eſt, proprie dicitur:ſed differentia magis propriè illa eſt qua vnum differt ab altero in quale quid:quod eſt formaliter eſſentialiter:& hoc eſt quia ipſa per formam eſſentialem:quę eſſentialiter qualificat eſt: & quia forma eſſentialis, duo eſt connotatiua, ſcilicet eſſentialitatem cum vi informatiua. Ratione primi dicit quid ratione ſecundi dicit, quale. Ideo differentia magis propriè, quæ eſt per formam eſſentialem in quale quid prædicatur,de eo cuius eſt differentia, cuiuſmodi differunt diuerſæ ſpecies:qua de re differentiæ eſſentiales poſſunt conſiderari duobus modis,aut ſubordinatiuè,aut non ſubordinatiuè:ſubordinatiuè intelligo, pro vt vnius ſubiecti habent connotatiuã conſtitutionem:ideoque ſubordinatim poſitæ ſunt vt materialitas reſpectu ſubſtantiæ corporeæ

poreæ:& corporalitas ratione animatæ ſubſtantiæ:& ſenſibilitas ratione capræ. Vnde capra eſt capra : animata , ſenſitiua, corporea , materialis, formaliter, & realiter. Non ſubordinatiue verò dico ,concipiendo differentias eſſentiales ſecundum ſe,& in propria ratione formali:& hoc modo vna non eſt ſub altera & diuerſas ſpecies,habent conſtitucre:& per conſequens non poſſunt in ſuppoſito identificare , cum in ſpecie vel in genere ſint diuerſæ & non eadem. Primo autem modo nego,quod non ſint eadem realiter, cum ſpecies per ipſas abundat à genere:& per conſequens indiuiduum ſpeciei ab ipſa ſpecie , ſi non formaliter , materialiter & ſecundum rationes indiuiduales.

Vlterius eſt notandum,quod modus accipitur vno modo pro differentia eſſentiali : quæ eſſentialiter modificat,vt eſt rationalitas reſpectu hominis. Secundo modo dicitur modus , res , ſiue gradus ſubſtantialis, vel accidētalis circa ſubſtātiam & iuxta ſubſtantiam exiſtens , vt figura & forma. Primum autem eſt compoſitum ſolidum, & ſic de aliis numerorum modi dicuntur.Numerus ſolidus eſt,qui bis in ſe ductus , vel in alio vt ter,tria ter.quater,quatuor quater. Sed numerus ſuperficialis , qui ducitur ſemel in ſe vel in alio. Vt bis duo,bis tria: Bis tria autem ſex. ſed ſemel ſunt ſex.Tertio modo dicitur modus paſſio &paſſibilis qualitas. Vt calor & frigiditas , albedo, & nigredo , grauitas & lenitas.Quarto modo habitus & diſpoſitio , cuiuſmodi & vitium modus apelatur,qui ad duos reducuntur modos:Nam ſe-

cundus ad primum, & quartus ad tertium. Vltimo accipitur modus pro omni eo, qui additus alteri non variat rationem formalem conſtitutæ per ipſum: nec eſt remotus ab illo: eo quod de ſe non dicit aliquam rationem formalem. Modus enim intrinſecus inconceptibilis per ſe eſt: quia non concipitur niſi cum eo cuius eſt modus: propterea non diſtinguitur ab eo formaliter, nec eſt idem cum eo formaliter. Quod intelligas negatiuè, ſcilicet non ſunt idem formaliter: quia non habet realitatem diſtinctam à re cuius eſt modus. Non ſunt idem formaliter: quia non ſunt de conceptu formali rei cuius eſt modus: & in hoc à differentia eſſentiali diſtinguitur, quia differentia: dicit realitatem actualem qualitatiuam, quæ præſupponit potentialem quam per ſe contrahit. Vnde vbicumque eſt differentia quæ propriè eſt differentia, ibi eſt compoſitio realitatis potentialis, & realitatis actualis: quæ compoſitio ſufficit ad hoc quod aliquid propriè ſit in prædicamento. Non ſic eſt de modo intrinſeco, quia ſic, id quod contrahit dicat conceptum quiditatiuum: & ipſe conceptum qualitatiuum, non tamen ex hoc contrahibile ipſum conceptum generis dicit: cum indifferens ad finitum & infinitum ſit, & generis conceptus ſit limitatus, nec contractiuum propriè dicit cóceptũ qualitatiuum, qui eſt realitas actualis perfectiua conceptum quiditatiuum. Vnde differentiæ non dicunt modum intrinſecum realitatis alicuius generis in quocunque gradu, quo intelligitur animalitas: non propter hoc inuenitur ratio

rationalis, vel inrationalitas eſſe modus intrinſecus animalitatis. Sed adhuc intelligitur animalitas tali gradu perfectibili à rationalitate, vel inrationalitate. Secundo differunt modus intrinſecus, & differentia eſſentialis: quia modus intrinſecus variat ſolum rationem quiditatiuam pro conceptu quiditatiuo illius, cui additur ſiue contracti per ipſum. Nam alius eſt conceptus quiditatiuus entis infiniti, & alius conceptus entis concepti cum finitate, ſed differentia eſſentialis non ſolum variat rationem quiditatiuam, ſed formalem, qua eſſentialiter facit differre ſuum conſtitutum per ipſam, ſed ſi diceres modus intrinſecus præſciſe variat rationem quiditatiuam & non formalem: ergo finitum & infinitum modi intrinſeci non differunt eſſentialiter: & ſic Deus & creatura ſunt idem eſſentialiter: quod eſt falſum. Dico quod Deus & creatura poſſunt conſiderari duobus modis, vel pro per ſe denominato & in ſimplicitate ſuæ eſſentiæ, vel pro per ſe ſignificato & in ordine ad noſtrum modum intelligendi. Vnde anteaquam aduenirent modi intrinſeci, ſcilicet finitas & infinitas, Deus & creatura diſtinguebantur eſſentialiter: ſed aduentus eorum diſtinguit modaliter, id eſt ad quiditatiuam & formalem diſtinctionem Dei & creaturæ. Sequitur modalis alietas eorum, ob cognitionem confuſam eorum à noſtro intellectu, qui materiæ immerſus exiſtens ſimplicem entium eſſentiam capere nequit. His ergo poſitis patet correlariū, ſcilicet quod omnes differētiæ eſſentiales ſubordinatæ,

dinatæ, & modi,intrinſeci qui additi alteri non variant rationem formalem rei cuius ſunt modi in vno ſuppoſito ſunt eadem realiter, ad id quod dicitur quod modus intrinſecus habet exiſtentiam per rem: cuius eſt modus concedo, & quod hæc aqua non ſit illa aqua:quia exiſtentia eſt alia & alia per differentiam indiuidualem, quæ ſubſtantialis eſt. quas modi intrinſeci ſequuntur & ſic multi modi intrinſeci aliarum realitatum ſuppoſitalium non poſſunt eſſe idem realiter: at modi intrinſici vnius realitatis ſuppoſitalis cum per eandem ſuppoſitentur idem ſunt in vno ſuppoſito realiter.

Concupiſcentia. EST ne aliquod aliud correlarium hanc ad identitatem patefaciendam.

Veritas. EST aduc tertium correlarium: quod ſuperius quodlibet idem realiter eſt cum ſuo inferiori, cum vnam non habeat realitatem formaliter poſitiue exiſtentem ſine alio ſit aliquo modo ſe iungunt, hoc ſecundum propriam exiſtentiam nequaquam in inferioribus enim in ſupiora exiſtunt. Vnde ſequitur quod ſi vnum ex duobus, ſaltem exiſtere nequeat, illa eadem realiter ſunt: pro cuius declaratione eſt aduertendum, quod realitas formaliter poſitiuè nihil aliud eſt, niſi entitas quædam ſecundum propriam formam & realitatem actualiter poſitiuéque exiſtens, & quia nulla ratio vniuerſalis exiſtere poteſt ſine exiſtentia partium & particularium, non ideo exiſtit homo: quia hic & hic homo exiſtit: ob id particulares ſubſtantiæ vocantur primæ ſubſtantiæ, & vniuerſales ſecundæ: at de

at de exiſtentia ipſorum particularium eſt loqui dupliciter, aut pro vt eſt hæc, vel illa exiſtentia preſciſè talis, & ſic vniuerſale non habet exiſtentiam per particularia: quoniam ipſum poteſt eſſe, dato quod hoc, vel illud non exiſtat: vel eſt loqui de exiſtentia in ſe particularium, & cum vniuerſale idem ſit quod particulare præſciſum ab ecceitate & nunchitate. Idem enim non poteſt eſſe ſine ſeipſo. Vnde ſequitur quartum correlarium, ſcilicet quod illa quæ ſunt in potentia obiectiua, nec ſunt idem realiter: nec diſtinguntur realiter. Vt creaturæ antè mundi conſtitutionem in mente diuina, quarum quadruplex eſſe aſſignatur. Primum eſt eſſe exiſtentiæ, correaliter & cum ratitudine exiſtunt. Secundum eſt eſſe eſſentiæ & quiditatiuum: quod eſt eſſe præſciſum ab hic & nunc. Tertium eſt eſſe in creatura intellectuali cognoſcente. Quartum eſt eſſe in Deo: in quo etiam quadruplex eſſe habent, ſcilicet virtualiter. Primo, quod eſt eſſe in producente principio. Secundo actualiter ſicut in cauſa conſeruatiua. Tertio eſt eſſe exemplariter, vt in eſſe exemplari exprimitiuo. Quarto autem eſt eſſe eminenter, vt in eminentiſſimo & perfectiſſimo continente, quod eſt ratione diuinæ eſſentiæ, quæ omnia eminenter continet. Hoc igitur eſſe creaturæ in mente diuina, in potentia obiectiua dicitur, in quantum non habet actualem exiſtentiam. Sed poteſt eſſe & habere, ob id entitates in potentia obiectiua non diſtinguntur realiter, nec ſunt idem realiter. Primum patet non in exiſtentia

propria

propria, ſed in eſſentia diuina ſunt: at ad diſtinctionem realem requiritur diuerſa exiſtentia actualis, qua vnum poſſit eſſe ſine alio. Secundum patet quia vnum non eſt aliud: imo illudmet quod eſt in potentia diſtinctum ſit in actuali exiſtentia diſtinctum. Ad identitatem realem, & diſtinctionem requiritur, quod vtrumque extremum ſit aliquid poſitiuum exiſtens. Vnde ille reſpectus eſſentiæ repertus in Deo conſiderante eius eſſentiam, vt imitabilis à creatura, ſcilicet à leone & capra, non eſt realiter idem ipſi Deo: tum quia reſpectus rationis eſt ens rationale, quod non identificatur cum ente reali, tum quia eſt per comparationem ad ea, quæ ſunt ad extra. Quaproter cum paſſio ex intrinſicis principiis ſubiecti ſit pullulans, non ſicut eſt calor ab igne, qui per realem actionem cauſatur, ſed tanquam id quod per naturalem ſequelam aliquid ſequitur. Vnde ab eo ſeparari non poteſt ob id concluſionaliter dico, quod quando aliquid non poteſt ſeparari ab altero: neque eſſe ſine contradictione, illa eadem realiter ſunt.

De diſtinctione reali.

CAPVT XXV.

Concupiſcentia. PEROPTAREM libenter, ſi tibi placet, vt vias per quas identitas realis inueſtigatur ac diſtinctio ſibi oppoſita, ſed primitus edoceto amabo, quid eſt diſtinctio realis.

Veritas. EST alietas aliquorum, quorum vnum non eſt

eſt aliud, ſed vnum ſingulare & ſimpliciter vnum eſt vtrumque: vel ſine contradictione vnum poteſt ſeparari ab alio & ſeparatim exiſtere ſine illo, aut vnum eſt terminus dependentiæ reſpectu alterius. Ex qua deſcriptione eſt aduertendum, quod diſtinctio realis, alia eſt realis, non eſſentialis, & hæc eſt qua vnum negatur de alio: itaquod vnum non eſt aliud: tamen cum hoc ſunt vnum ſingulare & ſimpliciter vnum: & hoc modo perſonæ diuinæ diſtinguntur realiter, ſic & relationes oppoſitæ, vt generatio actiua, & ſpiratio paſſiua, nec non relationes diſparatæ, quæ non conueniunt eidem ſuppoſito. Nam pater, non eſt filius, & paternitas non eſt filiatio. Alia eſt diſtinctio realis eſſentialis: & talis eſt qua vnum non eſt de eſſentia alterius, & è contra. quare vnum poteſt eſſe ſine alio: & hoc modo realiter diſtinguntur ſubſtantia ab accidente, vel quod reſpectiuum ſit, vel abſolutum. Vnde dicitur: diſtinctio realis eſt qua vnum ſine contradictione poteſt ſeparari ab altero: & hoc quo ad ſubſtantiā, & accidens reſpectiuum, quod actualiter eſt in ſubiecto, vel ſeparatim exiſtere: & hoc quo ad accidens abſolutum, vt patet de accidentibus in ſacramento altaris. Et vnum & vnum eſt terminus dependentiæ reſpectu alterius, & ſic totum diſtinguitur realiter à ſuis partibus ſimul ſumptis. Nam terminus dependentiæ non eſt id quod terminatur.

Concupiſcentia.

Eſt ne locus aliquis in doctrina Ariſt. qui de identitate vel diſtinctione reali mētionē faciat.

Veritas.

Ni fallor realem identitatem expreſſam in

verbis ipſius comperio. Nam dicit quod ideo ens homo vt vnus homo ſunt idem realiter:quia non ſeparantur in generatione & corruptione. Vnde valet hæc conſequentia ens homo,& vnus homo non ſeparantur in generarione & corruptione: ergo ſunt vna res realis. Diſtinctio autem realis habetur ex his: quæ ipſe dicit in primo Phiſicorum,vbi vult quod materia eſt in aliquo inſtanti, in quo non eſt forma,quare ab ea realiter diſtingui. Viæ autem quibus identitas realis nec non & diſtinctio realis inueſtigatur, ſunt quatuor primo per viam originis. Nam quando vnum originat alterum vt quod: realiter diſtinguntur, quæ vero non ſunt huiuſmodi: quia vnum non originat reliquum realiter non diſtinguntur. Secundo per viam generationis, ſcilicet cum vnum ab altero generatur. Realiter diſtinguntur. Quæ vero non ſic ſe hebent realiter ſunt eadem. Tertio per viam corruptionis, quando videlicet vnum corrumpitur,altero non corrupto,realiter. Illa diſtinguntur:ſed ab oppoſito, cum ad corruptionem vnius aliud corrumpitur: eadem talia ſunt realiter. Quarto per viam ſeparationis, vt quando aliqua ſunt ab inuicem ſeparabilia. Realiter diſtinguntur,ſic è contra quæ non ſunt ſeparabilia, & ſeparatim comſeruabilia eadem ſunt realiter.

4. Metap. tex. cõ. 3.

tex. co. 6.

CAPVT XXVI.

MAGNAM vim habet ad coadunandas amicitias ſtudioſorum ac naturæ ſimilitudo. Nam aliud niſi hoc eius natura, ipſius proprietates,& continuæ vigiliæ expoſtulant Propterea his diebus collocuturam ipſam, cum tua concupiſcentia eidem tribuiſti. Ob id ſi hactenus difficilimas res & altiſſimas materias cum perſcrutata ſis,tantum vt rebus finem, & laboribus requiem reſtat vt tribuas. Viſo ergo de identitate & diſtinctione reali, quid identitas eſſentialis ſit ſcire cupio. *Concupiſcentia.*

EST non alietas extremorum, ex natura rei actu ſeparatorum vel ſeparabilium, neque ſeparatim conſeruabilium. Dico enim non alietatem extremorum ex natura rei, actu ſeparatorum, ad diſtinctionem identitatis totis obiectiue. quæ non eſt alietas extremorum conuenientium in conceptu reali ex natura rei. Vnde illa talia ex natura rei actu ſeparata ſunt. Dico extremorum ſeparabilium, ratione ſubiecti & propriæ paſſionis: quæ licet extrema actu ſeparata non ſint:nihilominus ſeparabilia ſunt,cum vnum nō ſit de eſſentia alterius quiditatiue licet bene aliquid ſit de eſſentia alterius additaliter. Dico ſeparatim conſeruabilium, propter materiam & formam,quæ quo ad reſpectum actus & potentiæ ſeparatim conſeruari non poſſunt. Eo quod de ratione actus eſt,quod ſit in ea eſſeitate, *Veritas.*

cuius eſt actus & de ratione potentiæ eſt, quod ſit actui vnica. Inde materia non poteſt eſſe ſine forma: intelligentes tamen materiam, vt formæ eſt materia, & formam vt materiæ eſt forma: non autem, vt materia ipſa eſt terminus creationis per ſe exiſtens, & de facto creata ſine aliqua forma particulari. Omnia enim ex ipſa concreata ſunt. Vnde antequam aër eſſet, aqua, terra & ignis, formaliter ſcilicet ignis, terra, aer & aqua, materialiter erant in eſſe. Ob id capiendo materiam pro per ſe potentia, & formam pro per ſe actum: Materia non poteſt eſſe ſine forma: quia eſſe eſt à forma. Sed concipiendo materiam pro fundamento reſpectus, ſcilicet prout materia eſt fundamentum potentialitatis, & forma prout eſt eſſentia in qua fundatur reſpectus actus, quod eſt conſiderare ipſas in ſuis eſſentiis in ſe: ſic materia poteſt eſſe ſine forma, tum quia ſunt eſſentiæ realiter diſtinctæ, & realitatem naturæ communis non habent: quare vna non poſſit eſſe ſine alia, tum quia materia eſt prior forma, & ipſa de potentia eius educitur: & quia prius poteſt eſſe ſine poſteriori, cum non dependeat ab eo tali: materia eſt ipſa forma prior, non ſolum quo ad eſſe potentiale, ſed etiam quo ad eſſe exiſtentiæ, quod eſſe dat materiæ, vt poſſit eſſe ſine forma. Nam materia diſtinguitur à forma. Si hoc concedis tunc arguo: omne quod diſtinguitur ab alio per propriam rationem ſui eſſe diſtinguitur ab eo tali, quod non eſt ipſum. Sed propria ratio rei eſt ab exiſtentia rei, vel à ratione formali rei, materia non diſtin-

guitur

guitur à forma per rationem formalem, quia ratio formalis eſt à forma, & ſic diſtingueretur à forma antequam eſſet forma. Ergo per rationem propriæ exiſtentiæ, ſi autem diceres quod diſtinguitur à forma per propriam rationem, ſcilicet potentialitatis: tunc arguo ſic. Potentialitas eſt reſpectus materiæ, & non materia: ſed nihil diſtinguitur per id quod non eſt de intrinſeca ratione rei, quia eodem res conſtituitur principio, & diſtinguitur. Item ſequeretur quod materia in aliquo tunc diſtingueretur à forma & in aliquo tunc non diſtingueretur, quod eſt falſum: falſitas patet, ſequela probatur: quia materia eſt in potentia reſpectu formæ, quam non habet, ergo ea exiſtente in materia: materia non eſt amplius in potentia. Sed diceres quod materia reſpectu formæ habitæ non eſt in potentia, ſed bene ratione formæ habendæ. Ergo potentialitas materiæ eſt ob imperfectionem formæ: ſed poteſt reperiri aliqua forma: & de facto eſt, quæ ſatiat appetitum materiæ, vt eſt forma cœli. Ergo potentia materiæ poteſt eſſe, & non eſſe: maxime cum materia cœli ſit eiuſdem rationis, cum materia horum inferiorum. Nam vnum eſt efficiens primum, vna forma prima, vnus finis primus. Ergo & vna materia prima. Quare patet quod non repugnat materiæ poſſe eſſe ſine forma, licet non ſit de facto. Sed pro declaratione huius identitatis, vel diſtinctionis notitia, eſt notandum, quod duplex eſt ordo: eſſentialis, ſcilicet ſecundum quid vnus, & alius ſimpliciter: ordo

eſſentialis, primo modo eſt, quando, quod eſt hoc aliquid ab hoc, non poteſt eſſe ſine eo à quo eſt ſecundum ſe, licet poſſit eſſe per poſſe ſupra ſuam naturam, & per potentiam diuinam. Sicut de accidente reſpectu ſubſtantiæ, ſaltem de accidente abſoluto quod ſine ſubſtantia eſſe poteſt, vt de facto eſt in ſacramento euchariſtiæ: & hoc ideo quia quicquid poteſt cauſa prima, cum cauſa ſecunda poteſt per ſeipſam: ſed Deus poteſt, & facit realiter, quod accidentia ſubſiſtant per ſubſtantiam: ergo & quod per ſeipſa. Nam eſſentialiter à ſubſtantia alietatem habent, ergo & exiſtentiam habere poſſunt, cum extra influentiam cauſæ primæ non ſint. Ordo verò ſecundo modo eſt inter illa, quæ ſic ſe habent, quod implicat contradictionem, etiam per quamcunque potẽtiam. Hoc quod eſt ab hoc eſſe præter id à quo eſt, quia poſterius ad prius eſſentialiter dependet & dependere de eſſe ipſius eſt, ac eadem ipſi vt tale eſt, cuiuſmodi inter Deum & creaturam eſt ordo: inter partes & totum. Ob id identitas eſſentialis multiplex eſt. Vna, qua aliqua identificantur vni eſſentiæ ſingulari & ſuppoſitali, ita vt vnum non eſt ſine alio: licet non repugnanter poſſit eſſe quod prius eſt ſine eo quod eſt poſterius & hoc modo identitas eſſentialis eadem eſt cum identitate reali. Vnde eadem eſſentialiter ſunt ſubiectũ & propria paſſio. Alia eſt identitas eſſentialis ſecundum quid, & talis eſt illa, qua vnum ex ſe non poteſt eſſe ſine alio, licet poſſibile eſt eſſe. vt accidẽs, & eius inherentia, ad ſubiectum, cum eſſe accidentis ſit in

ſubiecto

ſubiecto eſſe, quod per potentiam diuinam poteſt eſſe ſine illo. Alia autem eſt identitas eſſentialis ſimpliciter, qua vnum non poteſt eſſe ſine alio omnimodè, hoc eſt per quamcunque potentiam, & hac identitate ſunt eadem creatura & ipſius dependentia ad Deum: ac totum & partes. Tandem eſt alia identitas eſſentialis non realis, qua aliqua identificantur vni eſſentiæ ſimpliciſſimæ & perfectiſſimæ ipſis communicatæ, cuiuſmodi perſonæ diuinæ ſunt eadem eſſentialiter: cum qua identitate ſtat alietas perſonarum: quod euenit ob perfectiſſimum eſſentiæ diuinæ modum communicabilitatis. Nam cum ipſa ſit bona magna, æterna, potens, habet communicare bonum magnum, æternum potentem. Vnde eiuſdem ſunt naturæ communicans, res communicata & res communicabilis, cum modo communicandi: qui vel eſt per modum naturæ, vel per modum voluntatis. Communicans non eſt communicare, vel res cui communicatur per modum intellectus, nec communicare, hoc, eſt res cui communicatur per modum voluntatis, & quia eadem eſt res quæ communicatur communicanti, & illi cui per intellectum communicatur, & illi per modum voluntatis, ipſis realiter diſtinctis erunt eadem eſſentialiter & non realiter.

QVID eſt diſtinctio eſſentialis. *Concupiſcentia. Veritas*

EST alietas aliquorum extremorum connotantium alias eſſentias & naturas eſſentialiter impermixtas. Vnde vnum non eſt de intrinſeca ratione alterius, cuiuſmodi Deus, creatura, & decem prædicamenta alietatem habent, hancue

1. poſteriorũ textu comment. 35 diſtinctionem tetigit Philoſophus dicens: quod eſſentiæ prædicamentorum ſunt impermixtæ, hoc eſt non ſunt mixtæ eſſentialiter, ſed diſtinctæ, & alibi: illa ſunt eſſentialiter diſtincta quorum vnum poteſt eſſe ſine altero.

7. ther. cap. 3.

Concupiſcentia. Veritas.

Qvae in diuinis diſtinctio eſt.

Ad hoc dico, quod deitas ipſa poteſt conſiderari quatuor modis, vel in ordine ad creaturas: & ſic in diuinis eſt eſſentialis diſtinctio: quoniam natura Dei eſt independens, & ex ſe ens. Natura vero creaturæ eſt dependens & ab alio ens. At eſſe independens & ex ſe ens, non eſt eſſentialiter id quod eſt dependens, & ab alio ens: ſecundo modo cõſideratur in ordine ad ea quibus communicatur: & ſic formaliter diſtinguitur: quia res quæ communicatur eſt abſoluta entitas, res vero cui communicatur præter principium abſolutum & eſſentiale, habet connotare reſpectum & relationem: ſed ſimpliciter abſolutum, quod ad ſe eſt, non eſt res formaliter & ex natura rei res reſpectus, quæ eſt formaliter ad aliud. Tertio modo conſideratur deitas ſuppoſitaliter vt à ſe eſt originatiue & non ab alio vel vt eſt ex ſe formaliter & ab alio originatiue, & cum alio habet originare: vel vt eſt ex ſe formaliter & ab alio originatiue, at cum alio non habet originare, & ſic in diuinis eſt diſtinctio realis. Quarto modo poteſt conſiderari in ordine ad modos quibus communicatur. Vnde dicitur memoria fœcunda, vel voluntas fœcunda: & ſic modalis ibi eſt diſtinctio. Præterea aduertendũ eſt, quod pater, filius, & ſpiritus:

ritus ſanctus non diſtinguntur rebus fundamentalibus: quia illæ ſunt eſſentiales, tamen diſtinguntur rebus formalibus, id eſt, actualibus, cuiuſmodi eſt paternitas, filiatio & ſpiratio. *Concupiſcentia.*

QVIBVS, igitur viis eſſentialẽ hanc diſtinctionem inueſtigare potero. *Veritas.*

QVATVOR ex communi doctorum vſu eſſe collegi. Prima eſt generationis, ſcilicet vno genito altero nõ genito eſſentialiter diſtinguntur. Secũda eſt via corruptionis, vt vno corrupto, altero in ſua formalitate exiſtẽtiæ manẽte eadẽ hac diſtinctione alietatẽ habẽt. Tertia eſt via originis, vt originans & originatum per motum & mutationem, vel per ſimplicem emanationem: non autem per fæcundiſſimam pullulationem eſt intelligendum. Exemplum primi, de ſole & homine. Exemplum ſecundi, de ſole & eius lumine, quæ eſſentialiter diſtinguntur. Exemplum tertij, vt pater & filius, qui generans & genitum ſunt vi originis: Et quia per fœcundiſſimam pullulationem vnam habent communicatam eſſentiam, realiter diſtinguntur cum vnitate eſſentiæ & naturæ. Quarta eſt via ſeparationis & ſeparatæ exiſtentiæ, vt quæcumque ſeparatim exiſtere poſſunt, quia vnum poteſt eſſe ſine altero, illa eſſentialiter diſtinguntur.

De identitate & diſtinctione totis ſubiectiue.

CAPVT XXVII.

VISO de identitate eſſentiali. Quid identitas totis ſubiectiue ſit concipere vellem. *Concupiſcentia.*

NOTANDVM eſt primo, quod triplex eſt *Veritas.*

realitas, ſubiectiua ſcilicet, potentialis, tanquam potentia, & actualiſſima. Potentia primo modo eſt entitas quędam, per ſe ſubiecta vel ſubiectabilis, cum rationibus extenſiuis, alteri realitati poſitiue. Ex quibus fit alia tertia entitas. Cuiuſmodi eſt materia prima ex qua & forma, omne corpus mobile, eſt in eſſe. Penes quam realitatem, omnia corpora ſuperiora, & inferiora eadem ſe totis ſubiectiue ſunt. Hæc ergo identitas, eſt non alietas, aliquarum entitatum habentium eſſe ex eadem realitate ſubiectiua, & potentiali. Realitas ſubiectiua tanquam potentia illa eſt, quæ cum alia realitate, vt actus formalis eiuſdem eſſentialiter conſtituitur aliqua entitas abſoluta: vt ex poſitiuo & priuatiuo ſecundum quam, omne ens citra primum ens & cauſam, vniuerſalem, eſt dependens, & conſtitutum, quantumcunque ſimplex ſit, vt angelus, & anima: quæ ſimplices ſunt, vt ſimplex opponitur compoſitioni ex re, & re poſitiuè, & exiſtentiatiuè, cuiuſmodi ſunt compoſita & materia, & forma. Non autem vt ſimplex opponitur compoſitioni ex realitate, & realitate, cum in ſuo eſſe reali, & entitatiuo tales ſubſtantiæ concernant realitatem actualem, qua ſunt, & realitatem potentialem, quare dependentia à primo ente ſunt: ideo omnem entis perfectionem non includunt. Entitas ſubiectiua actualiſſima, eſt quiditas & eſſentia puriſſima, infinita, independens, qua vt principio formali vnum quodque in diuinis habet eſſe, ac terminus formalis actionum diuinarum, ſcilicet generationis, quæ eſt

emana

emanatio per modum naturæ , & productionis, quæ eſt emanatio per modum voluntatis. Eſt ergo identitas totis ſubiectiue illa, qua aliqua realiter ſubiectantur in vna natura communi potentiali, quæ eſt potentia. Cuiuſmodi dico correlarie primo: quod quæcunque naturam hanc potentialem & ſubiectiuam participant, habentque eadem ſe totis ſubiectiue ſunt: & ſic corpora ſuperiora , ſcilicet ſupralunaria., & inferiora, quæ ſublunaria dicuntur, cum materiam eiuſdem rationis , concernant includantue, ſe totis eadem ſunt, è contra tamen quæ hanc realitatem ſubiectiuam non habent, nec participant eo modo quo ſunt ſubſtantiæ immateriales , non poſſunt dici eadem ſe totis ſubiectiue cum ſubſtantiis materialibus: quia realitatem ſubiectiuam, potentialem vtrique realitati formali talium vt terminum communem non habent.

Poſſunt forſitã ſubſtãtię immateriales, & materiales aliquo modo ſe totis ſubiectiue eſſe eadẽ. *Concupiſcentia.*

SI eorum quæ ſupra dixi non es immemor; *Veritas.* ratione realitatis ſubiectiuæ tanquam potentia, omne quod eſt citra Deum ens & res, vel quod materiale ſit, vel immateriale vnum ſunt ſe totis ob id ſubſtantiæ ſpirituales , & materiales eadem ſe totis ſubiectiuè ſunt in realitate ſubiectiua tanquam potentia : quæ eſt realitas, cum alia realitate compcnibilis, ex quibus vt priuatiuo, & poſitiuo, ſeu eſſe, & eſſentia fit entitas tertia abſoluta. terminus quod. vtriuſque realitatis. Quoniam omne ens citra Deum dependens eſt, vnde includit realitatem qua eſt, & realitatem, vt ab

vt ab alio eſt. Ergo ſe totis ſunt in illa realitate, qua ab alio ſunt.

Concupiſcentia. SVNT nè perſonæ diuinæ eadem ſe totis ſubiectiuè.

Veritas. AB ſit? vt aliquid dicatur, quod per ſacram ſcripturam primo non inoteſcat, non enim inuentores. ſed auditores ſumus verbi: quamobrem cum ſimpliciſſimam, infinitam, ſubſtantiam independentem, à ſe ipſa per ſe ipſam, & ad ſe ipſam fides chatolica, eſſentiam diuinam eſſe confiteatur: non potentialis realitas eſt, nec tanquam potentia: & quia perſonæ diuinæ, ſunt ipſa eſſentia diuina, quæ non eſt entitas, ſeu realitas poſitiua potentialis, vel tanquam potentia: ergo non ſunt eadem ſe totis ſubiectiuè, aut in realitate potentiali, aut tanquam potentia: poſſunt nihilominus, dici, imo de facto, ſunt eadem ſe totis in realitate ſubiectiua actualiſſima, quæ communis eſſentia, eſt, & terminus formalis; quo vnum quodque in diuinis habet eſſe. Quibus his poſitis dicitur, quod identitas ſe totis ſubiectiuè eſt non alietas extremorum in aliquo conuenientium: quorum realitates ſimul eſſe poſſunt in eadem re per identitatem realem, vel per modum informantis, aut per modum informabilis: & ſic omnia in diuinis ſunt eadem totis ſubiectiuè: quia vni & eidem eſſentiæ æqualiter communicatæ identificantur: dixi per modum informantis, vel informabilis: hoc ratione omnium, quo ſunt in indiuiduis, vel vt ſuperiora prædicata quiditatiua: vel accidentalia. ſiue abſoluta, ſiue reſpectiua ſint, cum per modum

modum informatis & informabilis ſecundum quid eorundem rationes ſe habeant,quæ ſe totis ſubiectiuè identificantur. Vel identitas ſe totis ſubiectiuè eſt , non alietas extremorum quiditatiue conuenientium in aliqua potentialitate , per realitatem formalem & differentialem Ex qua diſcriptione collige hæc quæ ſequuntur correlaria , ſcilicet : quæcumque includunt idem genus quiditatiuè, ſunt eadem ſe totis ſubiectiue ſubſtantiatum ſub ſubſtantia , & corpus aliquod ſub corpore , & tale animatum ſub corpore animato &c. Dixi quæcunque : includunt idem genus quiditatiuè , reſpectu accidentium , quæ genus ſubſtantiæ denominatiuè connotant & includunt. Vt corpus albedo , ideoque ex hac deſcriptione habetur , quod quæ includunt aliquid denominatiuè non ſunt eadem ſe totis ſubiectiuè, niſi per eſſe eadem ſubiectiue illa intelligantur , quæ ſunt in eadem, re , vt per eandem rem ſubſtantia & cum eadem re exiſtentia. Quapropter eſſe eadem ſubiectiuè poteſt intelligi duobus modis , vel ſubiectiuè vt vna natura & eadem eſſentia : & ſic accidentia tum abſoluta , tum relatiua inter ſe & cum ſubſtantia non ſunt eadem ſe totis ſubiectiuè:quia rationes prædicamentales ſunt impermixtæ, vel poteſt intelligi eſſe eadem ſubiectiuè ſuppoſitaliter & cum ſuppoſitaliter aut ſecundum eſſe,aut ſecundum poſſe eſſe , aut non repugnanter poſſe eſſe: & ſic accidentia , vel quod abſoluta ſint , aut reſpectiua inter ſe & cum ſubſtantia ſunt eadem ſe totis ſubiectiuè. Ex quo habes quod eſſe in

ſubiecto capitur tribus modis: ſcilicet formaliter, cuiuſmodi ſunt accidentia reſpectiua de prædicamento relationis: potentialiter, vt ſunt accidentia abſoluta: & non repugnanter, vt ſunt accidentia, quoad ſex prædicamenta poſteriora, quæ ſunt actio, paſſio ſitus, habitus, vbi & quando.

De diſtinctione & identitate totis ſubiectiuè.

CAPVT XXVIII.

Concupiſcentia. *Veritas.*

QVID eſt diſtinctio ſe totis ſubiectiuè?

Ex iis quæ ſuperius edocui ſcire quàm optime poſſes quid ſe totis diſtinctio ſit: tamen clarius rem ſcrutans dico quod eſt alietas aliquorum: quæ in nulla potentiali realitate conueniunt contrahibili per realitatem differentiæ. Propterea ex his concipias hæc correlaria ſequētia: ſcilicet quod Deus & creatura, ac decem prædicamenta hac diſtinctione diſtinguntur & alietatem habent. Nam Deus in nullo eſt prædicamento, conſiderando prædicamentum quo ad modum prædicamenti, quæ eſt ordinabilitas prædicabilium ſecundum ſub & ſupra, & penes determinatiuitatem poſitorum, vel ponibilium: & ſic ſubſtantię finitæ & compoſitæ ſunt in prædicamento. Tamen conſiderando rem prædicamenti Deus poteſt poni in prædicamento ſubſtantiæ. Secundum correlarium: perſonę diuinæ hac diſtinctione diſtinguntur, licet in indiuiduo conueniant, videlicet in diuina eſſentia ſingula

ſingulariſſima, quæ de ſe eſt ſummè hæc, nec eſt potentia, nec quaſi potentia, nec fundamentum, vel ſubiectum: hoc tamen non obſtante quo ad perſonas per relationes determinatur, quæ relationes non ſunt actus perficientes eſſentiam: quare aduertas quod perſonæ diuinæ ſunt in indiuiduo, non pro vt indiuiduum idem eſt, quod conſtans ex proprietatibus: ita quod proprietates conſtituant in indiuiduo eſſentiam diuinam: & ſic compoſitam, quod eſt falſum, cum ſit actus purus: ſed dicitur perſonas eſſe in indiuiduo appropriatiuè, vel aliqualiter, quaſi quod perſona diuina in eſſentia ad modum partium eſſentialium in ſuppoſito: perſonæ enim ex eſſentia & relatione contiſtuuntur: vt ex eſſentia tanquam principium formale, & relatione, vt principium diſtinctiuum vnius perſonæ ab altera perſona: vel dicendum quod indiuiduum poteſt conſiderari duobus modis, aut ſecundum ſe, aut quo ad ea per quæ eſt: quantum enim ad ea per quæ eſt, indiuiduum dicit compoſitionem & ſic perſonæ non ſunt in eſſentia, vt in indiuiduo: benè tamen concipiendo indiuiduum, quo ad ſuam rationem formalem: & ſic ipſum ex duplici negatione eſt, ſcilicet ex indiuiſibilitate, quo ad in ſe, & diuiſibilitate, quo ad aliud. Prima ratio eſt reſpectu eſſentiæ ad perſonas diuinas, in qua ſunt, vt in indiuiduo, ſcilicet in re indiuiſa & æqualiter communicata. Secunda ratio de eſſentia in ordine ad creaturas: & ſic perſonæ ſunt in eſſentia, vt in indiuiduo, quaſi in vna eſſentia, & cum vna eſſentia & vna eſſentia diuiſa, ab his,
quæ

quæ ſunt citra Deum eſſentialiter.

Concupiſcentia. SVNT ne aliquæ viæ, quibus identitatem totis ſubiectiuè ſcrutari valeam.

Veritas. LICET ex habitis multas colligere poſſes: tamẽ hanc vnã notato, qua de facili alias omnes cognoſces, ſcilicet: quod diſtinctio ſe totis ſubiectiue eſt illa, quæ cadit inter ea, quæ ita ſe habent quod eorum realitates ſunt diſtinctæ numero, vt duo indiuidua. Ita è contra: quæ non ſunt realitates numero diſtinctæ, eadem ſe totis ſunt. Identitas hæc habetur ex Ariſtotele, qui vult, quod illa ſunt eadem ſubiectiue, quæ in vno genere conueniunt. Diſtinctio autẽ colligitur ex his, quæ in prædicamentis docet. Vnde aſſerit diuerſorum generum non ſubalternatim poſitorum, diuerſæ ſunt ſpecies differentiæ. *5. mat. tex. com. x.*

De identitate & diſtinctione totis obiectiue.

CAPVT XXIX.

Concupiſcentia. POSTQVAM de identitate & diſtinctione ſe totis ſubiectiuè diſſeruimus, cuius fundamentum realitas quædam ſubiectiua potentialis contrahibilis per differẽtias formales, eſt: aggrediendum, puto de identitate & diſtinctione totis obiectiuè diſſerere, & determinare. Cum ſe totis obiectiuè idem connotet, quod habere rationem obiectiuatam, vel obiectiuabilem ad potentiam: quæ ſupponit realitatem ſubiectiuam, non ſolum fundamentaliter, ſed etiam formaliter. Propterea poſt ipſam, & in vltimo loco, de ea agitandum

tandum eſſe ſibi vendicat. quid ergo eſt identitas ſe totis obiectiuè.

Notandvm eſt primo, quod realitas obiectiua dicitur, vel quæ poteſt eſſe & terminare actum agentis, vel quæ poteſt terminare actum alicuius potentiæ: Ideoque duplex eſt realitas obiectiua, quædam rei eſſentiæ vt exiſtit, vel ſubſiſtere poteſt cuiuſmodi omnia entia citra Deum ante mundi conſtitutionem habebant eſſe, quædam vero eſt realitas obiectiua rei eſſentiæ, vt eſſentia eſt, vel coeſſentia, aut aliqualiter eſſentia: & ſic quod poteſt intelligi habet realitatem obiectiuam: Ideoque cum res quæ poteſt intelligi ſit tripliciter, vel per ſe, vt quiditates ſunt ſubſtantiales & entitates abſolutæ, vel poteſt intelligi cum alterius intellectione, cuiuſmodi ſunt quiditates reſpectiuæ, quæ vocantur coeſſentia, aut poteſt intelligi ad alterius intellectionem, vt ſunt ſecundo intellecta, quæ appellantur aliqualis eſſentia: ideoque ratio obiectiua, quo ad eſſentiam ſecundo modo triplex eſt, ſcilicet vt eſſentia, inquantum coeſſentia, & adeſſentia.: notandum eſt ſecundo, quod identitas ſe totis obiectiuè, eſt non alietas extremorum in aliquo conceptu, non formali ſed obiectiuo reali conuenientium, *Veritas.*

Qvid ſit conceptus realis obiectiuus, & conceptus formalis ſcire vellem. *Concupiſcentia.*

Dvplex eſt Conceptus, ſcilicet formalis, & obiectiuus, conceptus formalis eſt actus intelligendi, quo intellectus intelligit: & talem penes conceptum non eſt identitas totis obiectiuè, eo quia in tali identitate quam plura quæ alium *Veritas.*

& alium modum intelligẽdi habent, conueniunt: cum proprium eſſendi gradum habeāt: vnde duo habent connotare, ſcilicet eſſeitatem, & hanc eſſeitatem: & quia res ſicut ſe habet ad eſſe, ſic ſe habet ad veritatem. Quapropter cum multa identicè obiectiuè conueniant, quæ diuerſum modum eſſendi habẽt, non quo ad eſſe ſimpliciter, in quo omnia ſunt vnum, ſed in eſſe formali & graduitatis: igitur & talem modum intelligendi: & ſic eadem ſe totis obiectiuè eſſent ſe totis diſtincto obiectiuè coimplicat. Conceptus vero realis obiectiuus ille dicitur, qui eſt præciſus à tali & tali ente, non concipientes entium funditus naturam ſecundum propriam rationem & formalem gradum eſſendi: & quia intellectus de illo conceptu poteſt eſſe certus cum dubietate, aut ſit finitus, vel infinitus, reſpectu eorum à quibus abſtraxit conceptum communem in quo eſt certus: Itaque illa entitas concepta, vt præciſa ab hoc, vel ab illo ente cum verè ſit obiectiuata vel obiectiuabilis eſt: Ita quod actu intellectus terminari poteſt. Vnde his poſitis ſit primum correlarium, videlicet: quod Deus & quæ ab illius potentia de nihilo ad eſſe redacta ſunt, quæ creaturæ dicuntur: cum in vno atque eodem entis conceptu conueniant, ſunt eadem ſe totis obiectiuè: ens enim vniuocum prędicatum de Deo, creaturis, & decem prædicamentis eſt, non autẽ vniuocè dicitur de illis: nam aliud eſt vniuocum prædicatum, & aliud quod vniuocè prædicatur, vniuocum autem prædicatum eſt vnitas cõceptus obiectiui immediate abſtracti ab his quibus eſt taliter vnus: & ſic cum

à Deo,

à Deo, creaturis & decem prædicamentis, quæ entia ſunt abſtrahitur conceptus entis, ille talis conceptus abſtractus vniuocum prædicatur: vniuocè autem prædicari, eſt rationem prædicati includi in ratione ſubiecti ad tale cōtrahibilis, per differentias formales:& ſic illud vniuocè dicitur, quod ſecundum rationem alicuius quinque prædicabilium aſſignatorum dicitur: cuiuſmodi eſt omne ens finitum prædicamētale. Secundum correlarium eſt: quod omnia decem prima principia diuerſitatis rerum, non funditur conſiderata ſecundum naturam propriam, ſed formaliter, vt ab ipſis intellectus formaliter contrahit conceptum entitatis, hac identitate, ſcilicet ſe totis obiectiuè, ſunt eadem. Vnde aduerte accuratiſſimè, quod licet huiuſmodi conceptus entis de Deo, Creaturis & decem prædicamentis dicatur, ob id quid formaliter ad Deum ſuperius dici non poteſt. Nam Deus primum ens eſt, prima cauſa, primum mouens, primum efficiens atque entitas prima, ſimpliciſſima, & abſolutiſſima nullā ſupra ſe entitatem ammittens: aliquo tamen modo ſupra Deum eſt ſecundùm noſtrū confusè concipiendi modum: ſed apud diuinum intellectum clare & diſtinctè vnico infinitum, omnia in ſeipſo concipientem. Huiuſmodi conceptus Deo communis, creaturis & decem prædicamētis dari non poteſt. Tertium Correlariū hoc eſt, ſcilicet quod cuncta entia, de quibus aliquod prædicamentum limitatum dicitur (vt puta) quæ conueniunt ſub conceptu ſubſtantiæ, ſunt eadem hac identitate, vt homo, capra, &c. de quibus ſubſtantia dicitur.

Concupiſcentia. Eſt ne aliquis locus, in quo de hac identitate, & de ipſius oppoſito, ſcilicet ſe totis obiectiuè diſtinctione Ariſtoteles mentionem fecerit, vt cæteris non ſolum mihi ſatisfacere poſſim.

Veritas. Aristoteles habet aſſeritque: quod quæ ſunt genere eadem: ſunt & proportione, hoc eſt vt inquit Auarrois: quæ ſunt eadem ſubiectiuè, ſunt eadem obiectiuè, & alibi dicit, quod ſubiectum non prædicatur per ſe primo de paſſione, ex quo habetur, quod aliquid non prædicari per ſe de aliquo non eſt, niſi quod ex his non poteſt abſtrahi vnitas conceptus realis.

5. metap. tex. cõ. 12. 7. metap. tex. cõ. 4. 17.

De diſtinctione totis obiectiuè.

CAPVT XXX.

Concupiſcentia. Scire peroptarem, ſi ſuæ correſpondet voluntati, quid diſtinctio totis obiectiuè ſit.

Veritas. Eſt alietas extremorum in nullo quiditatiue communi conuenietium, eo quod illa eſt quæ cadit inter ea, quæ non in aliqua realitate conueniunt, vel quiditatiua ratione, vel conceptu vniuoco & reali, vt duæ vltimæ differentiæ: ſed vt penitus hoc intelligas, ſit hoc primum correlarium, paſſiones entis à ſe inuicem & habente ſe totis obiectiuè diſtinguntur, ac à qualibet parte ſubiectiua entis: quoniã ſi ens de ipſis quiditatiuè non prædicatur, nec quiditatiuè aliud habente de ipſis dici debet: nihil enim præter ens eſt, ens autem vt Philoſophus dicit: & quod de eo dicitur, in nullo quiditatiuè cõmuni conueniunt, quod fortè etiam

de

de paſſionibus ſpecificis dicendum erit:vnde conceptus earum erunt ſimpliciter ſimplices, vt conceptus entis tranſcendentis.

Qvid eſt conceptus ſimpliciter ſimplex. *Concupiſcentia. Veritas.*

Notandvm eſt quod ſimplicitas oppoſita eſt cōpoſitioni,& Cōponibilitati:quare cōpoſitio duplex eſt, ſcilicet, ex his,& compoſitio cum his, quæ dicitur reſpectu realitatis actu non continentis pluras partes, ſed bene potentia: & ſic quodcumque componibile poteſt dici includere compoſitionem cum his: compoſitio vero ex his eſt illa, quæ ex vnione duarum realitatum, quarum vna vt per ſe potentia, & alia vt per ſe actus: & hæc triplex eſt, ſcilicet rationis, realis, & realitatis: rationis ea ipſa dicitur, quæ eſt quiditas reſultans ex genere & differentia quæ vel difinitum, vel ſpecies dicitur. Realis vero eſt illa, quæ conſtat ex materia & forma: Ita quod eſt quædam tertia entitas reſultans ex materia & forma per ſe vnitis, tanquam ex per ſe potentia & ex per ſe actu quod triplex eſt. nam quodam conſtans ex his quatuor, ſcilicet exiſtētia actuali accidentibus conſequentibus talem exiſtentiā & differentiā indiuidualē qua eſt indiuiſum in ſe,& diuiſum à quolibet alio. ac ex natura ſpecifica, vt hoc aliquid. Aliud vero eſt quod conſtat ex exiſtentia actuali differentia indiuiduali & natura ſpecica. Aliud vero eſt quod conſtat tantum, ex natura ſpecifica & differentia indiuiduali vt aliquis homo. & ſic omne compoſitum eſt, ex materia & forma, vt ex principiis eſſentialibus, tanquam ea re potentiali, quæ materia eſt & re actuali,

quæ forma eſt:& hanc compoſitionem conſiderat Philoſophus naturalis prima verò logicus. Compoſitio vero realitatis, Illa dicitur, quę cõſtat ex duabus realitatib⁹, aut vt ex poſitiuo & poſitiuo aut vt ex poſitiuo, & priuatiuo vt eſt anima noſtra, & angelus. Vnde præſcisè deus eſt ſimpliciter abſtractũ quid à quauis compoſitione, actus puriſſimus exiſtens, vnico intuitu omnia intelligẽs, licet multiplicitatem rationũ formaliũ contineat, quæ compoſitionem vel componibilitatẽ non dicunt. vnde cum ſimplicitas cõpoſitioni & cõponibilitati oppoſita ſit: ideo ſimplex triplex eſt Quoddã eſt oppoſitum compoſitioni cum his. Ita quod ex ſe compoſitum non eſt, nec componibilitatẽ includit:& ſic eſt Deus benedict⁹. Aliud vero eſt ſimplex quod opponitur cõpoſitioni ex his: ita quod non eſt res compoſita, nec ex genere & differẽtia, nec ex materia & forma, neque ex actu & potentia, vt eſt eſſentia diuina omnino abſolutiſſima & ſimpliciſſima. Aliud vero eſt ſimplex, quod opponitur multitiplicitati rationũ formaliũ: quia vnico vltimo cõceptu concipitur, quo totaliter ſcitur, aut totaliter ignoratur:& ſic eſt conceptus entis, qui eſt ſimpliciter ſimplex. vnde quiditatiuè de paſſionib⁹ ſuis, & vltimis differentiis non prædicatur, cum deffinitio vel pars deffinitionis earum non ſit, nec ille de ipſo: aliter conceptum ſimplicem ſimpliciter, de ipſo non haberemus.

Secundum Correlarium eſt quod differentiæ vltimæ, quæ latent nos aut vltimitate ſpecificationis, cuiuſmodi ſunt differentiæ ſpecierum ſpecialiſſimarum quæ cum ita ſit ſpecies propter naturam

turam ipoſtaticam quam habent, non poſſunt eſſe genera & diuiſibilia eſſe diuiſione formali per differentias ſpecificas. Aut ſubalternarum differentiæ, quæ vltimatè ſpecificant & determinant naturam generis. Aut vltimæ differentiæ vltimitate determinationis cuiuſmodi ſunt differentię indiuiduales, quæ determinant naturam ſpeciei, ſunt ſe totis ſubiectiuè diſtinctę & primo diuerſę quod non eſt intelligendum diuerſitas talis, reſpectu materiæ & formæ, quæ licet in realitate & modo principiandi: quia vna, vt per ſe potentia, & altera, vt per ſe actus principient, quæ ſunt primo diuerſa, ſeu in cauſando, materia materiando, quaſi potentia exiſtẽs & in vtero formãs, conſeruans, & forma in formando, non tamen primo diuerſa ſunt: quia ſcilicet in nullo ſunt quiditatiuè conuenientia, cum in ente conueniunt. vnde eſt notandum quod materia & forma poſſunt conſiderari duobus modis. Vno modo ſecundum ſe, & quoad realitates entitatiuas: & ſic ſunt partes entis: & de ipſis ens quiditatiuè predicatur: & hoc modo non ſunt primo diuerſa: alio modo conſiderantur, inquantum altera earum per ſe potentia eſt, & alia actus: & ſic vna, vt materia & altera, vt forma: & hoc modo primo diuerſa ſunt. vnde dicit Ariſtoteles actus & potentia ſunt primo diuerſa. Ideo illa ſe totis diſtinguntur, de quibus non poteſt prædicari tale prædicatum quiditatiuè, exempli gratia ens & paſſiones: vnde ens & paſſiones entis habente ſe totis obiectiuè diſtinguitur: propterea quod non eſt aliquid reperire, quod de ipſis prædicetur. ſunt enim primo diuerſa

& non differentia, quaſi in aliquo differentia, & in aliquo conuenientia: omnis enim differentia differentium reducitur ad aliqua primo diuerſa. nam ſi Aegidius & Gregorius differunt per aliquid differunt. Et quia non eundum eſt ad infinitum, reducenda ſunt illa differētia ad aliqua primo diuerſa, quæ ita differunt, vt in nullo conueniant, vt Aegideitas & gregorietas. Quibus his poſitis reſtat, vt modum illationis & inferendi vnius diſtinctionis ex alia, vt huius paruuli tractatus & dialogi terminum tribuamus. vnde nota mi concupiſcentia perſpicaſſiſſima, quod modus illationis diſtinctionum talis eſt. Nam diſtinctio totis obiectiuè, infert diſtinctionem totis ſubiectiuè: & ſic aſſendēdo vnā, aliam infert. Exempli gratia accipiantur illæ duæ proprietates indiuiduales, vel differentiæ, ſcilicet Aegideitas & gregorietas quæ ſic diſtingūtur, ſunt enim omni alia diſtinctione diſtincta: eo quia, quę diſtingūtur per principiū magis diſtinctiuum & fundamentum aliarum diſtinctionum, per omnes alias diſtinctiones diſtinguntur: quia propter quod vnum quodque tale, & illud magis. Vnde hæc diſtinctio eſt maxima omnium diſtinctionum: ſicut oppoſita identitas eſt omnium identitatum minima, ſicuti oppoſita identitas. Regula enim hæc inferendi vnā diſtinctionem ex alia fallit in quibuſdam ab obiectiuè ad ſubiectiuè arguendo. Nam vltima differentia indiuidualis obiectiuè diſtinguitur: ſubiectiue tamen eadem exiſtentes: fallit etiam a ſe totis ſubiectiuę ad eſſentialem in diuinis. Nam ibi ſe totis ſubiectiue diſtinctio eſt cum idētitate eſſentiali:

fallit

fallit in ſuper à reali ad formalē. Nam Aegidius & Gregorius realiter diſtinguntur, non tamē formaliter, cum conueniant in formalitate, fallit etiam à formali ad modalem vt ita dicam: quia perſonę in diuinis formaliter diſtinguntur eędem modaliter exiſtentes: quia in modo infinitatis & exiſtentię conueniūt: fallit vltimo à diſtinctione ex natura rei ad rationem: eo quod ſecluſo opere intellectus, antecedens poteſt eſſe verum & conſequens falſum.

Poſtquam illationem, ac modum inferendi vnius diſtinctionis tetigeris, illationem identitatum exprimere ne dedigneris. *Concupiſcentia.* *Veritas.*

Identitas rationis accepta pro ea, qua aliqua habent eundem conceptum omnino indiſtinctum ex parte rei & ex parte intellectus, non autem pro ea, qua eſt inter aliqua, quæ in quadam rationis relatione conueniunt, cuiuſmodi ſunt realiter diſtincta: infert identitatem ex natura rei, & non è contra: ſic identitas ex natura rei, quæ eorum eſt in quibus ratio formalis vnius, eſt ratio formalis alterius, formalem infert identitatem, ſed non ècōtra. Nam ipſa poteſt eſſe reſpectu aliquorum, in quibus ratio formalis vnius, non eſt ratio formalis alterius, vt patet de ſuperiori ad inferius, & inferiori ad ſuperius. Superius enim de definitione ſui inferioris eſt ſed nō inferius de ratione formali ſuperioris. Vnde ipſa identitas formalis infert realem: quia quæ formaliter ſunt eadem, realiter ad inuicem non poſſunt diſtingui: cum vnica ſubſiſtentia, & exiſtentia ſint in eſſe. at formalis identitas, quæ eſt in compoſitis ex re

& re infert realem diſtinctionem. Vt materia & forma ſunt eadē formaliter in compoſito: in quo realiter diſtinguntur, ſcilicet ſunt eadem eſſentialiter in tertia eſſentia, quæ reſultat ex compoſitione materiæ & formæ, quæ realiter diſtinguntur in ſuis realitatibus abſolutis abſtractiuè: identitas realis infert identitatem eſſentialem, & non oppoſitiuè, ratione diuinarum perſonarum: quæ eadem eſſentialiter ſunt, realiter tamē diſtinctè. Ita eſſentialis identitas, ſubiectiuam habet inferre, ſed non ècōtra: nam virtus & ſcientia ſunt eadem ſubiectiuè, eſſentialiter tamen diſtinguntur: quia vna poteſt eſſe ſine altera, & in eodem ſubiecto eſſe poſſunt, ſubiectiua etiam obiectiuam identitatem confert, ſed non ex diametro, intelligentes idētitatem obiectiuè, prout non eſt alietas extremorum in aliquo conceptu formali, ſed obiectiuo reali: eo modo quo decem rerum principia, & Deus optimus maximus eadem ſunt.

Formalitatum omnium epilogus.

CAPVT XXXI.

Concupiſcentia.

CVM in vniuerſum res ſcrutari omni officio, & diligentia vt cæteris ſatisfaceres omnibus: fidem mihi dederis. Quod & illius à Deo dilectiſſimi patris ac Patriarchę Noë ad methodum, (qui omnia animantia, quo ad genera ſingulorum in arca poſuit: feciſti: ſed vnum te rogare dilectam tuā pellit: quid ni dices. Scholaſticus clamor necnon hincinde vacillans animus tibi reſponſabit

tribuet

tribuet vt formalitatum epilogum ad earundem perpetuam memoriam conſtruere digneris, potes enim ſi vis & communem hanc vtilitatem nè abneges.

Certè tua aliorũve aperta neceſſitas vt ad eius deſcendam vota nos oppugnat. At aduerte quod formalitatum cognitio in tribus conſiſtit, ſcilicet in rationibus formalibus in identitate, & diſtinctione & apparentia identitatis & diſtinctionis. Prima ergo Ratio formalis eſt eſſentia quę eſt forma vel Ratio formalis, qua res eſt, & intelligitur præciſa abeſſe, & in eo ſubſtentata: vt forma in eo cuius eſt forma ac cum eo vnita: vnde vnitas, eſt forma, cui proprie competit vnire plura ob ſimilitudinem eorundem. Pluralitas autem, eſt Ratio aggregata ex pluribus numero, ſpecie, genere & entitate differentibus. vel natura: quæ dicitur forma cui per ſe & proprie cõpetit naturare & ex ſimilibus ſimilia procreare in genere vel in ſpecie. Inde genus eſt ens conceptum confuſe quod de pluribus ſpecie differentibus predicatur. Species vero entitas pluribus numero differentibus communicata. Vnde eſt plura indiuidua. Indiuiduitas eſt realitas qua res eſt indiuiſa in ſe & diuiſa a quolibet alio ob id per ipſam ens magis diſtat à genere quàm ens ſpecie à genere. Proprietas autem eſt forma cum qua agens ſpecifice agit Sed ſimplicitas eſt forma quæ magis diſtat à compoſitione vel à multiplicitate quam aliquid aliud ens. Compoſitio forma dicitur aggregata ex pluribus eſſentiis. Forma eſt eſſentia cum qua agens agit in materia quam in ſuam ſubſtantiã conuertit.

Veritas.

tit quæ eſt ſimpliciter paſſiua ex quibus ſubſtantia efficitur compoſita, quod ens per ſe exiſtẽs eſt: accidens verò entitas alteri inherens quantitatiue: quare ſubiectum dicitur quantum & cum ea ipſa agit quantum. Qualitatiue ſecundum quam ens tale eſt, vel relatiue: vnde ens ad aliud vel ad ſeipſum habet reſpectum. Actiue ideo eſt inherens paſſo. Vel paſſiuè & ſic eſt ſuſtinens illam habituatiuè ob id ſubiectum eſt indutum. Vel ſitualiter quare partes rectè & debitè in ſubiecto ordinantur & temporaliter quo ens ſubſtantiale ipſum creatum eſt inceptum & nouum tempus: ergo eſt ens ex multis nunc conſtitutum ſecundum ante & poſt. Locus autem eſt accidens per quod entia ſunt locata vel eſt ſuperficies ambiens & continens immediatè partes intraneas corporis. Motus eſt paſſio entis in potentia, in quantum in potentia: propterea principij, medij, & finis ſapit naturam, è contra per immobilitatem ens nullum appetitum habet ad mouendum. Inſtinctus eſt figura & ſimilitudo: vnde conſequitur appetitus quos ſimul atractio cumcomitatur, quæ eſt forma habens inſtinctum & appetitum atrahendi aliquid ad ſubiectum: quod per receptionem recipit omne ad ſuum eſſe ſubſtantiale: vel quo ad ſubſtantiale neceſſarium: ideoque reditur plenum & ſic plenitudo eſt forma à vacuitate remota inde fit diffuſio, quæ eſt ratio, cum qua diffundens diffundit diffuſibile. Digeſtio eſt forma per quam digerens digerit digeſtibile cum tentione & expulſione: tentio eſt proprię ſubſtãtię conſeruatio: expulſio autem eſt forma cum qua natura eiicit

ea quæ ſuo ſubiecto non competunt: ſignificatio vero ſecretorum cum ſigno demonſtratorũ eſt reuelatio. Pulchritudo forma quædam ſpecioſa dicitur à viſu recepta: vel ab auditu, imaginatione, conceptu vel à delectatione. Nouitas forma eſt cuius ratione ſubiectum nouis habitibus vel diſpoſitionibus operatur. Idea in Deo eſt ratio æterna, ſecundum quam aliquid eſt formabile antequam formetur: & ipſe Deus eſt: in creatura verò eſt Ratio, & exemplar: quo rationaliter res in eſſe cognito ponitur ad extra & in eſſe exiſtentiæ. Ex ijs & alijs rebus formalibus quæ à rebus abſtrahi poſſunt formalitatum fundamenta intuere.

NOTA ſecundo quod formalitas in entitate & diſtinctione habet conſiſtere: identitas ergo eſt non alietas duorum extremorum ex ſe vel ex opere intellectus ſeparatorum vel ſeparabilium. Cuius ſeptem ſunt ſpecies, ſcilicet idẽtitas rationis, ſecundum quam: ea quæ habent eundem cõceptum omnino indiſtinctum ex parte rei, & indiſtinctum ex parte intellectus eadem dicuntur ex natura rei. Alia eſt ſecundum quam, ea quæ eandem quiditatẽ indiſtinctã concernũt: ita quod quid competit vni, cõpetit & alteri eadem ſunt & è contra. Tertia eſt identitas formalis, quæ eſt ratione extremorum habentium eandem quiditatem qua vnum ita eſt idem alteri, quod illud ab eo poteſt diſtingui. Vt eſt inferius reſpectu ſuperioris. Quarta eſt realis ſecundũ quam quæ habẽt vnam exiſtentiam eadem ſunt. Alia eſſentialis dicitur quæ cadit inter illa, quæ per nullam potentiam ſeparabilia ſunt & ſeparatim conſeruabilia

bilia. Vt eſt totum & ſuæ partes ſimul ſumptæ.

Sexta totis ſubiectiuè appellatur, quæ eſt reſpectu eorum, quæ eandem habent realitatem communem contrahibilem per diuerſas differentias eſſentiales. Septima verò & vltima eſt totis obiectiue, quæ eſt, non alietas aliquorum extremorum conuenientium in aliquo conceptu reali obiectiuo. Diſtinctio, quæ eſt extremum oppoſitum identitati, eſt, habitudo duorum extremorum, quorum vnum non eſt aliud in illo, in quo diſtinguntur vel eſt medium negādi vnum ab alio, hæc etiam ſeptem habet ſpecies, ſcilicet diſtinctionem rationis, quæ eſt ſolum per actú collatiuum intellectus. Alia eſt ex natura rei, quæ conſiſtit in diuerſis rationibus terminorum, vnius & in diuiſe ſiue indiuiſibilis rei, circunſcripto tamen omni operatione intellectus vt eſſentia & proprietas. Alia eſt diſtinctio formalis, quę eſt inter illa: quorum quiditates ſunt diuerſæ ſeu formalitates, ſiue rationes definitiue. Quarta eſt realis, quæ propriè loquendo eſt illa, quæ cadit inter ea, quarum quodlibet eſt aliqua entitas, poſitiua & realis, & vnum alterum non includit in vltima abſtractione, nec de eo aliquomodo prædicari poteſt. Quinta eſt diſtinctio eſſentialis, quæ eſt alietas aliquorum: quæ ſeparari poſſunt ab inuicem per aliquam potentiam. Sexta eſt totis ſubiectiuè que eſt eorum quæ non habent aliquam realitatem ſubiectiuam communem ipſis communicantem vel communicabilem. Septima eſt diſtinctio totis obiectiuè, quæ eſt alietas aliquorum extremorum non conuenientium in ali-

quo

quo conceptu reali obiectiuo. Vt ſunt vltimę differentiæ entis. Tertio in quo conſiſtit formalitatum cognitio eſt & cognoſcere apparentem iden titatem & diſtinctionem terminorum, quæ in dictione vel extra dictionem eſt, de quo videas Petrum Hyſpanum in ſummulis, tractatu ſexto. Aduertendum eſt vlterius quod in libro iſto principia omnium ſcientiarum vniuerſalia docentur, quæ potentialiter aut virtualiter cunctarum materiarum concluſiones continent: vnde ex iis proprietates ſubiectorum probari poſſunt, ob id Typus dicitur omnium ſcientiarum, vel quia methodum facilem ad cognoſcere omne ſcrutatur: nam in omni re duo ſunt cognoſcēda neceſſaria, ſcilicet quiditas ipſius quo ad ſe, & quantum ad proprietates eiuſdem per cauſas. vnde ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere, propterea in duas principales partes ipſe diuiditur. Prima ens & quodcunque ſub ente ſpeculatur. Secunda formalitates eorundem, & quia ens aut vt eſt, vel quantum ad quo eſt, aut quare eſt conſideratur: quamobrem primus tractatus tres habet partes videlicet regulam, principia & ſubiecta. Regula eſt ſignum ſiue terminus ſyncathegorematicus quęrens de re dubitatiuè ſitnè res an non, & ſic ponit in dubium auditoris intellectum, cuius decem ſunt ſpecies, ſcilicet vtrum, quid, de quo, quare, quantū, quale, quando, vbi, quomodo, & cum quo. Principium eſt quo res & ſubiectum eſt in eſſe abſoluto, vel ad aliud: quare principia in duplici ſunt differentia abſoluta & reſpectiua, abſoluta dico, quibus res eſt in ſe, & ſine iis eſſe non poteſt, vt bonitas, magnitu

magnitudo, duratio, poteſtas, ſapientia, voluntas, virtus, veritas & gloria. Reſpectiua verò per quæ res eſt ad aliud: cuiuſmodi ſunt differentia, concordantia, contrarietas, maioritas, minoritas, æqualitas, principium, medium, & finis. Subiecta octo ſunt in generali, ſcilicet Deus, Angelus, euiternum, cœlum, homo, ſenſitiuũ, negatiuum, & elemẽtatiuum, quę in ſpecie nouem ſunt, quoniam æuiternum in paradiſum, & infernum diuiditur à quo nos Deus liberet.

FINIS.

REPERTORIVM GENERALE ET SVCCINCTVM, VERVNTAMEN valde vtile, & neceſſarium contentorum in duobus tractatibus Typi ſcientiarum ſubtiliſſimi Theologi Fratris Aegidij Moncurtij Claramontani Siculi de Mazareno ordinis Minimorum ſancti Franciſci de Paula. Scolaſticam Theologiam in almo ſtudio Lugdunenſi publicè profitentis.

CAPVT PRIMVM, PRIMAE partis, primi Tractatus.

RES magis ſcibilis eſt, inquantum in dubium verti poteſt, quæ propoſitio, intelligitur quo ad formalitates & gradus: non autem quo ad rem: & ad quid rei. cum vnam rationem formalem habeat. Tract.1. cap.1. parte prima. fol.4.

Aliud eſt quæſtio, & aliud regula quæſtionalis: quæſtio dubitabilis eſt propoſitio. regula verò quæſtionalis eſt ſignum, vel terminus ſyncategorematicus, dubitatiuus, in dubium ponens intellectum. tract.1.cap.1.p.1. fol.5.

Aliud eſt rem ſcire, aliud verè ſcire, & aliud de re verum ſcire. tract.1.cap.1.fol.5.part.1.

Decem ſunt regulæ quæſtionales: ſcilicet vtrum, quid, de quo, quare, quantum, quale, quando, vbi, quomodo & cum quo, & quare regulæ

ſe.tract.1.cap.1.fol.8.part.prima.

Quiditas dicitur quiditas, & quideitas. quideitas inquantum eſt ipſa rei eſſentia ſecundum ſe accepta, & vltimatè abſtracta : quiditas verò prout eſt eſſentia præciſa à reſpectu actuali ad materiam.tract.1.cap.2.fol.8.part.prima.

Quatuor ſunt ſpecies huius regulæ, ſcilicet quid eſt in ſe, quid habet in ſe, quid eſt in alio. & quid habet in alio. tractat.1. cap.2. fol.8.parte prima.

CAP. III.

Regula quæſtionalis de quo quærit de ordinabilitate,& dependentia.& tres habet ſpecies. ſcilicet de quo quod eſt à quo, de quo quod eſt ex quo, & de quo, quod eſt cuius eſt. tract.1. cap.3.fol.10.par.prima.

Ly de quo aliquãdo dicit dependentiam negatiuè, non nunquàm priuatiuè, & quandoquidem poſitiuè. tract.1.cap.3. fol.10.par.1.

CAP. IIII.

Regula quæſtionalis quare quærit de cauſa quiditatiua rei per ſe,vt quieſcat intellectus in re apprehenſa ſimpliciter & ſecundum ſe, & apprehenſibili quo ad proprietates per propriam cauſam.tract.1.cap.4.fol.11.part.prima.

Habet regula hæc duas ſpecies, vna eſt per exiſtentiam,alia verò per agentiam.tract.1.ca.4. fol.11.par.prima.

CAP. V.

QVantum eſt ſignum quæſitiuũ de re, quanta ſit, vel nón ſit: tract.1. cap.5. fol 11.par.p.

Quantitas dicitur quadrupliciter nam alia eſt præciſè diſcreta, ſicut numerus Angelorum.alia ſimul diſcreta & continua. alia ſimul diſcreta, continua, ſiue extenſa, & etiam intenſa. & alia eſt ſimul diſcreta, & intenſa ſed non continua. tract.1.cap.5.fol.11 1.par.

Quantitas continua eſt extenſio vel extra poſitio partium facientium vnum totum. tract.1. cap.5.fol.12.

Quantitas diſcreta, eſt cuius partes non copulantur ad vnum terminũ communẽ. tr.1.c.5.f.12.

Quantitas duplex eſt ſcilicet molis & virtutis. tract.1.cap.5.fol.12. 1.par.

CAP VI.

REgula quæſtionalis quale, eſt ſymategorema dubitatiuum de formalitate rei, ſecundum quod res, talis dicitur. tract.1.cap.6.fol.13.1.part.

Duplex eſt forma videlicet eſſeitatiuã, & concomitatiua: per primam ſumus, per ſecundam verò tales ſumus. tract.1.cap.6.fol.13.1.par.

Tres ſunt ſpecies huius regulæ quæſtionalis: ſcilicet quale quid, quale proprium & quale appropriatum. tract.1.cap.6.fol.3.part.1.

CAP. VII.

QVando capitur tripliciter ſcilicet cõmuniter, propriè, & magis propriè. tract.1. cap. 7. fol.

fol.16.1.part.

Aliud eſt cum quando, aliud inquando, & aliud ex quando ſic vt aliud eſt eſſe cum tempore, aliud in tempore, & aliud ex tempore. tract.1.c.7. fol.16. part.1.

Quando eſt ſyncategorema quodam quo quæritur de menſura rei quando ſit, vel cum quando ſit, & non ſit. tract.1.cap.7.fol.16.1.par.

Regula hęc quęſtionalis quindecim habet ſpecies: nam quot ſecunda, tertia, nona ac decima regulæ connotant: includit. tractat. 1. capite.7. fol.17.1.part.

CAP. VIII.

Corpus eſt ſuperficies corporis aliud continentis, immediatè. tract.1.cap.8.fol.19.1.par.

Tres ſunt conditiones loci ſcilicet menſurare, continere, & conſeruare. tract. 1. cap.8. fol. 19. 1. par.

Aliquid eſſe in loco capitur tripliciter. vel repletiuè, cuiuſmodi eſt deus definitiuè, vt Angelus: & circumſcriptiuè vt corpus & ſubſtãtia materialis quanta. tract.1.cap.8.fol.19.1.parte.

Deus eſt ſhpera intellectualis cuius centrũ eſt vbique & circumferentia nuſquam. tract.1.cap.8. fol.20.1.part.

Hæc etiam regula quindecim habet ſpecies, ſcilicet quatuor a ſecunda, tres à tertia, quatuor à nona, & quatuor à decima. tract. 1. cap. 8. fol. 20. & 21. 1. part.

Caput primum, Secundæ partis, primi tractatus.
Bonitas.

BOnitas poteſt conſiderari quatuor modis aut vt in ſe, aut vt eſt in alio, aut vt habet eſſe in ſe, aut vt habet eſſe in alio. tract.1. cap.1.2. par. fol.27.

Bonum eſt eſſe, & malum, eſt non eſſe, quia eſſe, & non eſſe contradicunt: Sed bonum quod malo opponitur, eſt idem ſecundnm rem cum ente cui opponitur cõtradictoriè non ens. tract.1. cap.1. par.2. fol.28.

Bonitas eſt duplex ſcilicet quo ad quid, & quo ad modum tract.1. cap.1. par.2. f.29.

Bonitas eſt quadruplex, videlicet naturalis, ex genere, ex circunſtantia, & gratuita. tract.1. ca.1. par.2. fol.30.

Bonitas gratuita alia eſt diſpoſitiua; & talis aliquando dicitur incipiens, nonnunquam cooperans, & quàm plurimum vltimatè coniungens. alia vero eſt terminatiua, & talis eſt duplex ſcilicet quietatiua, & alia imperfectum ad perfectionem reditiua. prima conſiſtit in cognitione, tenſione cum obiecti cogniti & tenti fruitione, ſecunda in quatuor corporis dotibns. tract.1. c.1. par.2. fol.31.

Bonitas eſt ratio, qua bonum agit bonum, cuius correlatiua ſubſtãtialia, ſunt bonificatiuum, bonificabile, & bonificare. tract.1. cap.1. par.2. fol.31.

Caput ſecundum, ſecundæ partis, primi tractatus.

Magnitudo.

MAgnitudo eſt ratio, qua alia principia ſunt ex natura rei plena. tractat.1. cap.2 parte 2. fol.32.

Magnitudo duplex eſt ſcilicet entitatis, ſeu virtutis, & molis. tract.1. cap.2. par.2. fol.32.

Magnitudo in Deo, quę immenſitatis eſt dicit infinitatem, incompreheſibilitatem, in circumſcriptibilitatem, & æternitatem. tract.1. cap.2. par. fol.32.

Magnitudo duplex eſt alia per eſſentiam, quæ increata dicitur & alia per participationem & hæc creata eſt. tract.1. cap.2. par.2. f.33.

Magnitudo creata duplex eſt, ſcilicet in actu, & in potentia. tract.1. cap.2. part.2. f.33.

Magnitudo in actu, eſt duplex videlicet corporalis, & ſpiritualis. tract.1. cap.2. part.2. fol.33.

Magnitudo alia perfecta, alia imperfecta eſt. tract.1. cap.2. part.2. fol.35.

Caput tertium. Duratio.

DVratio ratio eſt, qua permanens, non habet agere niſi permanētem. tract.1. cap.3. part.2. fol.35.

Duratione triplex eſt ens reale, ſcilicet primum, quod non incipit, nec definit eſſe: quod intelligendum eſt non ſolum quo ad actum, ſed etiam quo ad aptitudinem: alterum eſt, quod cum principiis concernentia, ex connotatione

aſſiſtentiæ agentis diuini, finibile non eſt, aliud eſt quod principium & finem concernit. tract. 1. cap.3.part.2.fol.35.

Duratio triplex eſt, æternitatis, euiternitatis, & temporanea. tract.1.cap.3. part.2. fol.36.

Triplex eſt negatio, ſcilicet negans, infinitãs, & priuans.tract.1.cap.3.p.2 fol.36.

Ly externus poteſt capi duobus modis: aut vt dicit negationem cauſæ, & ſic competit Deo eſſentialiter, aut vt dicit negationem principij, & ſic dupliciter aut quo, aut quod, & plura ſubtiliter videas. tract.1.cap.3.part.2.fol.36.

Poteſtas. Caput quartum.

POteſtas propriè nominat potentiam actiuam cum aliqua permanentia. tract.1.cap.4.par.2. fol. 38.

Poteſtas eſt actus perfectionalis, ratione cuius potens non agit niſi potentem:& per ipſam agũt omnia reagúntque ad ſe inuicem: cum vnius ad alium reſiſtentia. tract.1.cap. 4.part 2.f.38.

Potentia à poſſe dicitur:& ſicut triplex eſt poſſe, ſcilicet eſſeitatis, actiuitatis & paſſiuitatis, ita triplex eſt potentia. tract.1.cap.4.p.2.f.38.

Potentia duplex eſt, videlicet obiectiua, & ſubiectiua. tract.1. cap.4.part.2.fol.39.

Potentia duplex eſt principalis, & minus principalis.tract.1.cap.4.part, 2.fol.39.

Potentia minus principalis, duplex eſt: ſcilicet ſubordinata actioni& actiuitati magis principalis vt ſol& homo ad generationem hominis

cum Deo, alia eſt diſperata vt fortuna, caſus quo ad nos cum Deo. vnde pondera quod aliud eſt loqui de fortuna, & caſu quo ad Deum, & aliud quo ad nos. nullus eſt apud Deum caſus ſiuè fortuna. tract. 1. cap. 4. part. 2. fol. 39.

Potentia quæ eſt ratio formalis principij duplex eſt, ſcilicet ſimpliciter & ſecundum quid. tract. 1. cap. 4. par 2. fol. 39.

Potentia alia finita alia infinita. tract. 1. cap. 4. part. 2. fol. 40.

Potentia infinita duplex eſt, ſcilicet abſoluta & ordinaria. tract. 1. c. 4. par. 2. fol. 40.

Poteſtas eſt triplex ſcilicet authoritatiua, excellentiæ, & miniſterialis. tract. 1. c. 4. p. 2. fol. 40.

Poteſtas excellentiæ ſtat in quatuor prærogatiuis: vt in mereri efficaciam ſacramenti, conferre effectum ſacramenti ſine ſacramentis, inſtituere ſacramenta, & eius nomine conferre ſacramenta. tr. 1. cap. 4. part. 2. fol. 41.

Poteſtas finita, triplex eſt: ſcilicet cauſalitatis vna, & non terminationis: alia terminationis & non cauſalitatis: & quædam cauſalitatis & terminationis ſimul. tract. 1. cap. 4. part. 2. fol. 42.

Quid caſus, quid fortuna, quid fatum, quomodo inter ſe diſcrepent videas. tract. 1. cap. 4. part. 2. fol. 43.

Caput quintum. Sapientia.

SApientia eſt ratio, ſiue perfectio, ratione cuius ſapiens intelligit, & non agit niſi ſapientem. omniáque ſunt ab ipſo ſcibilia, & in proprium finem mediis ordinatis tendibilia. tract. 1. cap. 5.

cap.5.parte 2.fol.44.

Sapientia duplex eſt ſcilicet propriè & hæc eſt cum cognitione & ſapore reſpectu obiecti. alia eſt impropriè & talis ſtat cum inſtinctu potentiæ, ad obiectum, & hæc eſt principium in hac ſcientia.tract.1.cap.5.part.2.fol.44.

Voluntas. Caput ſextum.

VOluntas eſt incitatio, vel impetus quidam pullulans à bonitate, eadémq; illi eſſentialiter. tract.1.cap.6. par.2.f.44.

Quincuplex eſt gradus entis. vnus eſt imperfectiſſimus qui tantum per inſtinctũ naturalem habet operari. alius hoc gradu, in entitate maior: cui præter inſtinctum naturæ: eſt diſcreptio. alius verò eſt perfectus.vnde cum inſtinctu & diſcreptione eſt mobile localiter & perfectè animaſticà vi ratiocinatur.quartus eſt intellectualis, ſed finitus. quintus eſt diuinus, abſolutus,per ſe primus.tract.1.cap.6.part.2.fol.45.

Voluntas quinque modis capitur ſcilicet communiſſimè, communiter, propriè magis propriè & propriiſſimè.tract.1.cap.6.part.2.fol.47.

Voluntas vltimo modo duplex eſt videlicet eſſentialis,& notionalis. tract.1. cap.6.p.2.f.48.

Voluntas eſſentialis duplex eſt ſcilicet præcedens & conſequens.tract.1.c.6.p.2.f.48.

Virtutis. Caput ſeptimum.

VIrtus eſt bona qualitas mentis,qua benè viuitur,qua nullus malè vtitur,& quam ſolus Deus in homine operatur.tr.1.c.7.p.2.f.48.

Virtus

Virtus conſideratur dupliciter, ſcilicet ſubiectiuè & obiectiuè. tract.1.cap.7.part.2.fol.49.

Virtutes aliæ ſunt morales, & aliæ ſunt Theologicæ. tract.1. cap.7.p.2.fol.49.

Virtutes morales ex meritoriis actibus cauſatæ non ſunt eiuſdē rationis cum virtutibus theologicis. tract.1.7.p.2.fol.49.

Veritas. Caput octauum.

VEritas eſt actus veri, & perfectio, ratione cuius verum non agit niſi verum. tract.1.cap.8. part.2.fol.51.

Veritas eſt adæquatio rei ad intellectum non poſſibilis aliter eſſe, vel aliter ſe habere, vel aliter ſe habere præciſe. tract.1.cap.8.par.2.f.51.

Veritas duplex eſt, ſcilicet rei, & propoſitionis: prima non poteſt aliter eſſe, & per conſequēs nec aliter ſe habere. Secunda præciſe habet hoc: quod non poteſt aliter ſe habere. tract. 1. cap. 8. part.2.fol.51.

Gloria. Caput nonum.

GLoria eſt perfectio, & actus glorioſi, ratione cuius, glorioſum non agit niſi glorioſum. tract.1. cap.9.part.2.fol.53.

Gloria eſt ratio, ſecundum quam omnia ſunt delectabilia: quia eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus. tract.1.cap.9.p.2.f.53.

Duplex eſt gloria, & ſic gloriæ delectatio: ſcilicet in ſpe, & in re. tract.1.cap.9.part.fol.53.

Diffe

Differentia. Caput decimum.

DIfferentia eſt id ratione cuius differens non agit niſi differentē. tract.1.cap.9.part.1.f.53.

Differentia eſt ratio, ſecundum quam omnia ſunt diſtincta. tract.1.cap.10.part.2 fol.53.

Differentia alia cōmuniter alia propriè, & alia magis propriè dicitur. tract.1.cap.10.p.2.fol.53.

Dici de aliquo ſecundum quod ipſum: eſt dupliciter, aut ſecundum quod ipſum cauſaliter: cuiuſmodi eſt definitio, vel ſecundū quod ipſum adiacenter: & ſic eſt proprium. tractat.1. cap. 10. part.2.fol.54.

Caput vndecimum. Concordantia.

QVid concordantia ſit, & quotuplex dicatur videas. tract. 1.cap.11.part.2.fol.55.

Caput xij. Contrarietas.

COntrarietas eſt realitas connotatiua ſubiectum: ratione cuius, ipſum non agit niſi contrariè. tract.1.cap.12.part.2.fol.57.

Contrarietas triplex eſt, ſcilicet intentionis complexæ, termini. & rei. tr.1.c.12.p.2.f.58.

Contrarietas propoſitionis capitur tripliciter ſcilicet ſubſtantialiter, quantitatiuè, & qualitatiuè. tract.1.cap.12.part.2 fol.58.

Contrarietas termini: alia relatiua, alia contraria, alia priuatiua, & alia contradictoria eſt. tract.1.cap.12.part.2.fol.58.

Contrarietas rei, quæ ex denominatione accidenta

dentaria ſitus rei potius dicitur:triplex eſt. videlicet naturæ , proprietatis naturæ , & habitualitatis naturæ. tract.1.c.12.part.2.f.59.

Principium. Caput xiij.

PRincipium eſt quod per intrinſecam eius rationem omnia alia præcedit. tract.1. cap.13. part.2.fol.60.

Principium multiplex eſt:nam quodam eſt neceſſarium,ſed non per ſe.vt priuatio.quodam per ſe & neceſſarium : & hoc eſt duplex:ſcilicet intrinſecum vt materia & forma : vel extrinſecum vt efficiens & finis.tract.1.c.13.par.2.f.60.

Primum aliquid dicitur tripliciter, aut ſecundum perfectionem, aut quo ad naturam, vel quo ad nos trac.1. c.13.p.2.f.60.

Principium duplex eſt ſcilicet creatum & increatum. tr.1.c.13. par.2.fol.60.

Principium increatum, dupliciter ſe habet ad principiata:aut neceſſariò & ſic eſt ad intra, non neceſſitate coactionis,ſed ineuitabilitatis.&hoc modo eſt tripliciter: videlicet formaliter aut ſuppoſitaliter , vel notionaliter. aut contingenter & ſic eſt ad extra.cuiuſmodi eſt eſſentialiter.tractat.1.cap.13.part.2.fol.61.

Medium. Caput xiiij.

MEdium eſt realitas ſubiectiua , per quã finis influit principio , & principium refluit fini. tract.1.cap.14.par.2.fol.62.

Medium ſapit naturam vtriuſq; extremi. tr.1. cap.14.p.2.fol.62.

Influere

Influere ſtat in duo ſcilicet eſſeitatiuè realiter, & intentionaliter realiter.tr.1.c.14.p.2.f.63.

Medium dicitur multipliciter ſcilicet per abnegationem aliquando per affirmationem. tr.1. cap.14. part.2.fol.63.

Medium hoc, ſcilicet poſitiuè eſt triplex videlicet coniunctionis, menſurationis, & extremitatis.tract.1. cap.14.par. 2.fol.63.

Medium extremitatis eſt duplex, ſcilicet formaliter & virtualiter.tract.1.cap.14.p.2.fol.64.

Medium extremitatum formalium eſt duplex videlicet colligantiæ,& congruentiæ.tra.1.c.14. part.2.f.64.

Spiritus rationalis capitur dupliciter vel pro ſuperiore portione animæ:vel pro inferiori portione.tr.1. cap.14.p.2.f.63.

Medium eſt triplex,ſcilicet eleuans,contemperans & coniungens. tract.1.c.14.p.2.f.67.

Finis. Caput xv.

Finis eſt,in quo principium quieſcit.tractat.1. cap.15. part.2.f.68.

Finis triplex eſt ſcilicet terminationis, priuationis, & cauſa finalis. tract.1.cap.15.p.2.f.68.

Priuatio multipliciter capitur vel pro carētia diſpoſitionis,vel pro carētia diſpoſitionis in aliquo in quo nata eſt inueniri,:vel pro carentia formæ,aut pro violēta rei ablatione:priuatio etiam dicitur turpiter in aliquo ſubiecto diſpoſitio habita.vel pro difficultate in ſubiecto.vltimo accipitur pro omni eo quod natum eſt haberi:& habere quod eſt reſpuere ſubiectum, & etiam rem ipſam in ſubiecto. tract.1. cap.15. p.2.f.69.

Finis

Finis accipitur dupliciter, aut quo ad rationem formalẽ intentionis, aut executionis. tract. 1. cap. 15. part. 2. fol. 70.

Caput xvj. Maioritas.

QVid maioritas ſit & quotuplex dicatur multa ſubtiliter videas. tract. 1. cap. 16. part. 2. fol. 70. 71.

Caput xvij. Aequalitas.

AEqualitas eſt entitas, in qua finis concordantię bonitatis, magnitudinis & aliorum principiorum quieſcit. tract. 1. cap. 17. part. 2. fol. 71.

Aequalitas duplex eſt ſcilicet realitatis, & proportionis. tract. 1. cap. 17. part. 2. fol. 72.

Aequalitatis tres ſunt ſpecies prima inter ſubſtantiam & ſubſtantiam, ſecunda inter ſubſtantiam & accidens. Tertia inter accidens & accidens. tract. 1. cap. 11. part. 2. fol. 72.

Caput xviij. Minoritas.

MInoritas eſt entitas citra nihil quod eſt intelligendum comparatiuè non realiter. cum ipſa ſit, & ratio formalis, qua ens eſt alio minus. tract. 1. cap. 18. part. 2. fol. 73.

Minoritas eſt multiplex nam quædam eſt ordinis alia eſt in dignitate: alia numeri, alia qualitatis, alia gradus ſeu modalitatis, alia quantitatiua molis, alia quãtitatiua virtutis. tract. 1. c. 18. part. 2. fol. 74.

Par.3.Caput primum, primi tractatus.
De Deo.

DEus capitur dupliciter aut quãtum ad id, cui imponitur & ſic eſt nomẽ naturæ. aut quantum ad id à quo imponitur & ſic eſt nomen operationis. tract.1.cap.1.part.3.fol.75.

Deus dicitur ab æthin quaſi ardens charitate, à thetin quod fouere pietate, aut à theaſte, quod quatenus videt claritate. tract.1.cap.1.par.3.f.75. Deus ſex modis capitur. ſ.nuncupatiuè, adaptiuè dignificatiuè,poteſtatiuè,ſolicitudinaliter.&eſſentialiter. tract.1.cap.1.p.3.f.76.

Deus cum ſit à ſenſu remotiſſimus,non poteſt nec à viatoribus imò à beatis cognitione comprehenſiua intueri.tract.1.cap.1.p.3.f.76.

Deus eſt naturaliter cognoſcibilis non ſolum in conceptu quaſi per accidens,ſcilicet in attributo, ſed etiam in aliquo conceptu per ſe, & qui ditatiuo.tract.1.cap.1.p.3.f.76.

Deum eſſe, mundi productio teſtatur, rerum ordo loquitur, creaturarum deſideriũ id indicat, mouentium & mobilium natura ditat. tractat.1. cap.1.part.3.fol.76.

CAPVT II.

DEus eſt ens, in quo ſuæ rationes conuertuntur:quia ens in quo ſuæ rationes conuertuntur eſt Deus in ſolum ſunt idem eſſe, & eſſentia. tract.1.cap.2.part.3.fol.80.

Deus eſt in quo actiones, quæ diuinæ ſunt habent actus infinitos. multas alias diſcriptiones

videas.tract.1.cap.2.par.3.fol.80.

Deus eſt actus purus, per ſe ſubſiſtens, abſoluta entitas, non dependens ab aliquo: ſed à ſe, per ſe & ad ſe. tract.1.cap.2.par.3.f.80.

Deus quid in ſe ſit: ſpeculare quæ dicuntur. tract.1.cap.2.par.3.fol.80.

CAPVT III.

DEus quid habent in ſe, & quæ ſunt ſua coeſſentialia naturalia & ſubſtantia relatiua. tract.1.cap.3.part.3.fol.81.

Relatiua alia ſunt coeſſentialia & hæc dicuntur quæ eiuſdem eſſentiæ, & naturæ ſunt. vt bonificas, bonificabile, & bonificare in Deo, inde tres perſonæ in diuinis ſunt: hoc modo relatiua, alia ſunt relatiua coaditalia. & hæc ſunt reſpectu entium citra Deum. tract.1.cap.3.part.3.fol.81.

CAPVT IIII.

DEus habet eſſe in alio dupliciter ſecundum quod ly eſſe in alio dicit alietatem illius quod eſt aut eſſentialem & ſic habet reſpicere creaturas, vel formalem & ſic eſt conſiderare eſſentiam in perſonis, quod reſpectu perſonæ ad perſonam eſt per circumինceſſionē. quæ eſt quædam exiſtentia actualis, qua aliquid dicitur in exiſtere alicui, quod eſt realiter diſtinctum ab eo per intimam præſentialitatem & conſubſtantialitatem identificam. tract.1. cap.4.part.3.fol.81.

CAPVT V.

DEus cum bonitate eſt bonus, ſicut cum magnitudine magnus &c. tract.1.cap.5. part.3. fol. 82.

Deus cum contrarietate eſt cōtrarians & non contrarietas.contrarietas duplex eſt ſcilicet moris & naturæ.tract.1.cap.5.part.3. fol.83.

Quid habet in bonitate, in magnitudine, in duratione, in poteſtate, in ſapientia, in voluntate, in virtute, in veritate & in gloria, quid in maioritate, minoritate, æqualitate, principio, medio, fine, concordantia, differentia & in contrarietate. ſpeculare & legito, & ſicco pede non tranſeas multas enim veritates ſcrutaberis. tra.1. cap.5.part.3. fol. 83.

Deus ſecundum quod quid eſt quiditatiuè à ſeipſo præcisè definitur. ſecundum quiditatem à beatis, iuxta quiditatem à fidelibus, non præter quiditatem ab aliquibus philoſophis. tractat. 1. cap.5. part.3. fol.84.

CAPVT VI.

DEus de quo eſt. quo ad hanc regulam eſt notandum quod iſtę præpoſitiones, ſcilicet ex, à, de, in, ſecundum, cum, ad & per ſicut diſtinctæ ſunt nominaliter ita diſtinctum habent conceptum. quomodo ergo inter ſe diſcrepent videas. tract.1.cap.6.part.3.fol..85.

Quomodo differāt dicere ſecundum carnem, ſupra carnem, præter carnem, & propter carnem tractat.1.cap.6.part.3.fol.87.

Cum præpoſitio, in diuinis dicit circumınceſſionem propriè quæ dicit vnitatem eſſentiæ cum ſuppoſitali diſtinctione : in his autem quæ ſunt citra Deum vel denotat ſimultatem per ſe. vt homo eſt cum anima & corpore, vel per accidens, vt homo cum paternitate eſt generans vel pater, vel aggregationem aſſocialem vt Petrus eſt cum Martino, aut aggregationem inſtrumentalem vt homo ſcribit cum penna. tract.1.cap.6.p.3.f.88.

Ly per capitur dupliciter in diuinis ſcilicet exemplariter & eſſentialiter. tract.1.c.6.p.3.f.88.

A ſe capitur dupliciter aut poſitiuè, aut negatiuè: primo modo non conuenit Deo eſſe à ſe. ſed benè ſecundo modo. tract.1.c.6.p.3.f.89.

Caput ſeptimum.

Deus eſt de ſua bonitate, magnitudine, duratione, quæ eſt æternitas. tract.1.c.7.p.3.f.89.

CAPVT VIII.

Deus nullius eſt ſubiectiuè, &c. tract.1. ca.7. part.3.fol.89.

CAPVT IX.

Deus eſt per ſuas rationes eſſentiales quod eſt intelligendũ coeſſentialiter non quia conſtituitur quaſi quod habeat partes & partes & antequam actualiter eſſet potẽtialiter erat. cum ſit actus puriſſimus, æternus, independens. per ſe ſubſiſtens, tract.1.cap.7.par.3.fol.90.

Deus

Deus eſt ratione ſui ipſius, qui eſt finis abſolutus omnium rerum, homine earūdem quodammodo, & fine reſpectiuo exiſtente. tract.1.cap.9. part.3. fol.90.

CAPVT X.

DEi quantitas dupliciter accipitur, ſcilicet realiter & numeraliter. tract.1.cap.10.part.2. fol.90.

Dei quantitas realiter non eſt molis, ſed virtutis. tract.1. cap.10.p.3.f.91.

Deus vnus eſt quo ad quantitatem quaſi continuam quæ eſt eſſentiæ. eſt trinus tamen in perſonis. multa videas catholica & ſubtilia documenta. tract.1.cap.10. part.3.f.93.

Deus eſſentialiter & perſonaliter dicitur. tractat.1.cap.10.part.1.f.93.

Deus perſonaliter eſt intellectualis naturæ incommunicabilis ſubſiſtentia. tractat. 1. cap. 10. part.3.fol.93.

CAPVT XI.

DEus qualis ſit. videas.tractat.1.cap.11.part.3. fol. 94.

CAPVT XII.

DEus quando eſt.tract.1.cap.12.p.3.f.95.

Deus vnico intuitu ſingula omnium generum intelligit. tract.1.cap.12.par.3.fol.96.

Deus eſt inquādo æternitatis quia Deus eſt æter-

nus imò ipſa æternitas. tractat.1. cap.12. part.3. fol.96.

CAPVT XIII.

Deus eſt in loco repletiuè immenſiuè, multa & ſubtiliter videas de vbi corporis, ſpirituum creatorũ & corporis Chriſti,& de vbi Dei. tractat.1.cap.13.part.3.f.98.

Deus quo ad quomodo eſt.dico quod eſt ſpiritualis ſubſtantia actus puriſſimus,immenſus,&c. tract.1.cap.14. part.3.fol.100.

Deus pater quomodo generat. tract.1. cap.14. par.3.fol.100.

Tripliciter capitur ſimilem ſibi in ſubſtantia producere, aut per impreſſionem, aut, per eductionem conſimilis ſpeciei, vel per productionem ſimilis de ſimili,& de ſeipſo.tract.1.cap.14. part.3.fol.100.

Deus Pater & Deus Filius, quomodo producunt ſpiritum ſanctum. tract.1.cap.14.p.3.f.102. Deus Pater & Deus Filius quomodo vniformiter producunt ſpiritum ſanctum. qnod poteſt intelligi tripliciter aut ex parte actus, & ſic eſt vera propoſitio, aut ex partè ſpirati,& etiam hoc modo eſt vera. vel quo ad perſonas & ſic non, cum pater prius origine ſpiret quam filius. non quod aliter ſpiret ab eo quod filius ſpirat.. ſed quia filius habet eſſe à patre, ergo & ſpirare. tractat. 1. cap.14.part.3.fol.102.

CAPVT XV.

Deus cum quo eſt & ſic dicimus quantum ad conſubſtantialitatem: quod eſt cum ſeipſo. per eſſentiam,præſentiam, & potentiam eſt cum creaturis

creaturis, per abitatem gratiam cum bonis, per gloriam cum beatis, per iuſtitiam cum infero, per miſericordiam & iuſtitiam cum hoc mundo. tract.1.cap.15.par.3.fol.103.

Tractatus 1. *Caput* 1. *partis* 3. *Angelus.*

ANgelus non eſt nomen naturæ, ſed officij. tractat.1.cap.1.par.4.fol.103.

Angelus tripliciter capitur, ſcilicet officio, natura,& dignitate. tract.1.c.1.p.4.f.104.

Angelus quid eſt. tract.1. cap.1.part.4.fol.105.

Angelum eſſe hæc nobis monſtrāt.ſcilicet indefectibilitas cæli motus.perfectio vniuerſi creaturarū Analogia & fides noſtra. tr.1.c.1.p.4.f.105.

Intellectus triplex eſt, ſcilicet ſolus, purus,& nudus, & quid quilibet horum ſit videas. tract.1. cap.1.part.4.fol.110.

Materia capitur tripliciter vel pro principio indiuiduali,pro eſſeitate receptiua formæ quantitatiuè extenſa: ſecundo modo accipitur,& tertio modo pro principio potentiali ſubſtantialiter. tract.1.cap.1.par.4,fol.112.

Materia triplex eſt,videlicet proxima,remota, & primo prima. tract.1.cap.2.p.4.fol.113.

Habere corpus capitur tripliciter, ſcilicet naturaliter vnitum.inuitè inſeparabiliter & voluntariè aſſumptum.tract.1.cap.1.part.4.fol.115.

Eſſe rationale animal ſtāt duobus modis vel realiter,vel ſimilitudinariè.ttac.1.c.1.par.4.f.115.

CAPVT II.

Angeli bonitas triplex eſt,ſcilicet naturæ,gratiæ,& gloriæ. tract.1.cap.2.part.4. fol.118.

Angeli bonitas gloria duplex eſt ſcilicet meritoria,& præmiatoria. tract.1.cap.2.par.4.f.119.

Angeli in primordio creationis fuerunt boni in bonitate naturæ, ſed non in bonitate gratiæ, & gloriæ.tract.1.cap.2.part.4.fol.119.

Angeli magnitudo. tract.1. cap.2.p.4.f.119.

Angeli duratio. tract.1. cap.2. p.4. fol.119.

Angeli poteſtas. tract.1.c.2.p.4.f.120.

Angeli ſapientia, ſiue cognitio. cap.2. part.4. fol.123.

Angeli voluntas quomodo ſit. & eius virtus, & cum veritate cognoſce.tractat.1. cap.2.par.4. fol.124.

Angeli gloria.tract.1.cap.2.p.4.f.125.

Duplex neceſſitas, ſcilicet coactionis & immutabilitatis. tract.1.cap.2.part.4.fol.125.

Neceſſitas immutabilitatis duplex,ſcilicet natura & gratia quæ ex diuino decreto dicitur. tr.1. cap.2.part.4.fol.125.

Angeli principium,medium,& finis quid ſint & quomodo duplex eius motus & finis. tractat.1. cap.2.part.4. f.124.25.26. & 127.

Angelus quo ad ly in alio dicit reſpectum ad terminum ad quem. tract.1. c.2.p.4.f.29.

Angelus alio modo eſt paſſiuus ad Deum,ad Angelum,& ad inferiora hæc.tractat.1.cap.2.par.4. fol.130.

Cognoſcere aliquid diſtinctè per aliquam rationem eſt duobus modis vel per rationem adæquatam,vel per rationem tranſcendētem & illimitatam illi rei. tract.1.cap.2.part.4.f.131.

Ratio adæquata duplex eſt, vel per adæquationem

tionem entitatis ad entitatem, vel per adæquationem repræſentantis ad repræſentatum.trac.1. cap.2.part.4.fol.131.

Ratio adæquatiua quo ad repræſentatiuitatem eſt duobus modis, aut in ſe, aut reſpectu huius potentiæ. tract.1.cap.2.par.4.fol.131.

Angeli cognitio duplex eſt ſcilicet intuitiua, & abſtractiua.tractat.1.cap.2.part.4.fol.133.

Alia eſt ſpecies abſtracta obiecti ab obiecto, & alia abſtracti obiecti.tract.1.cap.2.p.4.fol.133.

Angeli triplex eſt ſpecies qua cognoſcit,ſcilicet naturalis,gratuita,& gloria.trac.1.c.2.par.4. fol.133.

Angeli ſpecies quadruplex eſt, ſcilicet infuſa,concreata,innata, & infuſa. tract.1.cap.2.p.4. fol. 133.

CAPVT. III.

Angelus quo ad eſſe abſolutum eſt de ſeipſo, quo ad habitudinem ad ſuam rationem intrinſecam eſt ex poſitiuo & priuatiuo, quod dicitur ex eſſe & eſſentia. & quo ad eſſe poſſeſſiuè. tract.1.c.3.part.4.fol.134.135.

CAP. IIII.

Angelus eſt in eſſe quia ſua principia ad ſe inuicem componuntur ex quibus vt ex realitate & realitate reſultat euiternaliter. tractat. 1. cap.4.p.4. f.135.

Angelus ratione ſuæ virtutis cum bonitate, magnitudine poteſtate & cæteris eſſendi extre-

mitatibus operatur ad finem, gratia cuius eſt. tract.1.cap.4.part.4.fol.135.

CAPVT V.

ANgelus tantus eſt quãta eſt ſua bonitas, magnitudo, &c. principia ſibi ex natura rei coeſſentialia. tract.1.cap.5.part.4.fol.136.

Eſſe, & poſſe eſſe differunt. tractat. 1. cap.5. part.4. fol.137.

Angelos plures poſſe eſſe in eadem ſpecie. patet hoc ratione naturæ angelicæ, ratione agentis, & ratione intellectus concipientis. tractat.1. cap.5.par.4.fol.136.

Angelo dimenſiua quãtitas non competit ſed virtutis. vnde non ſecundũ commenſurationem mouetur, nec ad magnitudinem mediis, ſed ſicut eſt in loco, aut per applicationem ſpiritualis virtutis, aut per aſſiſtentiam, ſic eius ſpiritualis motus, aliud non eſt. tract.1.cap.5.part.4.fol 139.

Angeli motus duplex eſt: ſcilicet continuus, & ſic de loco ad locum habet tranſire medium, & diſcontinuus & hoc modo non. tract.1.cap.5.p.4. fol.139.

Angelus multipliciter eſt in alio vel obiectiuè, vel per aſſiſtentiam, aut per præſentiam, vel per fruitionem. Speculare permanenter. tracta.1. cap.5.p.4.f.44.

Eſſe in aliquo contingit multipliciter. tract.1. cap.5.par.4.f.144.

Angelus cum quo ſit & hoc modo contingit multipharià formalizza, ac Aegidiizza. tr 1.c.5. Cap.7.

CAP. VII.

ANgeli quando duo poteſt reſpicere, ſcilicet ſubſtantiam propriam, & operationem.tra-ctat.1.cap.7.part.4.f.142.

Angelus quo ad operationem tripliciter. tra-ctat.1. cap7.par.4.fol.142.

Angelus eſt in loco præſentialiter definitiuè, non vt locum occupans. & dimenſionaliter. tra-ctat.1. cap.7.p.4.f.142.

Angelus incorruptibilis eſt, quia eius materia contrarietati, non eſt ſubiecta. vnde forma non informans ſed aſſiſtens dicitur.. tractat.1.cap.9. par.4.fol.143.

Caput primum, par.5. Infernus.

NIhil Chriſtiano lectori vtilius materia de æuiterno.tractat.1.cap.1.p.5.fol.145.

Infernus vtrum ſit, vel non ſit.trac.1.c.1.par.5. fol.176.

Infernum eſſe. diuina ſcriptura docet, confirmat fides, concordat ratio recta. tractat.1.cap.1. part.5.fol.147.

CAPVT II.

INfernus quid ſit in ſe.tract.1.ca.2.part.5.f.147.

Infernus quo ad quadruplicem locum gradualiter non continuè & non diſcontinuè. tractat.1. cap.1.part.5.fol.148.

Inferni penæ alia ſenſus alia damni.tractat.1. cap.2.part.5.fol.148.

Infer

Infernus quid habet in ſe tract.1.cap.2.part.5. fol.149.

Inferni penæ nouem quo ad ſacræ paginæ determinata.tract.1.cap.2. par.5.fol.149.

Infernus quid eſt in alio, ſcilicet in corpora damnatorum, & in ſpiritus. vtrum ignis inferni habeat actionem circa illa. tract.1.cap.2. part.5. fol.154.

Inferni ignis ſi agit in ſpiritus an non quinque opiniones recitãtur, vltima Authoris quam permanenter ſpeculare & Aegidiizza. tractat.1. cap.2.part.5.fol.157.

CAPVT III.

INfernus de quo ſit primitiuè, eſſeitatiuè, & poſſeſſiuè, & finaliter. tract.1.c.3.par.5.fol.158.

CAPVT IIII.

INfernus quare eſt.aut quare quo ad exiſtẽtiam; aut quare quo ad agentiam. tr.1.cap.4. part.5. fol. 158.

CAPVT V.

INfernus quantus eſt. & quia duplex quantitas eius eſt aut quo ad ſuperficiem, aut quo ad ſuperficiem loci cum qualitate. tract.1.cap.5.par.5. fol. 159.

CAP. VI.

INferni ignis qualis eſt. tractat.1. cap.6. part.5. fol. 160.

CAP. VII.

INfernus vbi eſt. tract.1.cap.7.part.5. fol.161.

CAPVT VIII.

INfernus quando eſt ſpeculare, & Aegidiizza. tract.1. cap.8.part.5.fol.163.

CAPVT IX.

INfernus, ac inferni ignis, quomodo eſt, & quomodo agat. tract.1.cap.9.part.5.fol.165.

CAPVT X.

INfernus cum quo eſt. ſpeculare, & Aegidiizza. tractat.1. cap.10. part.5. fol.167.

Paradiſus. Caput primum.

PAradiſus triplex, ſeu gloria. tractat.1. cap.1. part.6.fol.168.

Caput ſecundum.

PAradiſus,vel beatitudo quid in ſe eſt. tract.1. cap.1.part.6.fol.171.

Caput tertium.

PAradiſus quid habet in ſe.tract.1.cap.3.par.6. fol.171.

Caput quartum.

PAradiſus vel beatitudo quid eſt in alio.trac.1. cap.4. part.6. fol.172.

Paradiſus eſt in alio tripliciter. tract.1. cap.4. part.6. fol.172.

Paradiſus in alio quid eſt. Aegidiizza. tract.1. cap.4. part.6. fol.173.

Adiacentia multiplex eſt. trac.1. c.4. p.6. f.174.

Gloria animæ quid eſt, & corporis. Aegidiizza. tract.1. cap.4 part.7. fol.176.177.

CAPVT V.

PAradiſus vel beatitudo quid habet in ſe. tractat.1. cap.5. parte 6. fol.178.

Paradiſus ſeu beatitudo quid habet in alio. tract.1. cap.6. par.6. fol.178.

Beatitudo duplex vt quod, & vt quo. Aegidiizza. tractat.1. cap.6. part.6. fol.178.

CAPVT VII.

PAradiſus de quo eſt primitiuè. tract.1. cap.7. part.6. fol.178.

Paradiſus de quo eſt eſſeitatiuè, & poſſeſſiuè. tractatus 1. cap.7. part.6. fol.179.

CAPVT VIII.

PAradiſus quarè eſt, quo ad exiſtentiam, & quo ad agentiam. tractat.1. cap.8. par.6. f.180.

CAPVT IX.

PAradiſus quantus eſt. tractat.1. cap.9. part.6. fol.180.

Vtrum

Vtrum beatitudo corporis ſit de ſubſtantia, ſiue augmento beatitudinis animæ. tractat. 1. c. 9. part. 6. fol. 181.

Gaudium dicitur maius quadrupliciter. trac. 1. cap. 9. part. 6. fol. 181.

CAPVT X.

PAradiſus ſeu beatitudo qualis eſt. Aegidiizza. & ſpeculare. tractatus 1. cap. 10. part. 6. fol. 182.

CAP. XI.

PAradiſus quando eſt, Aegidiizza. & ſpeculare. tractat. 1. cap. 11. part. 6. fol. 185.

CAPVT XII.

PAradiſus vel beatitudo vbi eſt. beatitudo poteſt capi tripliciter. tract. 1. c. 12. par. 6. fol. 186.

CAP. XIII.

PAradiſus quomodo eſt, ac ipſa beatitudo. tr. 1. cap. 15. part. 6. fol. 187.

CAPVT XIIII.

PAradiſus qui & gloria dicitur cum quo eſt. tract. 1. cap. 14. part. 6. fol. 178.

Cælum

Cælum. Caput primum.

VTrum materia cæli ſit eiuſdem rationis cum materia horum inferiorum : & dicitur quod ſic Aegidiizza.tract.1.cap.1.part.7.fol.188.

Caput ſecundum.

CAelum quid eſt in ſe. tractat.1. cap.1. part.7. fol. 190.

Cælum vtrum ſit continentia viſibilium ,& inuiſibilium creaturarum. tractat.1. cap.2.part.7. fol.190.

Caput tertium.

CAelum de quo eſt.Aegidiizza.tract.1.cap.3. part.7.fol.190.

Caput quartum.

CAelum quare eſt. tractat.1. cap. 4. parte 7. fol.194.

Cælum quare mouetur ab intelligentia. & quare motus non deſinit cum ſit ab ætrinſecō. tract.1.cap.4.par.7.fol.194.

Caput quintum.

CAelum quantum eſt. tractat.1. cap.5. part.7. fol. 196.

Caput ſextum.

CAelum quale eſt. tractatus 1. cap. 5. part. 7. fol.198.

Cælum

Cælum empirium quale eſt.trac.1.cap.5.par.7. fol.198.

Cælum cryſtallinum quale eſt.tractat.1.cap.5. part.7. fol.198.

Cælum firmamenti quale eſt tractat.1. cap.5. part.7.fol.199.

Cæli planetæ quales dicuntur.tracta.1. cap.5. par.7.fol.199.

Cæli planetæ ſunt ſeptem, ſcilicet Saturnus, Iouis,Mars,Sol,Venus,Mercurius,& Luna,qualitates eorundem videas. tractat. 1. cap.5. part.7. fol.200.201.

CAPVT VII.

CAeli motor vbi eſt,ſcilicet Angelus qui mouet orbem.tract.1.cap.7.par.7.fol.202.

CAPVT VIII.

CAelum quando eſt. tractat. 1. cap.8. part.7. fol. 203.

CAPVT IX.

CAeleſtes orbes quomodo ſunt. tract.1.cap.9. part.7.fol.204.

Cæleſtes orbes quomodo mouentur. tracta.1. cap.9. part.7.fol.204.205.

CAPVT X.

CAelum cum quo eſt. Aegidiizza. tractatus 1. cap.10.part.7. fol.204.

Caput primum. Homo.

HOmo an humanitate, vel humanitate ſit homo tract.1. cap.1.part.8.fol.206.

CAPVT II.

HOmo quid eſt in ſe. tractat.1.cap.2.part.8. fol.209.

Homo quid habet in ſe. ractat.1. cap.2.part.8. fol. 209.

Homo quid eſt in alio. tractat.1. cap.2. part.8. fol.209.

Homo quid habet in alio. Aegidiizza in omnibus.tract.1.cap.2.part.8.fol.211.

CAP. III.

HOmo de quo eſt. Aegidiizza.tractat.1.cap.3. part.fol.214.

CAPVT IIII.

HOmo quare eſt. tractatus 1. capit. 4. part.8. fol. 214.

CAPVT V.

HOmo qnantus eſt.tractatus 1.capit.5.part.8. fol.215.

CAPVT VI.

HOmo qualis eſt. Aegidiizza.tractat.1. cap.6. part.8.fol.216.

CAPVT VII.

HOmo quando eſt. Aegidiizza. in omnibus. tract.1. cap.7. part.18.fol.216.

Cap.

CAPVT VIII.

HOmo vbi eſt.tractat,1.cap. 8.par.8.fol.217.

CAPVT IX.

HOmo quomodo eſt. tractat.1. cap.9. part.8. fol. 218.

CAPVT X.

HOmo cum quo eſt. tractat.1. cap. 10. part.8. fol. 219.

Caput primum. Animal. par.9.

ANimal vtrum ſit,& quod tria intelliguntur in hac propoſitione.tractat.1. cap.1. part.9. fol.220.

CAPVT II.

ANimal ſenſitiuum quid eſt in ſe, quid habet Animal in ſe & Aegidiizza. tractat.1. cap.2. part.9.fol.221.

CAPVT III.

ANimal ſenſitiuũ quid habet in alio. tract.1. cap.3. part.9.fol.221.

CAPVT IIII.

ANimal ſenſitiuum quid habet in alio.tract.1. cap.4.par.9.fol.223.

CAPVT V.

Anima ſenſitiua per quam animal ſentit, an ſit in ipſo extenſa. tractat.1. cap.5. part.9. fol.224.

Hanc quæſtioně interpretare & Aegidiizza. tractat.1.cap.5.part.9. fol.225.

Animal ſenſitiuũ de quo eſt. vel primitiuè & quid ſibi vult ly primitiuè, effectiuè,& poſſeſſiuè perpulchras videas difficultates & Aegidiizza.tract.1.cap.6.part.9. fol.227.

CAPVT VIII.

Animal quare eſt. tractatus 1. cap. 8. part 9. fol. 231.

CAPVT IX.

Animal ſenſitiuum quare eſt ratione Agétiæ & finis. tractat.1. cap.9.par.9.fol.231.

CAPVT X.

Animantium genera quot ſunt. tract.1. c.10. part.9.fol.234.236.

CAPVT XI.

Animalia ſenſitiua qualia ſunt.tract.1.cap.11. part.9. fol.234.

CAPVT XII.

Animal ſenſitiuum quando eſt.tract.1.cap.12. part.9.fol.238.

CAP.

CAPVT XIII.

ANimal ſenſitiuum vbi eſt. Aegidiizza in omnibus. tract.1.cap.13. part.9.fol. 239.240.

CAPVT XIIII.

ANimal ſenſitiuum quomodo eſt. Aegidiizza & in hoc. tract.1.cap.14.part.9. fol.241.

Caput primum. Part. x.

ANima vegetatiua vtrum ſit. tractat. 1. cap.1. part.10.fol.243.

CAPVT II.

ANima vegetatiua quid eſt. tractat. 1. cap.2. part.10.fol.243.

CAP. III.

ANima vegetatiua de quo eſt.tractat.1. cap. 3. part.10.fol.244.

CAPVT IIII.

ANima vegetatiua quare eſt. tractat.1.cap.4. part.10.fol.244.

CAPVT V.

ANima vegetatiua quanta eſt. tract.1. cap.5. part.10.fol.244.

CAP. VI.

ANima vegetatiua qualis eſt.tracta.1.cap.6. part.10.fol.246.

CAPVT VII.

ANima vegetatiua quando eſt.tracta.1.cap.7. part.10.fol.247.

CAPVT VIII.

ANima vegetatiua vbi eſt, & reſideat. tract.1. cap.8.par.10.fol.248.

CAPVT IX.

ANima vegetatiua quomodo ſit,ac in formet. tract.1.cap.9.par.10. fol.249.

Quodlibet elemẽtum dominio,quatuor plantarum ſpecies habet. tractatus 1. cap. 9. part.10. fol.250.

Caput primum. Pars.xj. *Corpus metheorologicum.*

VTrum neceſſe ſit, mundum hunc inferiorem lationibus ſuperioribus eſſe contiguum.tractat.1.1cap.1.par.11.fol.251.

Ignis quid eſt. tractat.1.cap.1.part.11.fol.152.

CAPVT II.

QVid eſt cauſa impreſſionum ignitatum, & quæ ſint iſtæ impreſſiones ignitæ. tractat. 1. cap.2.part.11.fol.253.

Cap.

CAPVT III.

IGneæ impreſſiones, vnde cauſentur. tractat. 1. cap. 3. par. 11. fol. 155.

CAPVT IIII.

QVare eſt cometa. quare ſit, de qua materia, & in quo tempore generatur. tract. 1. cap. 4. part. 10. fol. 258.

CAPVT V.

QVot res ſignificat cometa. tractatus 1. cap. 5. part. 10. fol. 258.

CAPVT VI.

QValis eſt cometa, & glacies. tractat. 1. cap. 6. part. 11. fol. 259.

CAPVT VII.

AEris impreſſiones quid ſint, quomodo fiant, quare generãtur & quæ ſit earum cauſa propinqua, & remota. tractatus 1. capit. 1. part. 11. fol. 260. 261.

CAPVT VIII.

AEris impreſſiones vbi fiunt, & quot aëris impreſſiones ſunt, tractatus 1. cap. 8. part. 10. fol. 262.
Vbi fit ros, & quid ſit. tractatus 1. cap. 9. part. 11. fol. 264.

Quatuor roris accidentia. tract.1.cap.8.par.11. fol.264.

Pluuia quid ſit, & vbi generetur, necnon & pruina. tractatus 1.cap.8. part.10.fol.265.

Ros & pruina quomodo differant. tractat. 1. cap.8. part.11. fol.264.

Pruinæ accidentia quæ ſint. tractat. 1. cap. 8. part.11.fol.265.

Nix quid ſit. & quomodo fiat, eius accidentia quæ ſint & quo pacto differat à grandine,&quid grando eſt.tract.1. cap.8.part.11.fol.266.

Grandinis accidētia quot ſunt. tract.1. cap.8. parte 12.fol.267.

CAP. IX.

FLuuij & fontes quomodo generãtur, & ſigna eorum.& quot ſpecies aquæ ſint. tractatus 1. cap.9.part.11.fol.268.

Venti quomodo generantur, quot ſunt principales & quid eſt talium natura,& eſſentia.tractat. 1.cap.9.part.11.fol.272.

CAPVT X.

TOnitrua, & terræmotus vnde generentur: nec non & fulgura, ac ſtellæ cadentes. tractatus 1.cap.10.par.11.fol.273.274.& 275.

FINIS.

REPERTORIVM SECVNDI TRACTATVS.

VERITAS licet ſemper adſit in ſe, & reſpectu intellectus ſibi proportionati, non tamen reſpectu huius intellectus. Vnde duplex eſt Concupiſcentia: ſcilicet priuationis,& hæc eſt quo ad potentiam particularem, & delectationis: quantum ad potẽtiam vniuerſalem. tractat.2.cap.2.fol.5.

Duplex eſt veritas:ſcilicet rei ſcitæ & ſic ſemper eſt cum concupiſcentia delectationis:vel rei ſcibilis, & hæc ſemper eſt, cum concupiſcentia priuationis. duplex eſt veritas in ſe, & vt hæc: ſemper eſt præſens vt in ſe, ſed vt hæc poteſt adeſſe & abeſſe. tract.2.cap.1.fol.5.

In doctrina de formalitatibus: hæc quatuor ſunt magis cõmunia,ſcilicet diuerſitas: vel alietas:diuiſio,vel ſeparatio, diſtinctio vel differentia,& non alietas. tractat.2.cap.1.fol.5.

Subiectum in diſcriptiua notificatione propriæ paſſionis: vt additum, & quid per accidens cadit: ratio primi dicti eſt. quia ſubſtantia eſt: & propria paſſio accidens. ratio ſecundi quia eſt cauſa effectum non vt quod ſed vt à quo fluit,& emanat.tractat.2. cap.2. fol. 7.

Diuerſitas, diuiſio, diſtinctio, & non identitas:

tas:eadem ſunt realiter. quoniam quæuis talium alietatis eſt connotatiua:ſed formaliter differũt. vnde diuerſitas eſt alietas extremorum in aliquo quiditatiuè non conueniẽtium: vt vltimæ differentiæ entis.tracta.2.cap.1.7.

Duiſio verò eſt alietas duarum partium integralium materialiũ, aut partium integrabilium tract.2. cap.1.fol.7.

Diſtinctio duorum, aut plurimorum extremorum poſitiuè exiſtentium.tract.2.cap.1.fol.8.

Non identitas autem extremorum alietas eſt poſitiuè, aut priuatiuè habentium eſſe. tractat. 2. cap.1.fol.8.

CAPVT II.

ENs prima ſui diuiſione in ens cõmuniſſimè, in ens communiter, in ens propriè, & in ens propriiſſimè diuiditur. tract.2.cap.2.fol.9.

Ens aliud reale, aliud rationis. tract.2.cap.2. fol. 9.

Aequiuocum analogum quod cum vocis vnitate pluribus. & ſecundum alias & alias rationes formales quo ad prius & poſterius eſt communicatum.tract.2.cap.2.fol.9.

Ens cõmuniſſimè accipitur pro omni eo quod diſtinguitur contra nihil. ita quod ex ſe poteſt terminare actum potentiæ, nec non habere eſſe extra animam.tractat.2. cap.2.fol.9.

Nihil duplex eſt, ſcilicet nihilitate nihil:quod aliquod vnum intelligibile non eſt: vt chimera, aliud verò non omni nihilitate: cuiuſmodi eſt

tatem.

omne quod habet,vel habere poteſt aliquã eſſeitatem. & ſic ſecundo intellecta nihil dici poſſunt. tractat.2.cap.2.fol.9.

Duplex eſt vnitas obiecti intelligibilis, vel quo ad rationem communem invi obiectiua,qua obiectum eſt vnum vnitate obiecti cum obiecto. aut quo ad vnitatem modi, qua obiectum dicitur vnum vnitate modi obiecti, cum obiecta. tract.2. cap.2. fol.10.

Ens communiter eſt quod habet, vel habere poteſt aliquam eſſeitatem extra intellectus ratiocinationem: & hoc commune eſt ad omnia decem predicamenta,Deum & creaturas.tractat.2. cap.2.fol.11.

Ens propriè eſt, cuius eſſe formaliter non eſt ad alium & ſic hoc modo ens ſe extendit præciſe ad ſubſtantiam quantitatem, & qualitatem. tract.2. cap.2.fol.11.

Ens propriè illud eſt cui primo, per ſe & propriè competit eſſe ſic tantum ſubſtantia eſt ens. tract.2.cap.2.fol.11.

Ens reale triplex eſt ſcilicet realitate eſſentię, cuiuſmodi ſunt quiditates rerum & vniuerſalia realitate exiſtẽtiæ vt realitates cum connotatione modi eſſendi, & realitate ſubſiſtentiæ vt hoc aliquid.tract.2.c.2.f.12.

Duplex eſt communicabilitas, ſ. formæ, quæ vocatur cõmunicatio vt quo.& communicabilitas rationis vniuerſalis quæ dicitur vt quod.ſuppoſitum autem ſubſtãtiale quia per ſe exiſtens eſt & hoc aliquid eſt. inquantum eſt per ſe exiſtens non eſt forma ideo eſt incommunicabile vt quo.

prout

prout verò eſt hoc aliquid eſt incommunicabile vt quod. tractat.2.cap.2.fol.12.

Materia præter formam habet actum entitatiuum & exiſtentiæ : quia compoſitum eſt entitas tertia ex materia & forma reſultãs vt ex duabus partibus & realitatibus quod non eſſet ſi materia propriam entitatem non haberet exiſtẽtiæ, item compoſitum ſe toto. eſſet actuale.tractat.2. cap.2.fol.13.

Eſſe exiſtentiæ licet commune ſit decem generibus non vniuoce ſed æquiuocè quod eſt penes modum exiſtendi,nam alio modo exiſtit ſubſtantia, alio modo quantitas & ſic de aliis , licet in exiſtentia conueniant quoniam extra Animam ſunt & eſſe poſſunt. trac.2.c.2.fol.14.

Duplex eſt diuiſio ſcilicet entitatiua qua aliquid in partes eſſeitatiuas & quantitabiles eſt partitum, vel partibile & hæc eſt circa ſubſtantiam corporabilem , vel aptam natam corporari. & alia eſt formalis ſeu quantitatiua ſecundum quam res actu in ſuas partes quantas eſt partibile & partitum & talis quantitatis eſt paſſio ipſámque inſequitur.tractat.2.cap.2.f.16.

Aliud eſt aliquid eſſe aptum natum diuidi , & aliud eſſe diuiſum,primum ſubſtantia habet à ſe ipſa, ſecundum verò à quantitate. tract.2. cap.2. fol.16.

Quæ alietas ſit inter diuerſitatem,diuiſionem, diſtinctionem & non identitam. tractat.2.cap.2. fol. 11.

Diſtinctio quo ad tria eſt,ſcilicet quo ad intellectuale, & intellectuale , intellectuale , & ſenſuale,

ſuale,& quantum ad ſenſuale & ſenſuale diuiſio penes ſenſuale & ſenſuale eiuſdē materiæ quantæ non identitas autem præter hæc & ad priuatiuè oppoſita etiam ſe extendit. tractat.2.cap.2. fol.18.

Ens duplex eſt,ſcilicet reale quod eſt intelligibile vnum vnitate obiecti cum obiecto. & rationis quod eſt vnum intelligibile vnitate modi obiecti cum obiecto. tractat.2. cap.2.fol.18.

Ens rationis triplex eſt, ſcilicet ſubiectiuè quod in ratione eſt tanquam in ſuo ſubſtentatiuo, & ſubiecto vt ſpecies,actus, & habitus. tractat. 2.cap.2.fol.19.

Obiectiuè quod manet in ratione vt cognitum in vi cognitiua vt rationes vniuerſales & quiditates. & collatiuè ſicut ſecundæ intentiones. tract.2. cap.2.fol.19.

Species, actus, & habitus ſubiectiuè ſunt in anima quia ab ipſa, & obiecto producuntur: ac operationem aliqualem eidē cauſaliter affluunt. tractat.2. cap.2.fol.19.

Species tripliciter capitur aut prout eſt naturalis corporis diſpoſitio ſecundum debitas & legitimas commenſurationes, & ſic pulchritudo ſpecies dicitur. alio modo capitur pro vt eſt ratio fundata in aliqua natura communi ſecundum quam illa natura habet ad ſua ſubiicibilia ordinem, vt prædicati formalitas ad ſubiectiuam formalitatem. aut dicitur ſpecies ſimilitudo in Animam ab obiecto, aut à phantaſmate rei ad extra impreſſa. tract.2.cap.2.fol.20.

Species prout ſimilitudo rei eſt tripliciter capitur,

tur, ſcilicet purè infuſa. quæ eſt de obiecto ſupra naturam potentiæ. purè acquiſita, quas per doctrinam, vel per inuentionem habemus. & alia eſt medio modo ſe habens. tractatus 2. cap. 2. fol. 20.

Sacra theologia potius ſapientia quam ſcientia diicitur: quia eius finis magis eſt mouere affectum per principia timoris & amoris quã perficere cognitionem ſecundum viam artis & ratiocinationis. tracta. 2. cap. 2. fol. 21.

CAPVT III.

Actus duplex eſt, ſcilicet primus & ſecundus. eo quod rei actualitas & eſſeitas, necnon & operatio eiuſdem actus eſt. tractatus 2. capit. 3. fol. 21.

Actus primus dicitur qui actualita s rei eſt, rem in eſſe formali, in eſſe ſimpliciter & in eſſe hoc redens. vnde triplex eſt ſcilicet entitatiuus quo res eſt extra ſuã cauſam, formalis quatenus aliquid habet eſſe ſpecificum & ſuppoſitalis quo res eſt hoc aliquid & incommunicabiliter exiſtens vt quo & vt quod. tractatus 2. cap. tertia, fol. 22.

Secundus etiam triplex eſt naturalis, neuter & ſupranaturalis. tractatus 2. cap. 3. f. 22.

Habitus eſt animi promptitudo, & cognitio ex pluribus experientiis, vel demonſtrationibus facta. tract. 2. cap. 3. fol. 23.

Eſſe obiectiuè in intellectu eſt tripliciter aut primariam iuxta rationem obiecti, aut ſecundariam,

dariam, aut ſecundum primariam & ſecundariam ſimul. tract.2. cap.3.fol.24.

Ens obiectiuè eſt duobus modis in intellectu ſcilicet habituale quod ante actum dicitur, & actuale quod poſt actum appellatur.trac.2.cap.3. fol. 24.

Duplex eſt vniuerſale, ſcilicet prædicationis & ſic ratio fundata ſuper naturam communem dicitur vniuerſale & eſt de multis, aliud eſt vniuerſale eſſentialitatis cuiuſmodi eſt natura ipſa pluribus communicata, vel communicabilis. tractatus 2.cap.3.fol.24.

Duplex eſt ens rationis collatiue,ſcilicet ſimpliciter & ſecundum quid. primo modo quòd ſecundum totum eſſe eſt à ratione vt chymera de qùo datur ſcientia per non eſſe: ſecundo modo illud eſt quod quo ad eſſe cognitum habet eſſe à ratione. & hoc dupliciter aut eſſe cognitũ quantum ad eſſe, & ſic ens reale poteſt dici ens rationis:aut eſſe cognitum inquantum cognitum, & ſic eſt ens logicum quod reduplicatiuè eſt ens cognitum.tract.2.c.3.fol.25.

Duplex eſt prædicatio.vna exercita alia ſignata.prima in rebus. ſecunda in rationibus.fundatur. tractat.2. cap.3.fol.25.

Duplex eſt ratio entis qua ens dicitur ens rationis videlicet prima & ſecunda.tractat.2.cap.3. fol 26.

Duplex eſt ens rationis, ſcilicet ratiocinabile & ratiocinatum.tractat.2.cap.3.fol.26.

CAPVT

CAPVT IIII.

ENs reale prima ſui diuiſione in ens quãtum & in ens non quãtum partitur. ens quantum accipitur pro omni eo quod quantum eſt non molis ſed virtutis quantitate & ſic eſt omne ens poſitiuum aut quod finitum, vel infinitum ſit. tractat.2.cap.4. fol.27.

Ens quantum duplex eſt videlicet per eſſentiam & ſic eſt Deus:& aliud per participationem ſeu imitationem cuiuſmodi eſt creatura & ens finitum.tract.2.cap.4.fol.27.

Ens non quantũ illud eſt quod non habet eſſe neque infinitum neque finitum tale aut tale poſitiuè & formaliter licet benè identicè vt ſunt relationes diuinæ. tract.2.cap.4.fol.27.

relationes diuinæ quæ ens non quantum hoc eſt formaliter tale. poſſunt conſiderari duobus modis vel quo ad inuitatem, ſeu fundamentaliter, & ſic ſunt ens quantum hoc eſt perfectum & infinitum quia ſunt diuina eſſentia & Deus ipſe. alio modo conſiderantur quo ad additatem & formaliter & ſic cum diuiſim, & diſtinctim conſtituant diuinas ſuo modo ita connotant vnam perſonam, quod non aliã,& ſic non poſſunt dici perfectè & infinitè poſitiuè,quoniam vna perſona aliquam haberet perfectionem qua alia careret & ſic perſona, quæ illa careret non eſſet omnino perfecta & infinita. tract.2. cap.4.f.27.

Ens quantum in ens finitum & infinitum diuiditur. tract.2.cap.4. fol.28.

Ens finitum eſt triplex ſcilicet ſpecificatiuè vt ſpecies & genera. determinatiuè vt indiuidua & depen

dependenter vt quodcunque ens citra Deum. tractat.2. cap.4. fol. 28.

Infinitum multiplex eſt, nam aliud eſt priuatiuè & contrariè vt peccatum, aliud potentialiter vt linea.

Infinitum duplex eſt, ſcilicet cathegorematicè & ſic opponitur terminato, vel terminabili,& ſincathegorematicè & ſic eſt complexum valens ſicut hæc oratio aliquantulum, & non tantum quin maius, vel aliquantulum, & non quantumlibet maius. tractat.2.cap.4.fol.29.

Infinitum cathegorematicè triplex eſt videlicet extenſionis,multitudinis, & vigoris. tract.2. cap.4. fol. 28.

Infinitum extenſiuè duplex eſt ſcilicet ſimpliciter & ſecundum quid.tract.2.cap.4.fol.28.

Infinitum duplex eſt, ſcilicet negatiuè quo actu, vel aptitudine finiri non poteſt. & aliud poſitiuè, quod de ſe non eſt finitum. tractat.2. cap.4. fol.29.

Subſtantia tripliciter capitur aut vt dicitur ab eſſendo & ſic eſt nomen commune ad omnia decem genera, vel dicitur à ſe per eſſendo & ſic finitis &infinitis ſubſtantiis cõmunicat,aut dicitur à ſubſtando & ſic tantum ad primum prædicamentum quod ęſt ſubſtãtia ſe extendit.tract.2. cap.4. fol.30.

Subſtantia vt dicitur à per ſe eſſendo capitur tripliciter videlicet omnimode, quia eſt à ſe,per ſe, & ad ſe, vt Deus, totaliter: & ſic eſt ſubſtantia per ſe, & ad ſe, & non à ſe,vt omnis ſubſtantia finita incipiendo à genere generaliſſimo vſ-

que ad indiuidua incluſiuè, & partialiter vt eſt ſubſtantia quæ non eſt à ſe, nec per ſe, ſed in alio, vt forma ſubſtantialis. tract.2.cap.4.fol.30.

Accidens duobus modis accipitur vno modo prout extraneatur à ratione formali alicuius ita quod non ingreditur definitionem eiuſdem & hanc iuxta formalitatem etiam aliqua ſubſtantia vt inferior reſpectu ſuperioris poteſt dici accidens. Secundo modo capitur accidens pro eo quod aduenit rei poſt eſſe completum rei. trac.2. cap.4.fol.31.

Accidens poteſt conſiderari duobus modis vel ſecundum ſe, aut vt hoc accidens, primo modo poteſt adeſſe & abeſſe ſubiecto præter ſubiecti corruptionem, alio modo conſiderari poteſt vt hoc accidens & ſic non poteſt adeſſe & abeſſe ſubiecto præter ſubiecti corruptionem. tract. 2. cap.4.fol.32.

Adeſſe & abeſſe poteſt intelligi duobus modis vel primo intentionaliter & ſic eſt falſa propoſitio alio modo, ſecundo intentionaliter, & ſic poteſt eſſe vera in ſenſu diuiſo, non autem in ſenſu compoſito. tract.2. cap.4.fol.32.

CAPVT V.

RES aliquando venit à ratus, rata ratum hoc eſt firmus, firma, firmum, cuiuſmodi ſunt res extra ſuam cauſam exiſtentes, alio modo à reor reris vt eſt omnis eſſeitas in eſſe cognito & intentionali. tract.2.cap.4.fol.32.

Duplex eſt vniuocatio, ſcilicet generica & non gene

generica, prima eſt penes vnitatem realitatis, ſecunda autem quo ad conceptū realem. tract.2. cap.5. fol.33.

Formalitas à forma deriuatur. tractat.2.cap.5. fol. 33.

Forma dicitur quinque modis vno modo pro forma communi. Secundo modo pro forma, quæ eſt altera pars compoſiti. Tertio modo pro forma accidentali. Quarto modo pro forma immateriali: & quinto modo pro forma, quæ eſt ratio repræſentatiua imò eſt ipſa repręſentatiuitas rei. tractat. 2.cap.5.fol.34.

Formalitas eſt ratio obiectiualis ſub qua vnaquęque res ex natura rei eſſentialiter concipi poteſt.tract.2.cap.5.fol.34.

Formalitas propriè à forma quinto modo deriuatur, ſed proportionaliter à forma primo modo inquantum res totaliter concipitur: & à forma ſecundo modo prout res ſpecificè intelligitur, deriuari poteſt. tract.2.cap.5.fol.35.

CAPVT VI.

CViuslibet obiecti duæ ſunt rationes formales, ſcilicet quo ad quid, & quo admodum. tract.2. cap.6.fol.36.

Formalitas non eſt ratio obiectiua quo ad modum & pro vt obiectum mouet potentiā ſed bene quo ad quid & vt terminatiua. tract.2.c.6.fol.39.

In creaturis cum vna re ſubſiſtentiæ ſtat pluralitas exiſtentiæ & ſub vna realitate exiſtentiæ multiplicitas eſſentiæ.tractat.2.cap.6.fol.40.

Duplex eſt realitas eſſentiæ aut quoad quiditatem aut quo ad non repugnantiam. tractat. 2. cap.6.fol.40.

CAPVT VII.

OPpoſitorum eadem eſt diſciplina, & oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. trac.2. cap.7.fol.41.

Identitas eſt vnio duorum extremorum, ex natura rei, vel per opus collatiuum intellectus aut cuiuſuis potentiæ cognitiuæ conuenientium. tract.2. cap.7.fol.41.

Identitatis ſeptem ſunt ſpecies, ſcilicet rationis ex natura rei, formalis, realis, eſſentialis, totis ſubiectiuè, & totis obiectiuè. tractat.2.cap.7. fol. 42.

Triplex eſt diuiſio videlicet generis in ſpecies, totius integralis in ſuas partes, & vocis in ſignificationes. tract.2.cap.7.fol.42.

Quadruplex eſt vnitas, ſcilicet per aggregationem, quæ eſt ordo aliquarum partium ſitualiter diſpoſitarum vt cumulus auri, lapidum aceruatio. per accidens quæ præter partium diſpoſitarum ordinem potentiam, & actum dicit: hoc eſt informationem & informabilitatem connotat. vt ens vnum ex ſubſtantia & accidente. per ſe: alia eſt, quæ pręter partium eſſentialem ordinem qui in partis potentialis, & partis actualis vnione conſiſtet perſeitatem concernit. Secundum quam eſt compoſitum naturale & phiſicum. Quarta eſt vnitas, quæ omnium aliarum eſt

perfectiſſima identitatis dicitur & hæc extremitatum eſt vnio in aliquo conuenientium quæ ex natura rei, vel per opus intellectus, aut cuiuſuis potentiæ non diſtinguitur. tract.2cap.7.fol.44.

Diuiſio per ſe illa dicitur qua diuidentia per ſe adueniunt ad diuiſibile: ita quod diuiſibilis ratio, nomenque vel nomen tantum ipſius, includitur in ipſis diuidentibus intrinſicè, vel extrinſicè.tractat.2.cap.7.fol.45.

Diuiſio per accidens dicitur pro quanto membra diuidentia accidunt ad diuiſibile & hæc eſt tribus modis, videlicet ſubiecti in accidentia, accidentis in ſubiecta & accidētis in accidētia. tract.2.cap.7.fol.46.

Duplex, eſt genus, ſcilicet quo ad quid, & hoc de pluribus ſpecie differentibus prædicatur: & quo ad modum quod habet modum generis vt vniuerſale ad quinque prædicabilia. tractatus 2. cap.7.fol.46.

Duplex prædicatio generica videlicet vna vt ad genus quo ad quid, & talis eſt ſecundum vnitatem realitatis potentialis contrahibilis per diuerſas differentias, & alia reſpectu generis quo ad modum & hæc tranſcēdens dicitur quoniam indifferens eſt ad finita entia & infinita. tractat.2. cap.7. fol.46.

CAPVT VIII.

PRopoſitio diu agitata inter thomiſtas & ſcotiſtas eſt vtrum quæ realiter diſtinguntur formaliter diſtinguantur. quæ ſimpliciter, & abſolutè à thomiſtis conceditur, qui tantum duo di-

ſtinctionis genera ponunt: ſcilicet realem & rationis. ſchotiſtæ verò negant: vnde alias medias ponunt, quæ ſunt diſtinctio ex natura rei formalis, eſſentialis, totis ſubiectiuè, & totis obiectiuè. tractat. 2. cap. 8. fol. 47.

Primum argumétum quo probatur oppoſitum cum thomiſtis eſt per duas formalitates, vt a, & b, & per eſſe, & non eſſe. tract. 2. cap. 8. fol. 47.

Reſponſio ſtat quo ad diſtinctionem rei: in rem ſubſiſtantiæ, rem exiſtentiæ, & rem eſſentiæ. vel quia hæc differunt videlicet res realitas, & conceptus realis. tractatus ſecundus. caput octa. fol. 47.

Realitas duplex eſt ſubiectiua vna, qua aliquid realiter extra animam habet eſſe, per propriam exiſtentiam vt materia prima. alia eſt realitas obiectiua, ſecundum quam aliquid concipitur, vel eſt obiectum potentiæ: & actum potentiæ poteſt terminare. vt creatura in mente diuina. tractat. 2. cap. 8. fol. 48.

Realitas obiectiua duplex eſt, ſcilicet formabilis, quæ per rationes formales & contrahibilis, & modabilis quæ per modos intrinſecos determinatur. tractat. 2. cap. 8. fol. 49.

Duplex eſt realitas, ſcilicet propriè, & impropriè, ſeu extenſiuè. tract. 2. cap. 8. fol. 49.

Duplex eſt infinitum, ſcilicet negatiuè quod excludit finitatem & non ponit, ſeu non includit poſitiuè, quid repugnans infinitati: & aliud eſt priuatiuè quod excludit finitatem, ſed non includit quid repugnans ad finitatem. tractat. 2. cap. 8. fol. 50.

Aliud

Aliud eſt res, & aliud aliquid rei. tractat. 2. cap.8.fol.50.

Secundo ſubarguitur ex parte vocabuli, ſcilicet quæ diſtinguntur ex natura rei,realiter ſunt diſtincta tractat.2.cap.8. fol.51.

Alia eſt diſtinctio rei, alia realitatis, & alia ex natura rei.tractat 2.cap.8.fol.52.

Tertio alia ſubditur confirmatiua ratio per locum à tranſmutata proportione à re ſubiecti ad realitatem ſubiecti, & rei paſſionis ad realitatem propriæ paſſionis. tractatus ſecundus,cap.2. fol.51.

Vera proportio fundatur in illis, quæ ſunt res & res, & per conſequens diſtinctæ res realiter, cuiuſmodi non eſt ſubiectum & propria paſſio. ideo non valet argumentum.tractatus 2.capit.8. fol.52.

Quarto ſubarguunt ex parte realitatum, vel formalitatum ſubſtantiæ. tractat. ſecund. cap.8. fol.52.

CAPVT IX.

SVbſtantia formaliter capitur tribus modis videlicet formaliter quiditatiuè, eſſeitatiuè,cuiuſmodi ſunt quæ ponuntur in recta prædicamentali linea ſubſtantiæ, alio modo capitur formaliter quiditatiuè denominatiuè vt ſunt quæ ponuntur in obliquo in prædicamento ſubſtantiæ. tertio modo formaliter concomitanter vt ſunt propriæ paſſiones. tractatus ſecundus,cap.9. fol. 53.

Subſtantia alia in recto, alia in obliquo, quæ in recto eſt vera ſubſtantia dicitur quæ verò in obliquo aliquid ſubſtantiæ, vel pars ſubſtantiæ. tractat.2.cap.9.fol.53.

Duplex eſt formalitas, ſcilicet totalis, & partialis, totalis eſt:qua aliquid adæquatè habet eſſe vt humanitas: partialis verò eſt principium, & ratio qua aliquid habet eſſe quiditatiuum partialiter vt rationalitas. tractat.2. cap.9.fol. 54.

Duplex vnitas, ſcilicet rei, & realitatis, cum vnitate rei ſtat pluralitas realitatum. tract.2.c.9. fol. 56.

Aliud vniuocum prædicatum eſt, & aliud vniuocè prædicari. tract.2.cap.9.fol.57.

Hæc tria ſe habent per ordinem indiuiduum, ſubiectum, & ſuppoſitum. tract.2.cap.9.fol.59.

Quiditatiuè capitur ſeptem modis, ſcilicet eſſeitatiuè, & ſic quod dicit totam rei eſſentiam quemadmodum ſpecies de indiuiduis quiditatiuè dicitur. Secundo modo capitur conſtitutiuè. Tertio modo ſpecificatiuè. Quarto modo repreſentatiuè. Quinto modo indicatiuè. Sexto modo prædicatiuè, & ſeptimo modo conſecutiue. tractat.2. cap.8.fol.61.

Totalitas eſſentiæ eſt duplex, ſcilicet formalis quiditatiua, & formalis determinatiua, prima eſt per differentiam ſpecificam, ſecunda per differentiam indiuidualem. tractatus 2. cap. 9. fol.60.

Diſtractio realis dupliciter accipitur, ſcilicet communiter & propriè: primo modo eſt genus ad omnes diſtinctiones quæ in rebus ex natura rei diſtin

diſtinctis fundantur. propriè eſt ſpecies diſtinctionis contra diſtincta ab aliis. tractat.2. cap.9. fol. 64.

Species diuerſæ ſunt duobus modis aliæ ſunt diuerſæ incompoſſibiliter, quoniam vna non eſt alia, nec cum alia eſt compoſſibilis & tales vocantur ſpecies diſperatæ, aliæ ſunt diuerſæ gradualiter quemadmodum ſunt diſpoſitio & habitus.tract.2. cap.10. fol.65.

Duplex eſt actio videlicet acta & hæc actio, & paſſio eſſe poteſt actio pro vt eſt ab Agente, & paſſio inquantum recipitur in paſſibili, alia eſt actio formaliter, qua agens eſt natum agere, & formaliter eſt agens, & talis: ita eſt actio quod non poteſt eſſe paſſio, quia formalitas, qua aliquid eſt eſſentialiter quod non poteſt eſſe reſpectu alterius, penes oppoſitam quocitatem. trat.2. cap.10. fol 68.

Duplex forma, ſcilicet ſimpliciter inuariabilis, & ſecundum quid inuariabilis. tract.2. c.10. fol.68.

Diſtingui ratione dupliciter eſt vel ratione vt ratio formaliter eſt, & diſtingui, ratione quiditatiua, primo modo eſt per opus intellectus, ſecundo modo eſt ex eſſentia & natura rei. tractat.2. cap.10.fol.69.

Eſſentia diuina non eſt diſtincta à perſonis eſſentialiter, vel realiter. benè tamen formaliter.tract.2.cap.10.fol.70.

Aliqua diſtingui formaliter eſt duobus modis vno modo reſpectu eorũ, quæ ſic ſunt idem realiter: quod tamen aliqua res eſt realiter eadem

vni : & diſtincta realiter ab altero: & ſic diſtinguntur formaliter eſſentia, à relatione, imò à qualibet perſonarum. Secundo modo diſtinctio formalis eſt eorum, quæ ſunt idem realiter: & etiam quicquid realiter eſt idem vni eſt idem realiter alteri : tamen aliquid prædicatur de vno quod non prædicatur de altero. cuiuſmodi in creaturis diſtinguntur natura & ſuppoſitum. tractat.2. cap.10. fol.70.

Ratione diuinæ ſimplicitatis, eadem ſecũdum rem ſunt eſſentia & perſona, ſed formaliter ex natura rei diſtinguntur:vnde alia eſt ratio eſſentiæ & alia eſt ratio perſonæ. tractatus 2. cap. 10. fol. 71.

Perſona ſignificat relationẽ ſubſiſtentem, ſed relatio rem abſolutè. tractat.2.cap.10. fol.71.

Relatio quo ad innitatem hoc eſt vt comparatur ad eſſentiam perſonam realiter non cauſat, ſed multiplicat & perſonas conſtituit vt ad additatem, & vt comparatur ad relationem oppoſitam. tract.2.cap.10.fol.71.

Eſſeitas perſonæ conſideratur dupliciter, aut vt eſt aliit vt perſona eſt,inquantum eſt ab eſſentia eſt,ſed inquantum eſt perſona a relatione eſt, vnde dicit Auguſtinus 7.de Trinit.alio pater eſt, & alio pater eſt pater. tract.2.cap.10.fol.72.

Solemus in rebus creatis dicere formam eſſe eius,cuius eſt forma vt pulchritudinem eſſe Priami, rem autem cuius eſt forma non dicimus niſi additatiuè vt hæc mulier eſt ægregiæ formæ:quapropter in diuinis multiplicatis perſonis, non multiplicatur eſſentia dicimus vnam trium perſonarum

ſonarum eſſentiam, & tres perſonæ vnius eſſentiæ, ſic quod iſti genetiui accipiuntur indiſignationis forma. tractatus ſecundus, caput decimo. fol. 72.

Nomina in diuinis alia eſſentialia quæ ſignificant eſſentiam ſubſiſtenter & ſubſtantiuè, & talia prædicantur de tribus ſingulariter vt pater, filius, & ſpiritus ſanctus, ſunt vnus Deus, vna eſſentia, alia important eſſentiam adiectiuè vt ſapiens, æternus, & hæc de perſonis pluraliter prædicantur. tractatus ſecundus, capite decimo. fol. 73.

Eſſe de eſſentia alicuius eſt duobus modis conſtitutiuè & hoc modo eſſentia eſt de quiditate perſonarum, alio modo formaliter & hoc modo non, quoniam nullum abſolutum eſt reſpectus, ſicut nullus reſpectus eſt abſolutum. tractat. 2. cap. 10. fol. 73.

Aliquid dicitur de aliquo multipliciter, aut materialiter, vt ſcamnum de ligno, aut effectiuè & originatiue ſicut calor de igne, vel tranſmutatiue, vt à termino à quo vt calidum eſt de tepido, vel frigido vel ordinatiuè vt de nocte fit dies, aut terminatiuè formaliter. vt in generatione vniuoca filius eſt de patre. tractat. 2. cap. 10. fol. 74.

Eſſentia eſt fundamentum relationum non potentia recipiens ipſas, ſed ad modum formæ in qua ſubſiſtunt non per informationem, ſed ſicut ſuppoſitum in natura, vt Plato in humanitate. tract. 2. cap. 10. fol. 74.

Eſſe de eſſentia, alicuius eſt dupliciter,

aut quiditatiuè formaliter, aut identicè. tract.2. cap.10. fol.75.

CAPVT XI.

FOrmalitas rationis omnes alias infert, nec non & ab aliis infertur. tractat. 2. caput 11. fol.76.

Formalitas rationis eſt non alietas quiditatis, aut formalitatis, à ſe ipſa concepta per actum rationis, cuius extrema non ſunt niſi per intellectus negotiationem, aut idéticè, aut diſtinctiuè, tracta.2.cap.11.76.

Duplex eſt formalitas, ſcilicet identitatis, & diſtinctionis. tract.2. cap.11.fol.76.

Primum correlarium identitatis rationis eſt, identitas rationis eſt omnium identitatum abſolutiſſima, & virtute intellectus tantum eſt. tractatus 2.cap.11.fol.76.

Secundum fundamẽtum huius identitatis eſt vnum numero, aut quod indiuidualiter, ſeu ſuppoſitaliter, aut perſonaliter vnum numero ſit. tract.2. cap.11.fol.76.

Tertium correlarium eſt quod hæc identitas relatio nuncupatur. tractat.2.caput vndecimum, fol.77.

Quartum quod nõ eſt omnis relatio, ſed præciſè æquiparantiæ, tractat.2. caput vndecimum, fol.76.

Quintum correlarium eſt quod hæc relationis eſt rationis. tractat.2.cap.11.fol.76.

Sextum & vltimum correlarium eſt, hæc relatio

tio ab actu collatiuo intellectus relinquitur. tractat.2.cap.11.fol.76.

Aliud eſt quiditas & aliud reſpectus quiditatis.tracta.2.cap.11.fol.78.

Intellectus licet non ſit compoſitus compoſitione ex his vt ex re, & re, bene tamen eſt compoſitus ex realitate, & realitate. tract.2. cap.11. fol.78.

Duplex eſt ſimplex quoddã eſt quod compoſito, ſeu componibili opponitur, quoddam verò quod multiplici rationum formalium. tractat.2. cap.11. fol.79.

In intellectu ſunt duæ virtutes vel vires, ſcilicet actiua,& paſſiua,virtus actiua eſt illa,ſecundum quam eſt omnia facere, paſſiua verò, quæ eſt omnia fieri.tractat.2.cap.11.fol.79.

Virtus actiua quo ad duo eſt, ſcilicet facere potentia intelligibilia, actu intelligibilia: aut actu intellecta, quæ ſunt prius potentia intellecta.tract.2.cap.11.fol.80.

Intellectus poſſibilis non ſolum circa abſolutum, ſed etiam circa reſpectiuum habet operari quod eſt vel per ſpeciem propriam, aut alienam obiecti.tract.2. cap.11.fol.81.

Ens abſolutum eſt ens ad ſe, reſpectiuum ens formaliter cum alio,& ad aliud. tractat.2.cap.11. fol. 81.

Intellectus agens poteſt dupliciter conſiderari, aut inquantum eſt vis, quæ habet abſtrahere ſpeciem intelligibilem, aut eſt vis effectiua intellectionis. Primo modo diſtinguitur ex natura rei ab intellectu poſſibili: ſecundo verò modo

non.

non. tractat.2. c.11.fol.83.

Intellectus agens & poſſibilis dupliciter conſideratur aut pro fundamēto reſpectus & ſic cum vnus intellectus, ſeu potentia intellectiua ſit contra diſtincta à voluntate, & memoria vnus erit intellectus agens & poſſibilis, aut conſiderantur pro reſpectu fundamenti & quia intellectus vel habet reſpectum ad obiectum, vel ad actum intelligēdi vt circa ipſum, aut vt ab ipſo: primo modo eſt reſpectus actiuitatis: ſecundo modo paſſiuitatis qui ſunt reſpectus ex natura rei diſtincti. tractat.2.cap.11.fol.83.

Triplex eſt actus intellectus, ſcilicet rectus, qui directè reſpicit obiectum, & ab eo terminatur. actus reflexus, qui terminatur ad actum præſiſtentem in potentia. collatiuus verò eſt reſpectus relictus in re, à potētia cognitiua, quo vnum obiectum cognitum comparatur ad aliud obiectum cognitum.tractat.2.cap.11.fol.84.

Propoſitio identica quo ad terminos poteſt conſiderari dupliciter aut primo intentionaliter & ſic nec ex parte rei, nec ex parte intellectus termini in ipſa connotati diſtinguntur, aut ſecundo intentionaliter, & ſic cum identitate rei ſtat ibi alietas rationis. tractat.ſecundus.cap.11. fol. 84.

Diſtinctio in ſe eſt alietas extremorum in aliquo non conuenientium ex natura rei, vel per actum collatiuum intellectus aut cuiuſuis potentiæ. .tractat.2. cap.12.fol.89.

Diſtinctio rationis eſt alietas extremorum, in aliquo conuenientium ex natura rei, per actum colla

collatiuum intellectus ſeparatorum, vel ſeparabilium.trac.2.cap.12.fol.89.

Septem ſunt diſtinctionis genera, ſcilicet rationis,ex natura rei, formalis, realis, eſſentialis, ſe totis ſubiectiua, & ſe totis obiectiua. tract.2. cap.12.fol.98.

Omnis diſtinctiua ratio circa rem, aut circa gradus,& repręſentabilitates rei,aut quo ad rem cognitam,vt cognita eſt. tractat.2 cap.12.fol.92.

Habere correſpondentiam in re,&cum re poteſt eſſe duobus modis vel formaliter,vel fundamentaliter,ſeu non repugnanter. tract.2.cap.12. fol.93.

Aliud eſt aliquid eſſe aliud, & aliud ad aliud correſpondere, primum requirit vnitatem naturæ & formæ, ſecundum ſimilitudinem tantum & imitationem. tractat.2.cap.12.fol.94.

Primum correlarium, quo ad diſtinctionem rationis eſt, quod in quacunq; propoſitione, qua eiuſdem ad ſe ipſum concipitur habitudo hanc rationis eſt adinuenire. tractat.2.cap.12.fol.95.

Duplex propoſitio, ſcilicet vera & naturalis, & proprià alia ſeu artificialis. tractat. 2. cap.12. fol.95.

Primi modi dicendi per ſe quatuor ſunt gradus: primus eſt de definitione reſpectu definiti, vel de definito reſpectu definitionis. Secundus eſt quando pars definitionis, quæ eſt pars definitionis ſubiectiua potentialis prædicatur de eo, cuius eſt definitio. Tertius gradus eſt quando pars definitionis, quæ eſt realitas, vt actus prædicatur de ſubiecto vt homo eſt rationalis,

quartus

quartus verò gradus eſt de eodem reſpectu eiuſdem vt hoc eſt hoc. tract.2.cap.12.fol.97.

Secundum correlarium eſt quod voluntas collatiua potentia dicitur.tract.2.cap.12.fol. 98.

Potentia rationalis capitur dupliciter vel quo ad quid,quæ eſt illa, cuius eſt operari rationaliter,& circa obiectũ rationaliter cognitum vt intellectus, aut quo ad modum vt voluntas quæ tantum ratione obiecti dicitur rationalis.tract.2. cap.12.fol.98.

Ratio quare in prædicatione eiuſdẽ de ſeipſo diſtinctio rationis eſt:quia ſicut contradictio fundata in entibus realibus realẽ gignit diſtinctionem: ſic contradictio fundata in entibus rationis cauſat rationis alietatem. tract.2.cap.12.f.98.

Idem reſpectu eius poteſt conſiderari, dupliciter aut ſecundum ſe & ſimpliciter, quod eſt ipſum in ſe ipſo, & cùm ſeipſo: alio modo connotatiuè quod eſt ad ſeipſum. Primo modo non fundamentum diſtinctionis rationis, ſed bene, ſecundo. tract.2. cap.12.fol.98.

Diſtinctio rationis eſt alietas duorum extremorum ſolum cõceptu diſtinguibilium:aut quod ſit res rationis, & res rationis, vt genus cum ſpecie,aut res realis intellecta,ad rem realem intellectam,aut res realis, & res rationis,vel quod ſit idem reſpectu eiuſdem. tractat.1.cap.12.fol.99.

CAPVT XIII.

IDentitas ex natura rei eſt non alietas alicuius quiditatis, aut formalitatis, à ſe ipſa concepta ex natura rei,de qua abſolutè accepta multipha-

riam

riam poſſunt prædicata contradictoria formari. tractat.2.cap.13.fol.99.

Primum correlarium impoſſibile eſſe eidem reſpectu eiuſdem & inquantum idem oppoſita quauis oppoſitione, ſcilicet contradictoria, contraria, priuatiua aut relatiua. tractat.2. cap.13. fol.99.

Triplex eſt medium, ſcilicet coniunctionis vt copula verbalis, menſurationis ſicut centrum reſpectu circuli, aut medium extremitatum, vt linea inter duo puncta. tracta.2.cap.13.fol.99.

Secundum correlarium eſt, inter oppoſita non ſemper realis diſtinctio eſt. tractat.2. cap. 13. fol.101.

Illa ſunt eadem ex natura rei de quibus duo prædicata contradictoria ſecluſo opere collatiuo intellectus verificari nō poſſunt, hæcúe identitas via oppoſitionis habetur, ſcilicet quæcunque aliqua oppoſitione non opponuntur eadem ſunt ex natura rei.tract.2.cap.13.fol.101.

Duplex eſt oppoſitio, ſcilicet propoſitionis, ſeu complexa & rei, ſeu incomplexa. tractat.2. cap.13.fol.102.

Oppoſitio complexa eſt duarum propoſitionum ſecundum qualitatem, aut quantitatem ſimul vt contradictoria, aut qualitatem tantum, vt contraria, & ſubcontraria, aut quantitatem præcisè vt ſubcontraria. tract.2. cap.13.fol.102.

Triplex eſt materia propoſitionis, ſcilicet naturalis, contingens, & remota. naturalis qua prædicatur eſt de eſſentia ſubiecti vel proprium eius vt homo eſt animal homo eſt riſibilis. contin-

e gens

gens qua prædicatum, poteſt adeſſe & abeſſe ſubiecto: præter ſubiecti corruptionem vt homo eſt albus, & remota qua prædicatum nullo modo poteſt conuenire cum ſubiecto vt homo eſt lapis. tractat. 2. cap. 13. fol. 105.

Oppoſitio incomplexa eſt duarum formarum actiuarum, vel paſſiuarum ſibi inuicẽ repugnantium incompoſſibilitas vt inter frigidum & calidum, humidũ & ſiccum. tractat. 2. cap. 13. f. 107.

Qualitates primæ elementales ſunt quatuor, & ipſa elementa ſunt quatuor, vnde minus aut pluſquã quatuor eſſe non poſſunt, vt in ipſis differentia, concordantia, & contrarietas reperiatur: ipſa etiam ſunt figurata & diſpoſita, in figura quadrangulari, triangulari & circulari, multa, ſubtilia, de quadrangulo in triangulo, & de triangulo in circulo differuntur. tractat. 2. cap. 13. fol. 108. 109 110. & 111.

Oppoſitio termini, ſeu incõplexa capitur tripliciter aut cauſaliter, & ſic quod cauſa eſt oppoſitionis oppoſitũ, & ad id, quod eſt cauſa alterius oppoſiti effectiua, alio modo capitur formaliter. tertio modo terminaliter. tract. 2. cap. 13. fol. 112.

Contraria verificari de eodẽ ſubiecto ſtat dupliciter vel in ſenſu diuiſo, vel compoſito. trac. 2. cap. 13. fol. 112.

CAPVT XIIII.

Forma ex natura rei dat eſſe illi, cuius eſt forma, & ratio formalis. tractato 2. cap. 14. fol. 114.

Diſtin

Diſtinctio ex natura rei eſt alietas extremorũ in aliquo ex natura rei conuenientiam, habentium ſibi inuicem comparatorum, ſeu comparabilium ex propriis rationibus formalibus & non actu collatiuæ potentiæ originata. tract.2.cap.13. fol. 114.

Ens capitur dupliciter vno modo pro omni poſitiuo, quod ex natura rei eſt extra nihil:& iſto modo modi intrinſeci, & differentiæ vltimæ dicuntur ens, vel res: ſecundo modo magis ſtrictè pro illo, quod formaliter & per ſe eſt ens,& non entis cuiuſmodi eſt Deus, creatura, abſolutum, & reſpectiuum, ac illa, quæ ſunt in recta linea prædicamentali. quando ergo dicitur quod diſtinctio ex natura rei eſt alietas extremorum in aliquo ex natura rei conuenientiam habentium: non eſt intelligendum eſt ex natura rei, ſecundo modo, ſed primo modo, quoniam, quæ ex natura rei conueniunt in entitate, quæ diſtinguitur contra nihil diſtinguntur ex natura rei in entitate quæ formaliter eſt ens & propriè res. tractat.2. cap.14.fol.114.

Primum correlarium eſt quod definitio,& definitum pro per ſe denominato & formaliter ex natura rei diſtinguntur. tractatus 2. capite 14. fol. 114.

Definitio & definitum dupliciter conſiderantur, ſcilicet pro per ſe denominato, vel pro per ſe ſignificat. tractat.ſecund.cap.decimoquarto, fol. 115.

Secundum correlarium eſt quod totum & partes ex natura rei diſtinguntur quoniam totum

compoſitionis,& dependentiæ eſt terminus: partes autem ſunt realitates terminabiles & vnibiles per ſe in toto. tractat. 2. cap. 14. fol. 116.

Tertium correlarium eſt quod totum vniuerſale, & partes ſubiectiuæ hac eadem diſtinctione alietatem habent. tractatus ſecund. cap. 14. fol. 117.

Quartum correlarium eſt hoc, ſcilicet eſſentia diuina & relationes ex natura rei diſtinguntur. tractat. 2. cap. 14. fol. 118.

Relationes diuinæ poſſunt conſiderari duobus modis, ſcilicet inſiſtenter, & vt res relatæ, alio modo formaliter & prout relationes, ſunt primo modo ſunt in communicabiles, ſed ſecundo modo aliqualiter ſunt communicabiles. tracta. 2. cap. 14. fol. 118.

CAPVT XV.

QVæ ſunt eadem ex natura rei, ſunt formaliter eadem, ſed è contra. tractat. 2. cap. 15. fol. 119.

Formalitas à forma deriuatur: identitas formalis eſt non alietas quiditatum, quarum vna aliam includit, vel eſt eorũ, quorum vnum aliud includit in ſua ratione formali & in primo modo dicendi per ſe. tract. 2 cap. 15. fol. 119.

Primum correlarium identitatis formalis eſt quod prædicata quiditatiua, modi intrinſeci entis, differentiæ eſſentiales, ſuis inferioribus eadem formaliter non ſunt. tractatus 2. cap. 15. fol. 112.

Cap. 16.

CAPVT XVI.

DVplex eſt identitas formalis, ſcilicet formæ vniuerſalis quę mutua dicitur, & formæ partialis quæ non mutua appellatur. tract.2.cap.16. fol.123.

Aliud eſt non variare formaliter, & aliud non diſtinguere formaliter, non variare formaliter eſt conſtitutum ſpecificè non variare & con ſtitutum diſtinguere cum qua ſtat alietas formalitatum: quod eſt diſtinguere formaliter, diſtinguere formaliter eſt penes alias & alias repræſen tatiuitates diſtinguere. tractat.2.cap.16.fol.126.

Formaliter capitur tribus modis, ſcilicet eſſcitatiuè, ſpecificatiuè numeraliter, & gradualiter. tractat.2. cap.17.fol.127.

Differentiæ conſiderantur duobus modis vno modo concretiuè & ſic non differunt formaliter ab iis quibus, vel de quibus ſunt differentiæ: alio modo abſtractiuè & ſic formaliter differunt quoniam alia eſt repræſentatiuitas formæ vt cũ alio, & alia eſt repræſentatiuitas formæ ſecundum ſe. tractat.2.cap.17.fol.127.

Differentia conſideratur dupliciter, aut vt differentia eſt, & ſic formaliter differt ab eo, cuius eſt differẽtia, alio modo prout eſt res differentiæ, & taliter non habet formalem diſtinctionem à re cuius eſt differentia. tract.2.cap.17.fol.128.

Duplex eſt definitio eſſentialis, videlicet eſſen tialis quiditatis vna & alia eſſentialis additatis. tract.2. cap.17. fol.129.

Definitio alia eſt per aliud, & alia ad aliud,

prima quiditatis, ſecũda additatis tr.2.c.17.f.129.

Aliud eſt eſſe formam quoad ſimplex eſſe formæ, aliud eſſe formã quo ad actum formæ, aliud eſſe cum forma, & aliud eſſe ex forma, eſſe formam quo ad ſimplex eſſe formæ eſt quantum ad eſſeitatem, ſimplicem quę incommunicabilis, & ſic perſonę diuinę poſſunt dici formæ, eſſe autem formam quo ad actum, & habere rationem formæ communicabilem & actuatiuum cum eſſeitate ad aliud & cum alio cuiuſmodi ſunt formæ ſubſtantiales, & accidentales ſuo modo, & hoc modo perſonæ diuinæ, nec quodcunque per ſe ſubſiſtens eſt forma: cum perſonæ diuinæ quid increatum perſonaliter ſint, quod eſſe, eſt incom municabiliter exiſtere vt quo, vel vt quod, nec quoduis creatum per ſe ſubſiſtens, quia partis rationem non connotat. vnde vltimum actum habent non ordinabilem ad vlteriorem actum, eſſe cum forma eſt ad aliud incurrere compoſitiuè cum forma cuiuſmodi eſt materia: hinc materia eſt realitas poſitiua ex qua cum forma fit ali quid, ſcilicet compoſitum. Sed eſſe ex forma eſt reſultare ex ipſa forma cum materia per ſe vnitis & ſic eſt compoſita entitas. tract.2.cap.17.f.130.

Triplex eſt eſſe, ſcilicet eſſeitatiuum, formale, & ſuppoſitale. tract.2.cap.17.fol.130.

Accidens dupliciter conſideratur, aut in ratione entis, & qua ens eſt, vel ſub ratione qua exiſtens eſt. Primo modo ens dicitur: ſecundo modo ens entis.tract.2. cap.17.fol.130.

Facere cognoſcere ſubſtantiam ſtat dupliciter, aut ſecundum ſuam eſſentiam quod eſt per ſe ens,

ens, aut inquantum eſt fundamentum accidentium. quare aliud eſt facere cognoſcere ſubſtantiam abſolutè, & aliud coadiuuare ad cognitionem ſubſtantiæ: primo modo ſunt principia intrinſeca, & quod quid erat eſſe, ſecundo modo ſunt principia extrinſeca & per additamentum. tractat.2.cap.17.fol.131.

Cognitio ſubſtantiæ per accidentia media eſt inter cognitionem qua cognoſcitur ſicuti eſt in ſua quiditate, & ſecundum ea quæ ipſi inſunt ex ratione intrinſeca rei, & inter cognitionem, qua res cognoſcitur omnino, mediam dico non ſituatiuè, ſed habitudine, & quo ad nos: quoniam eſſeitatiuè eſt infimior ideóque aliud eſt cognoſcere quiditatem, aliud eſſeitatem, & rationes formales non repugnantes quiditati, exemplum primi homo eſt animal rationale, exempl. ſecundi homo eſt ens ſubſtantiale, exempl. tertij. homo eſt animal aſſotiabile, bipes, cognitio quo ad quiditatem eſt, ſuperior & perfectiſſima, quia per propria quæ eſt eſſentiæ, eſt infimior quoniam eſt per communia ſed ea, quæ eſt rationum formalium quiditati non repugnantium eſt media, quia eſt per appropriata & propriè & per ſe compoſſibilia, id eſt dicitur media. tractat.2. cap.17. fol.132.

Alia eſt conuenientia in quiditate, & formalitate, & alia conuenientia formalis quiditatiua. tractat.2. cap.17. fol.132.

In conceptu formali defin[i]to, vel definibili ſubiectum, & propria paſſio non ſunt eadem formaliter. tract.2.cap.17.fol.133.

CAPVT XVIII.

DIſtinctio formalis eſt illa quæ cadit, inter ea, quorum quiditates ſunt diuerſæ, ſiue formalitates. tract. 2. cap. 16. fol. 133.

Abſolutum triplex eſt, ſcilicet vt diſtinguitur contra reſpectiuum, alio modo vt idem eſt quod ſimpliciter, & tertiò modo inquantum idem eſt quod omnimodè. tractat. 2. cap. 18. fol. 134.

Abſolutum triplex eſt, ſcilicet à cauſa, à ſubiecto, & à termino. tract. 2. cap. 18. fol. 434.

Abſolutum illud eſt quod formaliter non eſt ad aliud, reſpectiuum verò quod formaliter eſt ad aliud. tractat. 2. cap. 18. fol. 134.

Iſta ſe habent per ordinem videlicet relatiuum, relatio, reſpectus, & habitudo. tractat. 2. cap. 18. fol. 134.

Duplex eſt relatio perintrinſecus adueniens vna, & per extrinſecus adueniens alia. tract. 2. cap. 18. fol. 135.

Ad relationem perintrinſecus aduenientē, quę ſecundum eſſe eſt extremorū tantum poſitio requiritur, ad eam, autem quæ eſt per extrinſecus adueniens, quæ ſecundum dici appellatur, tria requiruntur, ſcilicet poſitio, aproximatio, & non obex ſeu impedimentum. tractatus 2. cap. 18. fol. 134.

CAPVT IX.

ATtributum ab ad & tribuo tribuis deriuatur idē alteri tributum, vel tribuibile dicitur. tract. 2. cap. 19. fol. 137.

Attribui capitur tribus modis vel additamentaliter vt ſartor veſtes domino tribuit. vel affirmatiuè præciſe ſine relatione vt Philippo hiſpaniæ regi attribuere regiam poteſtatẽ, alio modo affirmatiuè relatè cum remotione & eminentia, vt attribuere potentiam Deo per relationem à creaturis eminentialiter, & cum remotione. tractat.2.cap.19.fol.138.

Attributum capitur quatuor modis: vno modo idem eſt quod prædicatum: ſecundo modo accipitur pro appropriato: tertio modo pro omni eo, quod ab alio remouetur & alteri tribuitur: quarto verò modo pro communiter appropriato. tractat.2.cap.18.fol.140.

Quatuor requiruntur ad attributũ. primo quod aliquo modo inueniatur in creaturis, ſecundo quod aliqualiter ſubiectũ ſupponat, tertio quod dicat perfectionem, quarto quod formaliter & non tranſumptiuè ſint in Deo. tractat.2. cap.19. fol. 140.

Attributa ſunt idem realiter & ex natura rei formaliter diſtinguntur. tractat.2.cap.19.fol.140.

Aliquid eſſe proprium capitur dupliciter, vel ratione cui vel ratione quæ: ideo propriè attributum dicitur bifariam, vel pro re attributa & ſic dicitur proprium quæ, vel dicitur attributum propriè ratione rei cui attribuitur. tract.2.cap.19. fol.42.

Aliud eſt forma, & aliud eſt formalitas, forma eſt quæ dat eſſe ſpecificum illi: cuius eſt forma, formalitas verò eſt repræſentatiuitas quare aliquid concipitur. tract.2.cap.19.fol.142.

Quatuor modis formalis diſtinctio, ſicut & identitas inueſtigatur, ſcilicet per viam definitionis, per viam diuiſionis, per viam diſcriptionis & per viam demonſtrationis. tractatu ſecund. cap. 20. fol. 143.

Identitas realis eſt non alietas extremorum ex natura rei vnam, atque eandem realitatem formaliter habẽtium poſitiuam actu exiſtentem vnica exiſtentia. tracta. 2. cap. 21. fol. 144.

Primum correlarium eſt eſſentialia in diuinis vt intellectus & voluntas, & notionalia vt innaſcibilitas, paternitas, filiatio, ſpiratio actio, & ſpiratio paſſio vnica realitate reantur & exiſtentia ſunt. tractat. 2. cap. 21. fol, 144.

Eſſentiale alio modo apud philoſophos, & aliò modo apud theologos in vſum venit. tract. 2. cap. 21. fol. 145.

Notio à noſco noſcis dicitur, quia notiones faciunt venire in cognitionem nos diuinarum perſonarum. tractat. 2. cap. 21. fol. 146.

Notio tripliciter capitur, ſcilicet communiter, ſecundo modo improprie, & tertio modo propriè quæ eſt ipſa originatiuitas negatiuè, vel poſitiuè. tractat. 2. cap. 21. fol. 146.

Exiſtentia dicitur quaſi ex eſſentia, vel extra eſſentiam. tractat. 2. cap. 21. fol. 147.

Eſſe capitur duobus modis vno modo ſyncathegorematicè, & alio modo cathegorematicè. tracta. 2. cap. 21. fol. 148.

Duplex eſt actus, ſcilicet exercitus & ſignatus. tract. 2. cap. 21. fol. 148.

Eſſe & eſſentia quo ad rem ſignificatam non diſtin

diſtinguntur, quia idem eſt in re, eſſe rei entitas rei.& eſſentia rei.tract.2.cap.21.fol.149.

Duplex eſt eſſe, ſcilicet obiectiuum & ſubiectiuum.tractat.2.cap.21.fol.149.

CAPVT XXII.

ALiud eſt loqui de, exiſtentia in diuinis & aliud in rebus creatis. tract.2.cap.22.fol.149.

In diuinis eſſentia eſt verè res exiſtens. in rebus non omnis eſſentia eſt exiſtentia, quia exiſtentia dicit eſſentiam cum actuali concernentia nunchitatis, & ecceitatis, quod non eſt eſſentia quiditatum vniuerſalium. tract.2.cap.22.fol.150.

Eſſentia diuina tripliciter conſideratur, aut ſecundum ſe, aut prout eſt terminus generationis, vel productionis, vel inquantum eſt communicata tribus: ita quod eſt Pater, eſt Filius, & eſt Spiritus ſanctus. tract.2.cap.22.fol.151.

Triplex realitas reperitur in diuinis, ſcilicet realitas eſſentiæ quæ vna eſt in tribus, realitas exiſtentiæ videlicet emanationis quæ dupliciter eſt, & realitas ſubſiſtentiæ & hæc triplex, ſcilicet Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. tractat.2. cap.22.fol.152.

Duplex eſt communicationis modus in diuinis, ſeu duæ ſunt emanationes vna per modũ naturæ, & alia per modum voluntatis. tractat.2. cap.22.fol.152.

Trinitas perſonarum tripliciter patet, ſcilicet ex parte actualitatis, poteſtatis, & nobilitatis. tractat.2.çap.22.fol.152.

Mirabile in diuinis perſonis, quod quæ vis vna conſiderata æqualiter eadem aliis duabus reſpicientibus fit triangulus: vnde numerus trinarius triangulatur: & triangulus circulatur & circulus triangulatur. tract.2.cap.22.fol.156.

Aliud eſt ſingulare, aliud indiuiduum, aliud ſuppoſitum, & aliud perſona. tractat.2. cap. 22. fol. 157.

Singulare eſt quadruplex. tractatus 2. cap. 22. fol. 157.

Perſona duplex eſt creata, ſcilicet & increata. tractat.2. cap. 22. fol. 159.

Perſona creata eſt intellectualis naturę per ſe, & ad ſe, ſed non à ſe indiuidua ſubſtantia. increata verò intellectualis naturæ à ſe, per ſe, & ad ſe, vt quo & vt quod in communicabilis ſubſtantia. tractat.2.cap.22.fol.159.

CAPVT XXIII.

OPinio heretica propoſitiuo abſcripta de conſtitutione perſonarum. tractat.2. cap.23. fol. 160.

Secunda opinio eſt Ricardi, & diui Bonauenturæ, quod perſonæ diuinæ per proprietates abſolutas primo conſtituuntur, & per relationes originis quaſi ex conſequenti. tractat.2. cap.23. fol. 161.

Tertia opinio, quæ communior, & magis in vſu apud doctores eſt, quod perſonæ diuinæ per relationes originis conſtituuntur & diſtinguntur. tract.2. cap.23.fol.163.

genera

Generatio actiua, & paternitas in patre ſunt vna & eadem proprietas, ſicut generatio paſſiua & filiatio in filio. tract.2.cap.23.fol.163.

Relatio non conſtituit perſonam quo ad additatem, ſeu formaliter, ſed qno ad innitatem. tractat.2.cap.23.fol.164.

Quatuor conditiones ſunt neceſſariæ ad hoc quod relatio originis conſtituat.tractat.2.cap.23. fol.164.

Relatio multipliciter poteſt intelligi, ſicut & actio. tractat.2.cap.23.fol,165.

Actio poteſt comparari ad paſſionem, vel ſecundum habitudinem actualem, vel aptitudinalem & potentialem, ſi primo modo hoc tripliciter, ſcilicet præſentialiter, præteritaliter, & futuraliter. tract.2.cap.23.fol.167.

Duplex potentia, ſcilicet logica & phiſica. tractat.2. cap.23.fol.167.

Perfectio dupliciter capitur, aut prout eſt ratio rei factæ & ſic non dicitur de Deo, alio modo prout eſt ratio rei completæ cui non deficit quid & ſic dicitur de Deo.tract.2.cap.23.fol.168.

Secundum correlarium eſt hoc, ſcilicet omnes differentiæ eſſentiales, modi intrinſeci in eodem ſuppoſito hac identitate, ſcilicet reali ſunt eadem.6. tractat.2.cap.23.fol.168.

CAPVT XXIIII.

Differentia capitur tripliciter, ſcilicet communiter, propriè & magis propriè. tracta.2. cap.24. fol.619.

Poſſe

Poſſe adeſſe & abeſſe intelligi poteſt dupliciter aut realiter aut non repugnanter. tractat. 2. cap.24.fol.169.

Modus aliquando capitur pro differentia eſſentiali, ſecundo modo pro gradu ſubſtantiali, vel accidentali, tertio prout eſt paſſio & paſſibilis qualitas, quarto pro habitu & diſpoſitione, vltimo modo inquantum eſt id quid additus alteri non variat rationem formalem conſtituti. tract.2. cap.24.fol.172.

Modus non diſtinguitur ab eo, cuius eſt modus poſitiuè, ſed negatiuè. tractat. ſecund. cap.24. fol.172.

Differentia modi intrinſeci & differentiæ eſſentialis. tractat.2 cap.24.fol.173.

Deus & creatura poſſunt conſiderari duobus modis vel pro per ſe denominato & in ſimplicitate ſuæ naturæ alio modo pro per ſe ſignificato. tractat.2.cap.24.fol.173.

Tertium correlarium eſt quod ſuperius quod libet eſt idem realiter cum ſuo inferiori. tract.2. cap.24. fol.174.

Quadruplex eſt eſſe creaturæ. primum eſt, eſſe exiſtentiæ, quo realiter & cum ratitudine exiſtunt. Secundum eſſe eſſentiæ & quiditatiuum: tertium eſt eſſe in creatura intellectuali quartum eſt eſſe in Deo. tractat.2.cap.24.fol.175.

Quadruplex eſſe habent creaturæ in Deo aut vt in producente, ſecundo actualiter vt in cauſa conſeruatiua, tertio eſſe exemplariter, quarto eſt eſſe eminenter. tractatu ſecundo. cap. 24. fol.175.

Creatu

Creatura vel eſt in potentia obiectiua, & ſic non eſt eadem realiter ipſi, nec realiter diſtinguitur ab ipſa, vel in potentia ſubiectiua, & hoc dupliciter aut prima, aut ſecunda. tract.2.cap.24. fol. 175.

CAPVT XXV.

REalitas obiectiua duplex quædam eſt quæ poteſt eſſe, & ex conſequenti actum agentis terminare. alia verò quæ actum potentia habet terminare. tractatu ſecundo, capite 25. fol. 177.

Duplex eſt realitas obiectiua alia eſt rei eſſentiæ vt exiſtit, vel ſubſiſtere poteſt, & alia eſt rei eſſentiæ vt eſſentia eſt, vel coeſſentia, aut aliqualiter eſſentia. tractatu ſecundo, caput 25. fol. 178.

Aliquid poteſt intelligi tripliciter aut per ſe vt quiditates abſolutæ, vel cum alterius intellectione vt quiditates reſpectus. aut ad alterius intellectionem vt ſecundo intellecta & entia logica. tractat.2. cap.25. fol. 197.

Duplex eſt diſtinctio realis, ſcilicet realis non eſſentialis & hæc eſt: qua vnum negatur de alio ita quod vnũ non eſt aliud tamen cum hoc ſunt vnum ſingulare, & ſimpliciter vnum & hac diſtinctione perſonæ diuinę realiter diſtinguntur. alia vero eſt diſtinctio realis eſſentialis & talis eſt qua vnum non eſt de eſſentia alterius & è conuerſo quare vnum poteſt eſſe ſine alio. tractat.2. cap.25. fol. 177.

Quatuor

Quatuor ſunt viæ quibus realis diſtinctio inueſtigatur. aut per viam originis. Secundo per viam generationis. Tertio per viam corruptionis. Quarto & vltimo per viam ſeparationis.

CAPVT XXVI.

IDentitas eſſentialis eſt non alietas extremorum, ex natura rei ſeparatorum, vel ſeparabilium. tractat. 2. cap. 26. fol. 180.

Materia poteſt conſiderari duobus modis, vel pro per ſe potentia quod eſt concipere materiam vt cum forma, vel actu potētia & ſic materia non poteſt ſeparari à forma: quoniam actualitas cuius materia eſt potentia, eſt à forma. ergo potentialitas non poteſt eſſe ſine actualitate, alio modo poteſt conſiderari pro fundamēto reſpectus, ſcilicet inquantum materia eſt fundamentum reſpectus potentialitatis, & ſic poteſt eſſe ſine forma. tract. 2. cap. 26. fol. 180.

Identitas eſſentialis multiplex eſt, vna qua aliqua identificantur vni eſſentiæ ſingulari & ſuppoſitali, alia eſt identitas eſſentialis, ſecundum quid, & hæc eſt illa, qua vnum ex ſe non poteſt eſſe ſine alio, licet poſſibile eſt eſſe, vt accidens & eius inherentia; alia eſt identitas eſſentialis ſimpliciter, qua vnum non poteſt eſſe ſine alio omnimodè. tract. 2. cap. 26. fol. 183.

Diſtinctio eſſentialis eſt alietas aliquorum extremorum connotantium alias & alias naturas eſſentialiter impermixtas. vnde vnum non eſt de intrinſeca ratione alterius cuiuſmodi Deus, creatura

tura, & decem prædicaméta alietatem habent. tract.2. cap.26.fol.183.

Deitas poteſt cóſiderari quatuor modis vel in ordine ad creaturas, & ſic in diuinis eſt eſſentialis diſtinctio: ſecundo modo in ordine ad ea, quæ conſideratur ſuppoſitaliter, cuiuſmodi in diuinis eſt diſtinctio realis: quarto modo poteſt conſiderari modaliter, & ſic ibi eſt diſtinctio modalis.tract.2. cap.26. fol.184.

Diſtinctio eſſentialis quadrupliciter inueſtigatur, aut via generationis, aut corruptionis, aut via originis, vel ſeparationis.tract.2.c.27.fol.185.

Triplex eſt realitas ſubiectiua, ſcilicet potentialis, tanquam potentia,& actualiſſima.tract.2. cap.27.fol.186.

Identitas totis ſubiectiuè illa eſt qua aliqua realiter ſubiectantur in aliqua natura potentiali communi, quæ eſt potentia, vel tanquam potentia.tractat.2. cap.27. fol.187.

Vel identitas ſubiectiua eſt non alietas extremorum in aliquo conuenientium: quorum realitates ſimul eſſe poſſunt in eadem re per identitatem realem, vel per modum informantis, aut informabilis. tract.2.cap.27.fol.188.

Eſſe eadẽ ſe totis ſubiectiuè eſt duobus modis, aut ſubiectiuè, vt vna natura & eſſentia,& ſic accidentia tum abſoluta, ſicut & reſpectiua non ſunt eadem ſe totis ſubiectiuè cum ſubſtantia alio modo poteſt intelligi ſuppoſitaliter, cum ſuppoſitaliter, aut ſecundum eſſe, vel poſſe eſſe aut non repugnanter poſſe eſſe. tractat.2.cap.27. fol. 189.

f Eſſe

Eſſe in ſubiecto capitur tribus modis, ſcilicet formaliter, potentialiter, & non repugnanter. tract.2.cap.27. fol.191.

Duplex eſt cóceptus, ſcilicet formalis, & obiectiuus cóceptus formalis dicitur quo intellectus intelligit, conceptus verò obiectiuus dicitur qui eſt præciſus à tali, vel à tali ente ſicut conceptus entis abſtractus à Deo, creaturis, & à decem prædicamentis non concipiendo entia funditus, ſed præcisè vt entia ſunt. tract.2.cap.29.fol.149.

Aliud eſt vniuocum prædicatum, & aliud vniuocè prædicari, vniuocum prædicatum eſt vnitas conceptus obiectiui immediatè abſtracti ab iis, quibus eſt taliter vnus vniuocè verò prædicari eſt rationem prædicati includi in ratione ſubiecti. tract.2. cap.29. fol.195.

Licet conceptus entis de Deo, creaturis, & decem prædicamētis dicatur non tamen quid formaliter ad Deum ſuperiùs dici non poteſt. tractat.2.cap.29.fol.195.

CAPVT XXX.

DIſtinctio ſe totis obiectiuè eſt alietas extremorum in nullo quiditatiuè conueniētium. tractatus 2. cap.30.fol.196.

Duplex eſt compoſitio, ſcilicet ex his, & cum his, compoſitio ex his triplex eſt rationis, realitatis, & realis. tractat.2. cap.30.fol.197.

Indiuiduū ſiue ſingulare triplex eſt nam quodam ex his quatuor, ſcilicet natura ſpecifica, differentia indiuiduali, exiſtentia actuali & accidentibus

dentibus conſequentibus talem exiſtentiam vt hoc aliquid. aliud quod naturã ſpecificam tantum includit cum differentia indiuiduali,& exiſtentia actuali ſine concernentia accidentium. vt aliquis homo currit aliud verò eſt ſingulare quod præciſè naturam ſpecificam & differentiam indiuidualem tantum habet concernere vt aliquis homo.tract.2.cap.30,fol.197.

Primum correlarium eſt paſſiones entis à ſe inuicem,& ab ente ſe totis obiectiuè diſtinguntur. tract.2. cap.30. fol.196.

Secundum correlarium eſt quod differentiæ vltimæ,quæ latent nos ſe totis etiam diſtinguntur obiectiuè.tract.2.cap.30.fol.198.

Duplex eſt ſpecies vltima ſcilicet ſpecificationis ſeu formalis, & determinationis vel indiuidualis.tract.2.cap.30.fol.199.

Materia & forma poſſunt conſiderari duobus modis aut quo ad realitates entitatiuas, aut inquantum vna eſt per ſe potentia, & alia per ſe actus. tract.2. cap.30. fol.199.

CAPVT XXXI.

FOrmalitatum cognitio in tribus conſiſtit ſcilicet in rationibus formalibus, in identitate, & diſtinctione & in apparentia identitatis & diſtinctionis. tract.2.cap.31.fol.203. per totum.

FINIS.

CLARISSIMO VIRO PETRO MONCVRTIO *Claromontano militi Siculo, & ex clariſsima Claromontana Galliæ familia oriundo Petrus Minutius, Salutem.*

NON tam tibi, non tam genti tuæ, hoc eſt Claromontanæ (clariſſime Petre Claromontane) cõgratulatur vniuerſa Gallia, à Deo optimo maximo tibi datum, eſſe, quam ſibi, iure quaſi quodam poſtliminij, ſuum eſſe Leonardum redditum gaudet: cui, quamquam es maioribus clariſſimus & virtute propria ornatiſſimus, neſcio maiori ſis ornamẽto an ipſe tibi, à quo neſcio an gens Claromontana maius capiat lumen, an ipſe genti ſuæ præluceat. Si te Amone illo Claromõtano Montis Albani, comite oriundum dicis, à quo ſatius ſit & illuſtrius originem ducere, quàm ab Ammone illo Ioue à quo ortum ſuum repetebat Alexander, & in Leonardũ ſemina virtutis Ammonicę ipſe inſeuiſti: ſi bellicam virtutem proferſ, ille, literarum cognitionem opponet militari præſtantiæ, quãtum vtra ſit aut illuſtrior, aut magis expetẽda quæſitum certe eſt à pleriſque, ſed nondum plane deliberatum. Si opponis opulentiam, egeſtatem vltro amplexus te longe eſt ditior, qui rebus illis quæ tu & omnes homines poſſident carere non modo poteſt, & nec frui, non optat tantum ſed contemnit, Immo & te & Beatricem Gonſagam matrem atque adeo ſe ipſum abnegauit, vt Chriſtũ ſequeretur profeſſus regulam ſancti Franciſci de Paula, anno ab humana reparatione milleſimo ſeptuageſimo nono, natus annos, ſeptemdecim die mercurij, quæ ſcilicet illi prima illuxerat ab aurora, anno ſalutis milleſimo ſexageſimoſecundo, vt iam nec tuus ſit nec Leonardus, ſed Reuerendus ille Pater Ægidius, (quod nomen ei eſt in ingreſſu religionis inditum) qui tota Italia, prædicationibus & publicis aſſertionibus notiſſimus, Galliam quoque ipſius eruditione orbam eſſe noluit, cui aliquantulũ debere ſe pro ſuo tanquam hinc oriundus credidit, cui ſe pari modo communicauit, atque etiam in hæreticorum verſutias impugnandas fortiter incubuit, ſuis tandem Lugduni moderator datus, quibus non tantum ſed vrbi atque etiam toti Gallię fuit acceptiſſimus, quarum rerum (clariſſime Petre) volui ne eſſes neſcius. Vale. Datum Lugduni quarto Calen. Ian. anno ſalutis 1591.

AD CANDIDVM LECTOREM Carmen.

MIraculum! libellus hic minimi, tibi
Profert theſauros maximos,
Panditque fere ad omnes ſcientias viam.
Si delicato is attamen
Spinoſior videbitur: naſci roſam
Spinis odoram ex hiſpidis
Meminerit, atque acerrimis ex ſentibus
Nardum bene olentem: & floſculis
Placere paliurum haud parum fragrantibus.
Errata vero irrepſerint
Quod tanta tótque: tu ſecundis imputa
Periculis fallacibus,
Et occupationibus quam plurimis
Autoris, & abſentiæ:
Quod editione ſarcietur altera
Fœlicius, Deo duce;
His interim fruere, boníque conſule,
Sincere lector, & vale.

GRATIANVS EMICHOENVS.

ERRATA PRIMI TRACTAT. quæ ſic corrigito.

FOlio 2. linea 13. additiſsimis lege abditiſsimis. f. 7. li. 21 ſapiemiam lege ſapientiam. fol. 8. li. 25 qui deitatis lege qui deitas. fol. 11. li. 5. riſibilia lege riſibilis: eod f. li. 6. quod lege quot. f. 13. l. 23. quod lege quot. f 16. eternitas lege æuiternitas. f. 18. l. 13. munerare lege numerare. f. 21. l. 13. quæratur lege quæritur. f. eod. l. 14. lege cum quo aliorum eſt numerus & menſura. f. 22. li. 2. inuitatis lege inuitatis: f. 27. l. 17. poſsibilia lege poſsibilis. f. 30. l. 15. vnm lege vnū. f. 31. ſibi ſumpſio cibi ſumpſio. f. 39. l. 28. principiale lege principale. f. 4. l. 8. fato lege facto. f 45. operationes lege operationis. f 48 l. 18. lege dicere ſi tædio perplexam non conciperem te optarem. f. 49. l. 12. thologicæ lege theologica. f. 50 l. 12. abiecto lege ab obiecto. f. 51. ferro lege cum ferri. f. 73. l. 6. quod lege quot. f. 60. effectiuitatem lege

aut quod effectiuitatem. f 76. l. 8. pſalmus lege pſalmi, eodem. f. 24. quomodo lege quam. f. 79. l. 3. nobile lege mobile. f. 95. l. 12. vniuerſi lege vniuerſo. f 102. l. 5. quo lege quod. f 108. l. 27. febris lege fabris. eod. l 22. generabibilis lege generabilibus. f 116. l. 5. nequiũt lege nequeunt. f. 122. l. 18. intellectiue lege intellectiuo. f. 123 l 25. coationis lege coactionis. f. 124. l. 26. vnitabilitatẽ lege vnibilitatẽ. f. 125. l. 18. hyrarchia lege hyerarchia. f. 127. l. 18. fini lege finis. f. 131 l. 13. trenſcendens lege tranſcendẽs. f. 132. l. 4. quam tum lege quantum. eodem l. 15. exiſtantia lege exiſtentia. f. 134. l. 11 premitiua lege primitiua. f. 136. l 17. conſerueretur lege conſeruaretur. eodem l. 26. incummunicabiliter lege inconmunicabiliter. f. 137. l. 12. eadem lege eandem f 139. l. 18. coutractus lege contractus. f 142. l. 15. obctum lege obiectum. f. 144. l. 5. inmobile lege immobilis. eodem f. l. 9. eternuatis lege euiternitatis. eodem l. vlti adharenter lege adhaerenter. f 151. l. 6. plenum lege plenus. f. 154. l. 21. poſt lege pro. f. 155. l 15. ſenſu lege ſenſum. f 167. l 13. cognoſcit lege cognoſcunt. eodem l. 21 amancipata lege emancipatae. f. 170. l. 7. criſtus lege Chriſtus. f 177. l. 27. prexigitur lege praeexigitur. f. 182. l. 20. eiuſduem lege eiuſdem. f. 183. l. 20. inuaccibilitas lege innaſcibilitas. f. 186. l. 18. imprincipio lege principio. f 194. l vlt. corruptibilibus lege corruptibilia. f 195. l.. 1. concordentiae lege concordántia. f. 197. l. 9. liminoſum lege luminoſum. f. 201. l. 2. eſceandum lege exſicandum. f. 213. l. 15. peſſeſſor lege poſſeſſor. f. 220. l. 8. quodam lege quoddã. f. 224. l. 2. ſenſitiue lege ſenſitiua. f 226. l. 13. repararetur lege reparatur. f 227. l. 16. propertionata lege proportionata. f. 234. l. 7. patienr. am lege patientiam. f. 242. l. 1. animam lege animal. f. 243. l. 15. verboru lege verborum. f. 246. l 22. alicucus lege alicuius. f. 251. l. 21. ſuperiori lege ſuperioris. f. 254. l. 23. candela lege candelae. f. 264. l. 7. ſemper lege ſuper. f. 269. l. 5. vnquen lege vnguem.

ERRATA SECVNDI
Tractatus.

f. 4. l. 1. dificultates lege differẽtias. f. 6. l. 8. alios lege alias. f. 6. l. 28. entitati lege identitati. f 7. l. 2. & alietas lege eſt alietas. f. 8. l. 18. ſubſtantiae lege ſubſtantia. f. 8. l. 21. diſsiderere lege diſcedere. f. 8. l. 31. in modum declarandas lege in medium declarandas. f. 9. l. 25. nihilitate dicit lege dicitur. f 10. l. 3. reſpectu ſecundari lege reſpectus ſecundarij. f. 10. l. 6. euentae lege euenta. f. 12. l. 25. communicatione lege communicationi. f. 12. l 28. permodum eſſentia lege per modum eſſentiae. f. 13. l. 28. nobis lege non. f. 19. l. 10. ens ratione lege ens

*ge ens rationis. f. 19. l. 19. habitus virtualis lege habitus virtutis.
f. 22 l. 14. alius aliquis lege aliquis alius qui à primo ſinet lege fluit.
f. 22. l. 21 quod etiam etſi ad oppoſitum lege quod eſt etiam ad oppo-
ſitum. f. 25. l. 2. ſecunduum lege ſecundum. f 26. l. 29. remoue primi
lege ſic ens prima ſui diuiſione in ens quãtum, & in ens non quantũ.
f. 27 l. 8. adde & lege & ad ens quantum f. 2. l. 18. quo ad initatem
lege quo ad vnitatẽ. f. 27 l. vlt. ens inquantũ lege ens quantũ. f 29.
l. 18. & 29. tãtũ quid manis lege quid maius? & quantũlibet maius.
f. 30. l. 26. viſibilitatis lege viſib.litatis. f. 31. l. 26. extruncatur lege
extraneatur. f 36. l. 26. loco iſtus lege iſtius ead. pagina habet monre
lege mouere. f. 41 l. loco pater lege patris eadem pag. inſtat lege inſtat.
f. 48. exiſtentium lege exiſtentiam eadẽ pag. obictum lege obiectum.
f. 60. l. 15. multũ poſteris lege nullũ poſterius. f. 60. l 16. ſed qua lege
ſed quia. f 66. l. 11. poßib. lia lege compoßibilia. f 67. l. 30. paßiẽs
lege patiens & in pluribus alijs locis. f. 68. l. 10. & inuitiua lege
in vi ignitiua. f. 68. l. vlt. rationis lege ratione. f. 69. l 13. diſtingui-
tur lege diſtinguatur. f. 70. l. penult. quod lege quo. f 71. l. 1 habet
lege haberet. f 71. l. 11. falſus lege faſſus. f. 73 l. 6. ſubſtant lege
ſubſtantiæ. f 74. l. 1. lege ſic, pater autem cum conſtituatur ex abſo-
luto ſcilicet eſſentia & reſpectiuo, ſcilicet paternitate quæ non faciunt
quid perſe hoc abſolutum eſt entitas reſpectiua. f 79 l. 22 extenſui
lege extenſum. f. 80: l. 4. actui lege actu. f. 81. l. 4. ipum lege ſeu.
f. 84. l. 22. intellus lege intellectus. f. 85. l. 15. ſcilicet lege licet. f. 85
l. 17. obiectu lege obiectum. f. 86. l. 26. intellectus lege intellectu
factus. f. 88. l. 23. copulem lege copulam & ſic in alia li. f 90. l. 25.
totus lege tot. f 91. l. 6. rei lege res. f. 92. l. 29. identitas lege diſtin-
ctio. f. 93. l 14. cauſatam lege cauſata & l 15. genitam lege genita
f. 98. l. 28. eſt lege & f. 99. l. 13. poſquam lege poſtquam. f. 100.
l. 1 niſi lege nihi. f 101. l. 10. appoſitio lege oppoſitio. f: 108. l. 31.
aßiduentur lege aßinuentur. f 108. l. 31. quadrangularia lege qua-
drãgularis. f. 120. l 2. dedigneris lege deducere ne dedigneris. f 123.
l. 16. arterius lege alterius. f 126. l. 15. variare lege non variare.
f. 128. l. 2. notus lege modus. f 129. l 18. eſt quæ per ea lege eſt per
ea quæ. f. 132 l. 11. eſſeitatem lege eſſeitati. f 132. l. 39. conuenien-
tiam quiditate lege conuenientia in quiditate & formalitate. f 162.
l. 13. abſoluto lege abſolutum. f. 166. l. 21. ſine inuicem lege ſine ſe in-
uicem. f. 166. l. 30. at qui lege at quia. f 167. l 13. haberet lege
habere. eodem l 17. cuius lege cuiuis. eodem l. 28 gratualitatis lege
gradualitatis. f 168. l. 9. qua lege quo. f 171. l. 23. numerorum
modi dicuntur lege qui numerorum modi dicuntur. eodem l 27. ſed
ſemel ſunt ſex lege ſed ſemel ſex ſunt. f 174. l. 30. non lege nam.*

f. 174.

f.175.l.15.correaliter lege quo realiter. f.178.l.27.adde ſcire & ſic legas diſtinctio ſibi oppoſita ſcire. f.185.l.21. & lege ex materia & forma. f.144.l.11.ſe totis diſtinctio obiectiue complicat lege ſe totis diſtincta obiectiue quod implicat. f.195.l.3.vniuocum prædicatur eſt. vniuocũ eſt prædicatum.eod.l.11. funditur lege funditus. f.196.l.23.habente lege ab ente hoc idẽ facias in inferiori. lig.f.200. l.25. remoue lege oppoſita identitas. f.200. l 28. lege nam vltimæ differentiæ indiuiduales obiectiuè diſtinguntur ſubiectiuè tamen eadem exiſtentes. f.201. l.12. vnius diſtinctionis lege vnius diſtinctionis ab alia. f.201.l.11. pro ea qua lege pro ea quæ. f.208.l.7. negatiuum lege vegetatiuum.

Cum licentia ſuperiorum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

5-1